
£2.000

Berosi sacerdotis CHALDAICI, ANTIQVITATVM ITALIAE AC TOTIVS ORbis libri quinque,

Commentarijs Ioannis Annij Viterbensis, Theologiæ professoris illustrati, adiecto nunc primum INDICE locupletissimo, & reliquis eius argumenti authoribus, quorum nomina sequenti pagella videre licet.

Æditio vltima, cæteris longe castigatior.



ANTVERPIÆ,
In ædibus Ioan. Steelsii.
M. D. LII.

Cum Priuilegio Cæsareo.

PRIVILEGII sententia.

Cautum est authoritate Cæsarea, ne quis in vniuerso eius dominio, præter Ioannem Steelsium, Berosi Antiquitatum libros cum authoribus ei annexis intra quadriennium imprimat, neue alibi impressos inter promercales habeat: qui secus faxit ei librorum confiscatio, & viginti Caroleorum mulcta indicta est, vt latius patet in diplomate. Datum Bruxellæ, XV. Octobris. M. D. L.

Ex Consilio.

P. de Lens.

QVAE IN HOC VOLVMINE F. IOAN. ANNII COMmentarijs illustrata, continentur.

* 2 AD

AD FERDINANDVM

EIVSQVE CONSORTEM ELISABETHAM Christianissimos Hispaniæ Reges, F. Ioannis Annij Viterbensis, in Commentaria Antiquitatum Italiæ ac totius orbis,

PRAEFATIO.

QVibus efferendi sunt laudibus reges ac principes, quibus mundus iustè disponitur, gloriosissimi simul & Christianissimi, atq; Hispaniarum catholici principes Ferdinande & Elisabeth, hinc vel maxime patet, quòd cum diuina historia damnet eos, qui incommunicabile nomen tribuerunt lignis & lapidibus, vocantes eos deos, tamen solis principibus id communicari non modo passa est, sed etiam ipsa cum hominibus & gentibus appellatione sua confirmauit, sæpissimè deos, duces & iudices vocans. Nam Exodi VII. *Moysen, Deum nominauit, dicens: Ego te dedi Deũ Pharaoni. Et Exodi itẽ.* XXIII. *Si furtum latuerit, applicabitur dominus domus ad deos. Et item alibi: Dijs non detrahes, & principem populi tui ne maledicas. Et item in psalmo: Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham: quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Et in alio psalmo ad principes prauos: Deus, inquit, stetit*

sit in concilio deorum: in medio autem deos ita dijudicat. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorũ sumitis? Et paulò post: Ego dixi dij estis: & filij excelsi omnes. Qua certè appellatione dignati fuerunt, quòd solis ipsis (quod ad deum spectat) ius regendi atq; iudicandi loca, prouincias, & regna, & imperia tributum est. Vnde & aurea ætate quæ (teste Ouidio) cœpit principio generis humani, cũ nulla esset idololatria, principes iustos appellabant deos & numina. Quod testatur Ianus apud Ouidium in primo de Fastis, dicens:

Tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum
Esset, & humanis numina mixta locis.

Eosdem vocat iustos dicens infra:

Proq; metu populum, non vis sed pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis, reddere iura labor.

Quod si ita est, quia ita est, quòd iustos principes Deus vult deos dici per communionem nominis, non per essentiam, consequens necessario est, vt in communione nominis, cõmunes simul perfectiones, & quæ omnes in nomine deitatis laudes perfectionum & qualitatum continentur, homini iusto tribuantur. Tot igitur virtutum laudibus iustus princeps, procul mẽ-

dacio atq; adulatione potest efferri, quot cũ dei nomine iusto congruere possunt: vt eum deum, iustum, prudentẽ, fortem, inuictũ, temperatũ, castum, humilẽ, pudicũ, veracem, mitem, pium in Deum, in homines subditos, sollicitum, legislatorem, perturbatorem, sceleratorum amatorem, & præmiatorem bonorum. Quòd si quibus ætate nostrà ex principibus merito à Deo nomen illud communicatum est, quibus vtiq; iustius tributum est vt sint dij & numina in terra degentes, quàm christianissimis simul & gloriosissimis Hispaniarum principibus Ferdinando & Elisabeth, qui animo diuino atque inuicto formati, breui tempore effecerunt, quod octingentis fermè annis maiores eorum attentantes frustra enisi fuerunt? Hij enim soli tenebras à luce diuiserunt, tyrannos Hispaniarum & Geriones, tanquam semen Herculeum magna vi atque fortitudine sustulerunt, latrocinantes delerunt, impios hæreticos tota Hispania pepulerunt, Mauros crucis inimicos illo potentissimo regno Bætico spoliauerunt, ad temperantiam ac relligionem & castimoniam quoque omnes iam lapsas relligiones reduxerunt: etiam (vt vnico verbo omnes laudes eorum colligam) quicquid fortitudinis, victoriæ, castitatis, comitatis,

tatis, prudentiæ, pudicitiæ, pietatis, sollicitudinis prædicatur in Moyse duce legislatore, & Dauid, atque sanctis priscis ducibus, hoc totum nostra ætate principes Christianissimi Hispaniarum, à Deo fuerunt iure assecuti. Nec ea sunt in abscondito, quæ iam totus vna voce personat orbis, quod Hispania ferox, pridem impijs & barbaris mixta, ad humanitatem & mores mutata est. Boni afficiuntur præmio, impijs supplicium est in promptu. Docent hæc qui Romæ degunt, percharissimi familiares ipsis regibus Reuerendiss. D. Bernard. Caruaial, Cardinalis sanctæ Crucis: & eorum Orator illustris D. Garsias Lassus. Nam alter inter Cardinales, vt inter stellas luna minores, fulget doctrina, vita, litteris, moribus, pietate. Alter verò etiam litteratis semper immixtus, & iustis atque religiosis, tam moratus est, vt eum veluti alterum Catonem venerentur: tam iustus & plenus castimoniæ atque relligionis, vt vndique in se omnium animos simul & oculos cõuertat. Non igitur mirum si tales seruitores, atque enutriti regia domo tales principes habent, qui vniuersum orbem illuminant, & veluti dij, ac vera numina, sint & dicantur.

Quales domini (inquit Chrysostomus) tales & serui. Quam ob rem ipse incognitus facie principibus Christianissimis, virtute verò toti orbi notissimis, dicaui opera mea antiquitatum: non quòd iam senex Theologiam professus his studeam, sed quòd è sepulchris & infernis fucinis absconsa, & primum è latebris educta, & in lucem prodita, eo tempore quo Bæticæ regno potiti estis, iure Bæticis victoribus regibus primum dicata sunt. Donum quidē minimum ex parte mei offerentis, sed maximum ex parte auctorum, & eos suscipientium principum, quos Christianissimos Deus sublimis & altissimus indies feliciores, & altiores efficiat: ad fœlicem statum christianorum & ecclesiæ sanctæ Dei. Amen.

F. IOANNIS ANNII VITERBENSIS ORDINIS PRAEDICATORVM, Theologiæ professoris, antiquitatum Italiæ ac totius orbis LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO.

THEOLOGI officium est, rerum veritatē, præcipuè quæ ad res diuinas spectat, & ad eas perducit, perquirere, inuenire, firmare, aperire, atq; pro viribus elucidare, docere, ac tradere. Nec deesse illum decet virtuti diuinæ pietati, quæ non modo in Deum, verum etiam in patrem ac patriam diffunditur, inter quæ amor, & æternitas rerum gestarũ, & antiquitas, ac splendor eius, & defensio, tum armis, tũ scriptis enumerantur. Hæc ego in his meis scriptis: pro patria & Italia, imò & Europa tota profiteor. Ornatum verò & elegantiam nõ profiteor, sed solam & nudam veritatem. Quare cuilibet cedo, in copia & ornatu dicendi. At in inuenta veritate, illis solis palmam concedo, & eos censores sequar, qui contra me produxerint non tantum vt blaterones & verbosi verba, sed potiores authores, & certiora argumenta. Qui verò infirmiora his argumenta, aut iuniores authores obiecerint, vtique eadem facilitate contemnentur, qua proferent. Hæc enim mea opera iudices æquos & eruditos censores, non verbosos desyderant. Si quis verò in

his legerit quæ illum offendant, ante bene examinet quàm iudicet. At si quis obiicere cupit, nō expectet id agere cum mortuus fuero, quia tunc cum laruis & vmbris pugnabit, quod est timidi simul & ignorātis atq; inuidi officium. Me viuente obiiciat, & ilico responsiones referet. Ordo autem librorum erit Pliniano more, vt in hoc primo libro, omnium librorum sequentium titulos, & capitula, & authores prænotem, & inde singulos libros singulariter digeram.

SVMMATIM HAEC
INSVNT LIBRIS SINGVLIS.

PRimo, præfatio operis ad Christianissimos Hispaniarum reges Ferdinandum & Elisabetham. Item autorũ nomina, ex quibus desumpsit ea quæ persequitur libris septemdecim.

Secundo, commentaria in epitomen Archilochi de temporibus.

Tertio, commentaria in æquiuoca Xenophontis.

Quarto, commentaria in quinq; libros Berosi Chaldaici de antiquitatibus Italiæ, ac totius orbis.

Quinto, commentaria in Manethonis Ægyptij supplementa ad Berosum.

Sexto, commentaria super Metasthenem Persam, de iudicio temporum, & annalibus Persarum.

Septimo, commentaria super Philonem Hebræum de temporibus.

Octauo, de primis temporibus, & quatuor ac viginti regibus Hispaniæ, & eius antiquitate.

Nono, de antiquitate & rebus Ethruriæ.

Decimo, commentaria in Vertumnianam Propertij.

Vndecimo, commentaria super Q. Fabium Pictorem, de aureo sæculo, & origine vrbis Romæ.

Duodecimo, commentaria in Myrsilum Lesbium de origine Italiæ, ac Turrheniæ.

Decimotertio, commẽtaria super duodeuiginti fragmenta M. Catonis de Originibus.

Decimoquarto, commentaria super Itinerariũ Antonini Pij. Cæs. Augusti.

Decimoquinto, commentaria super C. Sempronium, de Chorographia siue descriptione Italiæ, & eius origine.

Decimosexto, de Ethrusca simul & Italica Chronographia.

Decimoseptimo, quæstiones quadraginta de Thuscia.

SECVNDI LIBRI COMmentaria super Archilochi Epitomen de temporibus.

Quòd de temporibus Homeri poetæ notatis ab Eusebio, solus Archilochus prævalet.
Quòd ducentis quinquaginta fermè annis ante Ninum fuit prisca inundatio, post quam homines viuebant auream vitam.
Quòd auus Nini Saturnus cœpit regnare anno primo & trigesimo supra centum post primum diluuium: et regnauit annis. LVI.
Quòd Belus Iuppiter regnauit annis. LXII.
Quòd Ninus regnauit annis. LII. Semiramis. XLII.
Quòd à primo anno Nini ad ortum Deucalionis supputãtur anni. CCCC. LI. à prisca verò inũdatione septingenti. Ab huius Deucalionis ortu ad conditam Troiam colliguntur anni. C. XXVIII. sed à prisca inundatione octo et viginti supra octingentos
Quòd Troia stetit paulominus trecentis annis sub regibus sex. Dardano, Erichthonio, Troē, Ilo, Laumedonte, Priamo.
Quòd per quingẽtos annos post captiuitatẽ Troiæ floruerũt octo Homeri. Et de singulorum patria, arte atque tempore: Et quòd Græci eisdem literis vsi sunt quibus & antiquiores se Celtæ siue Galli

¶ Ex authoribus.

Diodoro, Iosepho, Solino, Masea Phœnice, Pindaro, Antimacho, Nicandro, Aristarcho, Dionysio Thracio, Aristotele, Simonide, Socrate, Eratosthene, Philochoro, Apollodoro, Xenophonte, Iulio Cæsare.

TERTII LIBRI COMmentaria super Æquiuoca Xenophõtis.

Quòd Saturnus, Ioues, Hercules, Cæli, Vestæ, Rheæ, Iunones, nomina sunt dignitatũ ad se inuicem relata, simul & ad vnum primum analogum, quia plures sic dicti fuerunt vt Cæsares.

Quod qui fuit vni genti Saturnus, alteri fuit Iuppiter, vt Belus Priscus. Et qui vni fuit Hercules, alteri Iuppiter fuit, vt Assyrius filius Beli.

Quòd Assyrius fuit proprium nomen, & Ninus cognomen.

Quòd Assyrius fuit Babyloniis Hercules, & Assyriis Ninus, id est, Iuppiter.

Quod Phoronei fuerunt duo. Antiquissimus rex Græciæ tempore Nini, & iunior filius Inachi rex Argiuorum.

Quòd apud diuersos diuersimode accipitur ætas, & annus.

Cur Græci nihil compertum habent ante Ninum, sed à Nino incipiunt.

Cur Xenophon dicit literas Græcis fuisse ab Ægyptiis, cum à Cadmo illatas Græciæ alij tradant.

Cur Græca historia de temporibus ante primam Olympiadem est incerta & inconstans.

Quomodo intelligantur sex milia annorum Ibericę literaturæ ante Strabonem.

Quòd ab Ogyge prisco ad Ninum fuerunt anni nouem & quadraginta supra ducentos.

Quòd Olympus est nomen æquiuocum.

Quòd Homeri fuere plures.

Quòd Nini fuere plures.

Quòd Ogyges fuere plures.

Quo pacto Etrusci sacrabant Olympum, quem Romani fossam & pomerium vocabant.

Quòd Galli galera & galea ab inundatione nominis originem habent.

Quòd inundationes fuerunt quinque, quarum prima pręcessit Ninum sub Ogyge Prisco annis. CC.XLIX Vltima fuit sub Ægyptio Proteo.

Quòd Protei, id est, Vertumni fuerunt plures.

Quòd vt Iano principia rerum, ita & Vertumno media & fines erant dicata, vt ea bene verteret.

Quòd primo Vertumno Iano consensu totius orbis, statuæ, aræ, ac templa dicata fuerunt.

Quòd Cadmi fuere sex, & penultimus dicitur è Phœni-

Phœnicia literas attulisse non Phœnicas, sed Galatis & Mæonibus persimiles, quas vltimus Homerus emendauit.

Quòd Ioppe fuit conditum ante diluuium, & cur Semiramis & Babylonij dicti sunt columba.

Quòd Titanes Ægypti & Phœnices paulo post primum diluuiū Titanas vrbes Tetrapoles in Ægypto & Phœnicia Palæstina condiderunt.

Assyriorum & Phœnicum Tetrapolis prima, & Academia vbi fuerit, & quàm turpiter Hebræi et frater de Lyra aberrent in nomine Arbano Tetrapoli.

Quòd omnis vrbs regia antiquitus condebatur arbana, id est, quadrata, siue tetrapolis, vt Babylonia, Niniue, Arbea, Hierosolyma, Samothracia, Syracusæ, Roma, Etruria.

¶ Ex authoribus.

Seruio, Lactantio, Eusebio, Diodoro, Aristotele physico, Aristotele historico, *Moyse*, Plinio, Antiocho Syracusano, Dionysio Halicarnasseo, Archilocho, Iosepho, Beroso, Strabone, *Metasthene*, Pomponio *Mela*, Plutarcho, Ouidio, Varrone, Tibullo, Catone, Solino, Masea, *Manethone*, Iuuenale, Herodoto, Lucano, Macrobio, Horatio, Trogo, & Iustino.

QVARTI LIBRI COMmentaria super quinq; libros antiquitatum Berosi.

IN PROEMIO.

Quòd Berosus floruit circa tempora Alexādri Magni, qui patria Babylonicus, dignitate Chaldæus, scripsit hunc librum Athenienſibus, ad emendandos antiquitatum complurimos errores.

IN PRIMO LIBRO.

Quòd inter quinque diluuia primum ante Ninum dicitur antonomasice inundatio terrarum, ante

quod

Quod Chaldæi tradunt præcessisse literas, artes, & homines, annis mille sexcentis quinquaginta & amplius.

Quód disciplina Græca comparatione Chaldaicę, tota est fabulositas, & per totam vitā errare compellit, Et vaticinium Catonis.

Quód diluuium primum, scelera hominum simul & astrorum cursus prouocauerunt.

Quæ fuit prima vrbs in orbe ante primum diluuiū.

Vbi sit vrbs à Moyse dicta Edem, à Græcis paradisus.

Quid Phœnices & Ægyptij, & Chaldæi tradant de Prisco diluuio. Et quód cum Moyse concordant nominando Noam, & filios eius & Archam, & locum & tempus. Et quod Noā vocauerunt Ogygē, à loco Phœniciæ Palestinę, vbi est prima Phœnicum metropolis Arbea, quæ & Hebrón.

IN SECVNDO LIBRO.

Quód genus humanum saluatum fuit et reparatum in Prisca Scythia Saga, circa Araxem fluuium, in Armenia maiore. Et vnde ibi vrbs prima dicitur Saga Albina.

Quód Noam dixerunt satorem deorum et hominū, chaos et semen mundi. Et vxorem eius Tyteam cognominauerunt terram.

Genealogia et theogonia omnium principum, et regûm antiquorum in figuris arborum redacta.

Quód quidam delirant in exponendo numerum ducum coloniarum positum à Moyse Genes. x. cap.

De Tuyscone Germanorum fundatore.

De Araxa Prisca.

De. xvii. Tytanibus Ægyptiis, filiis Iani siue Noæ ac Terræ vxoris. Et mendaciis Græcorum. Et qui fuerunt primi quatuor dij maiores.

De Osiri.

De Brygo, Mesa, et Thyno.

De Phetonte, Cydno, Lygure, Eridano.

De Sabace.

De Sypo et filia eius Tyle cognomine Cybele.

De Her

De Hercule Ægyptio, & quinquaginta Tospiadibus, & mendaciis Græcorum. Et similiter de Gerionibus.

IN TERTIO LIBRO.

Quòd natura & deus affuit in celeri multiplicatione generis humani post diluuium.

Quod antequam colonias per orbem mitteret Noa, docuit duces coloniarũ theologiam, ritus sacros, à quibus Saga dictus. Docuit physicam & modos viuendi.

Quod sacerdotes instituit notarios & disciplinarum doctores.

Quod docuit Astronomiam, ob quam illi dicauerunt vrbes, & cognominauerũt Cęlum & Solem: vnde Saturnus Ægyptius Cameses dictus est filius Cęli & Solis. Ob eandem causam existimauerunt Noam mortuum, conuersum in animam motricem cœli, & ius vertendi cardines omne penes eum esse. Et cur gentes insculpunt Ianum cum cursu solis, sceptro, & clauibus.

Quod Titheam vxorem Noæ vocauerũt Vestam & Terram, & cur.

Quod docuit agriculturam & vinum conficere, à quo illum Ianum, id est, viniferum cognominauerunt.

Quod filius eius Cam studebat impietati & impudicitiæ, & patrẽ magicè castrauit, & ob id dictus fuit Cameses, id est Cam infamis.

IN QVARTO LIBRO.

Quod Ianus multiplicato genere humano diuisit orbem in Asiam, Aphricam, Europam, constituens singulis partibus singulos monarchas tres priores filios suos.

Quod anno.c.xxxi. à prisco diluuio condita est Babylonia.

De coloniis missis in Ægyptũ, Libyam, Cyrenem. Numidiam & Aphricam, principe Camese Saturno Ægyptiorum.

De

De coloniis miſſis in Aſiam orientalem Indiam, & Arabiam fœlicem, deſertam, & Petreiam, & Phœniciam, & ducibus eorum.

De coloniis miſſis in Europam, in Germaniam quidem & Sarmatiam principe Tuyſcone. Et aliis, in alia loca.

Quòd Ianus docuit eos metropolim ſolam Turſitam fundare, & habitare in cryptis tuguriis & antris.

IN QVINTO LIBRO.

Quòd anno. C. XXXI. à diluuio, Nimbrotus Saturnus Chaldæorum condidit Babyloniam.

Quòd ſub eo Comerus coluit Thuſciam, Tubal Hiſpaniam, Hic Taracon fuit cognomine. Galliam fundauit Samotheus cognomine Dis, & Tuyſcon fundauit Germanos. Gog Arabiam fœlicem, Meſa autem Vallachiam, Illyrini, & Dalmatiam. Ianus condidit Hircanos, & de eius profectione.

De conditione Maſſagetarum, Medorum, Perſarum, Aſſyriorum, Magogorum, & Anameonum ſiue Meonum.

De ſecundo rege Babylonie Ioue Belo.

Sub eo Comerus in Thuſcia tuguria in Veias conuertit, & Cluſium poſuit. Tyras fundato Tyro etiam Thraces fundauit. Ianus ponit Colonias in Arabia felice. Cameſes in Italiam venit. Ianus ab Arabia in Numidiam conceſſit ad Tritonem Araxa omnem Scythiam coloniis replet. Belus circa obitum excogitauit frangere aureum ſæculum, & contra Sabatium Caſpium, id eſt, Saturnũ Sagam parauit arma, ſed ante obiit, quàm moueret. Succedit Tritoni in Libya Hammon filius cui Cameſes locauit coniugem Rheam ſibi ſororem. Hammon clam Rhea ex Almanthea nympha genuit Dionyſium Libycum.

De tertio rege Aſſyriorum Nino.

Quòd hic primus militiam instituit,& decem ferè annis nouissimis aureum sæculum in argenteum cœpit conuertere,sub quo à Caspiis in põtum fugit Saturnus.Sub eo Tuyscon Germanos,Samothes vero Gallos,& Tubal Hispanos,formant literis,carminibus & legibus,& Cameses corrũpere nititur Thuscos.

Quòd ob stuprum Amalthee lis primum orta inter Hammonem & Rheam.Rhea ad Camesem venit & vtriq; contra Hammonem mouẽtes,Libya potiti sunt,pulso Hammone.Ianus ab Aphrica in Hispaniam colonias transportauit, vbi duabus vrbibus fundatis in Thusciamq; veniens, tertio anno Camesem ab Italia discedere iussit. Et filiam suam Cranam fascibus insignitam Aborigenibus creauit Helernam,ipse Vetuloniæ docebat,atq; iura dicebat & reddebat.Vbi Cameses ab Italia in Siciliam discessit,& Hammonem in Libya superauit, Osiridem ex sorore Rhea genuit, Dionysius eum sibi in filium adoptauit cum Minerua apud Tritonidem,deuictis Saturno & Rhea, & Osiridem Ægypto præfecit.

Quæ fuerint quæ Ianus Thuscos edocuit.

Quòd vltimis annis Nini secundi reges fuerũt,Iberus quidem apud Hispanos,& Magus apud Gallos.

De Semiramide quarta regina Assyriorum.

Quòd sub ea nata est ex Camese ac Rhea Isis soror & coniunx Osiridis,& Saturnus ad Ianum veniens Latio præpositus fuit. Apud Germanos regnat secundus rex Mannus.

Quòd Vesta Thuscis virginibus sacrum ignem tradidit.

Quòd Saturnus Sabatius cum Iano regnat, & Sabũ filium Sabinis præficiens in Thuscia moritur,vbi ab eo Sabbatia dicitur.

Quòd tertius rex Hispaniæ Iubalda fuit.

De quinto rege Assyriorum Niniade.

Sub eo Ianus in Thuscia obiens, Larthem tellqu[illegible]

filium Razenum à quo Thusci Razeni. Osiris cum sorore Iside fruges & aratrum inueniunt. Iano templum, & cognomen diuinum dei Vertumni statuunt.
Quòd apud Gallos regnat Sarron.

De sexto Assyriorum rege Ario.

Quòd paulo ante Camesem in Bactriis obtruncatum, in Italia Razenus sorori Cranę lucum & parentalia sacrat iuxta Tyberim Ianiculum.
Quòd apud Libyam regnat Hiarbas, à quo Hiarbæ, apud Hispanos Brygus vnde Phrygij. Apud Italos Aruns filius Razeni.

De.VII. Assyriorum rege Aralio.

Quòd sub hoc rege Amazones in Libya vicerunt Hiarbam. Apud Germanos regnauit Herminon, Apud Celtas Bardus.
Quòd ex Armenia Perusinæ & Ausones coloniæ venerunt ad Arũtem Larthem, hisq; loca assignata, & similiter Phaetonti Libyco & Lyguribus. In Italia regnat Tages Larthes aruspex, & in trib⁹ locis arsit Italia, in Histria, Cymea, & Vesuuia quæ loca Aramei Palensianas & Gręci Phlegręas dixerunt.

De.VIII. rege Assyriorum Baleo Xerxe.

Quòd sub hoc apud Hispanos regnat Targus, apud Germanos Marsus, apud Lygures Lygure filio dimisso Phaeton in Æthiopiam regreditur.

De.IX. Assyriorum rege Armatrite.

Quòd sub eo apud Hispanos regnauit Betus, apud Lanigenas Larthes Sicanus, qui templo Terræ, id est Vestæ dicato eam cognominauit Horchiam, & de Colonis accolis Padi.
Quòd Gerio assumpsit in Hispania tyrãnidem primus, & Bardus iunior regnat apud Gallos.

De decimo Assyriorum rege Bel Ocho.

Quod sub eo apud Germanos regnat Gambriuius apud Emathios Macedo filius Osiris: apud Hispanos trigemini Geriones.

Quod Itali oppressi à gygantibus euocauerunt Osiridem tunc agentē in vicinis Italiæ fontibus Istri: qui potitus Italia illam. x. annis composuit, & à suo cognomento Api Apeninam, id est, Taurinam cognominauit & discessit relictis nepotibus suis Lœstrigone Larthe Italiæ, & Phorco rege maritimo. Apud Gallos règnauit Lucus, & Attica ingens inundatio obtigit sub Ogyge iuniore Attico.

De.xi. Assyriorum rege Baleo iuniore.

Quòd sub hoc Phorcus Veiōs Etruscos primos colonos in Sardiniam transportauit, à quibus Veij Sardiniani natione Thusci.

Quòd Osiris de toto orbe bene meritus à fratre perimitur in Ægypto, consciis gigantibus in toto orbe, etiam ipso Lœstrigone. Quos omnes filius Osiridis Hercules Ægyptius bello inducto sustulit, & in Italia deletis Lœstrigonibus.xxx.annis regnauit, multisque beneficiis Italiæ impensis rediit in Hispanias, quas ante à Geryonibus liberauerat, & Hispalum illis regem præfecerat.

De.xii. Assyriorum rege Altada.

Quòd sub eo Hercules reliquit Vetuloniæ regem filium suum Tussum, à quo portio Paratussa, id est coronata Tusca. Apud Gallos regnat filius eiusdē Herculis Galatheus: à quo Galli, Galathæ. Apud Germanos Vandalus: à quo Vandali. Hercule in Hispania mortuo, Hispani templum & vrbes dicant, & Thuscus filius eius in Etruria primus militiam incantare more paterno docet.

De.xiii. Assyriorum rege Mamito.

Quod sub hoc regnauit Larthes Etruriæ Alteus

Thusci

Thusci filius in Italia: & Hesperus in Hispania, & Narbon in Italia, & Teutanes in Germania.

De.xiiii. Assyriorum rege Mancaleo.

Quòd Italus Atlas pulso fratre Hespero in Italiam, regnauit in Hispania. Inde ab Hispaniis in Siciliam & ab ea in Thyberim veniens, relicto in Hispania rege Sicoro tãdem coniugio electræ factus gener Coriti, regnauit Larthes Italiæ in Vetulonia. Apud Gallos regnat Lugdus. Apud Germanos Alemannus Hercules.

Quòd Italus regnans in Vetulonia, filiam suam Romam primam subregulam in Latio condidit, à qua Latini reguli ceperunt.

De.xv. Assyriorum rege Sphero.

Quòd sub hoc ortus est Deucalion. Apud Italos Larthes Etruriæ fuit Morges filius Itali, & cognatus Coriti, et post eum Coritus fit Larthes. Apud Hispanos regnat Sicanus paulo post obitum Spheri.

De.xvi. rege Assyriorum Mamelo.

Quòd sub hoc fuit apud Latinos Romanessus filius Romæ secundus subregulus & primus Saturnus indigena Latij, & Sicanus regnat apud Hispanos: apud Gallos Beligius.

Quòd eodem anno cœperunt regnare & totidẽ annis. Cecrops primus apud Athenas, & Iasius in Etrusca Turrena sede patris Coriti, & quòd in eius nuptiis affuit Isis quæ vixit annis sexcentis vnica inter fœminas.

De.xvii. Assyriorum rege Spareto.

Sub huius anno quarto proprie cœperunt Cecrops et Iasius, et aliquanto post apud Hispanos Siceleus.

Quòd magi cum Hebræis de magica contemnentes submersi sunt mari rubro sub sequente rege.

Quod diluuium Thessalicum sub Deucalione, & incendium sub Phaëtonte iuniore accidit.

Quòd lis prima intestina in Etruria orta est, inter Iasium & Dardanum.

De.XVIII. Assyriorum rege Ascatade.

Sub hoc regnauit apud Hispanos Lusus, apud Gallos Allobrox.

Quòd Romanessos primus Latinorum Saturnus sacratur, & successit illi filius eius Picus Priscus. Dardanus dolo peremit Iasium & fugit in Samothraciam, & successit Larthes Etruriæ Ban.

Quòd post in Phrygiam & Meoniam veniens Dardanus ad patrē Turrheni Atum, donatus est agro Phrygiæ vbi condidit Dardaniam. Turrhenus econtrà in Etruriam adnauigans, à Bante & Cybele atq; Etruscis Comi hospitio susceptus, & ciuilitate Turrenæ donatus fuit.

¶ Ex authoribus cunctis vt in præcedentibus libris.

QVINTI LIBRI COMmentaria super Manethonis supplementum pro Beroso.

QVòd sicut Berosus per Assyriorum reges enarrauit aliorum antiquitates, ita easdem prosequitur Manethon Ægyptius per reges & Dynastias suorum Ægyptiorum.

Quòd Manethon vicio scriptorum inuenitur in aliquot annis mendosus.

De Ægypto fratre Danai à quo Ægyptus vrbs Titanim & prouincia nomen accepit.

Quòd sub eo Dardanus Dardaniam condidit, & quod de temporibus regum Troianorum veracius scripsit Archilochus quàm Manethon, et Euse-

bius

bius eum secutus. Sub eodem Ægypto Thurrenus fuit Larthes Etruriæ, et Romus rex Galliæ, in Latio Faunus Priscus. Et anno. LXVII. eiusdem Ægypti item in Latio Annus Faunigena.

De Menophi successore Ægypti.

Quòd sub hoc apud Gallos regnauit Paris: et in Etruria Tarchō primus. Et apud Hispanos Testa, et nouissimis annis Menophis, in Etruria Abas, et eiusdem nominis Abas apud Argos.

De Dynastia post Menophin quæ durauit annis. CXCIIII.

Quòd sub hac Dynastia regnauerūt in Etruria Vel bonus Vetuloniēsis. Itē Oscus, Tarchon secūdus, Tyberinus, Mezentius, et Tarchon tertius. Apud Gallos sub eadem Dynastia regnauerunt, Lemannus, Olbius, Galatheus iunior, Nannes, Remus. Apud vero Hispanos sub eadem Dynastia regnauerunt Romus, Palatuus. In Latio reguli fuerunt Mars cognomine Ianus iunior, Cæculus cognomine Saturnus iunior, Picus iunior, Faunus iunior, Latinus, Æneas.

De Dynastia Diapolitanorum, quæ durauit annis. CLXXVII.

Quod in hac Dynastia Larthes Etruriæ ac reguli Latij floruerunt. In Etruria quidem Ocnus, Pipinus, Nycius, Pyseus, Tuscus iunior, Annus Felsinus. In Latio vero Ascanius, Posthumus, Æneas Syluius, Latinus iunior, Alba. In Gallia vero Francus.

¶ Tam Manethonis quàm Berosi commentaria pendent ex authoribus

Diodoro, Aristotele, Xenophonte, Ouidio, Archilocho, Solino, Lucano, Strabone, Fabio Pictore, Ptolemæo, Plinio, Hieronymo, Silio, Moyse, Festo, Iosepho, Masea Phœnice, Vergilio, Seruio, Hieronymo Ægyptio, Horatio, Propertio, Cornelio Tacito, Trogo, Iustino.

SEXTI LIBRI COMMENtaria super Metasthenem Persam de iudiciis temporum.

QVòd sola, vnica, et publica, atq; certissima tempora habentur ex *Monarchiis*, quia publica fide sacerdotum tunc notariorum digesta sunt per singulos Monarchiarũ reges et annos.

Quòd ante Persarum & Medorum *Monarchiã* praecessit Assyria, cuius tempora annos & reges, veracissimi Chaldaei seruarunt, & Berosus publica fide transsumpsit, & idcirco eum solum sequuntur Persae.

Quòd ante Ninum. cc. xlix. annis regnauerunt tres reges, Ogyges, Saturnus Babylonicus, Belus Iuppiter. Inde à Nino ad Sardanapalum trigesimumsextum regem Assyriorum, regnatũ est annis mille ducentis trigintaquatuor.

Quòd quisq; plures aut pauciores annos in *Monarchia* Assyriorum asserit, funditus negatur & reiicitur, vt qui publicae fidei contradicens fabuletur & somniet.

Quamobrem ex *Graecis* reiiciuntur Herodotus, & Cthesias *Gnidius*, & quisquis eos sequitur. Et Eusebius in sex vltimis annis Sardanapali.

Quòd publica fide Persarum regnatum est ab Arbace primo vsque ad Alexandri *Monarchiam* annis. cccc. xcv.

Quòd Eusebius de temporibus funditus redarguitur Herodotum fabulatorem secutus tam in regibus quàm eorum annis, huius *Monarchiae* Persarum, quia publicae illius fidei contradicit: quam quia Cthesias *Gnidius* sequitur, idcirco solus ex Gręcis cùm *Metasthene* chronographo Persa recipitur. Ob id similiter explodũtur Iosephus, Aphricanus, Clemens, *Tatianus*, & alĳ contradicentes publicae fidei Persicae. Iidem respuuntur in temporibus *Monarchiae Graecorum* & Latinorum, quia

publicae

publicæ fidei Monarchiarum Græcæ atq; Romanæ aduersantur. Quas quia Eusebius sequitur, idcirco in vtraq; recipitur.

¶Ex authoribus.

Masea, Iosepho, Ouidio, Xenophonte, Solino, Beroso, Fabio Pictore, Diodoro, Philone Hebræo, diuinis literis, Petro comestore.

SEPTIMI LIBRI COMmentaria super Philonem de temporibus.

IN PROOEMIO QVAESTIONALI.

QVód quatuor obiectiones contra certitudinē Genealogiæ Saluatoris proponunt cū Iuliano apostata hæretici.

Quód differt si scribas Helyh vel Eli.

Quód eadem sunt Helyh, Helyachim, & Ioachim.

Quód quidam magis delirant in sacris literis quā exponant.

IN PRAEFATIONE.

Quód Chaldeorū traditio sola peruenit ad Adam, per tempora ante Nynum & diluuium priscum.

Quód Ouidius secutus est Chaldæos de formatione hominis & mundi.

Quód excepta chaos ipsius æternitate, Moyses consentit.

Quód fermè tot annos enumerat Moyses à primo diluuio ad Adā, quot teste Diodoro ponunt Chaldæi de antiquitate disciplinarum suarum.

In prima parte Breuiarij.

Quód ab Adam vsq; ad diluuium fuerunt anni mille sexcenti quinquaginta sex: A diluuio autem ad Abraham.cc.xcii. Et ab Abraham ad inchoatum tabernaculum legemq; datam, fuerunt anni quinq; & quingenti. Ab hoc verò templo ligneo ad inchoatum sub Salomone, colliguntur anni.cccc. lxxx.

In secunda parte Philonis.

Quod Dauid decreto statuit, vt nati ex se atq; Bersabea succederent alter alteri.

Quòd posteros Salomonicæ successionis ad vnum interemit Athalia, successores verò ex Nathan fratre Salomonis percussit, excepto vno infante Ioas. Et disputatio contra delirantes.

De tribus officijs soli primogenito proprijs, & de zanedrin. i. senatu & dictatura Hebraica.

Quare Ioram occidit fratres.

Quòd à templo Salomonis inchoato, vsque ad crematum, supputantur anni. cccc. xi.

In tertia parte, quæ est secundus libellus.

Quod propter carceres Ioachin editi sunt Psalmi duo, octogesimusseptimus, & octogesimusoctauus.

Quòd à desolatione templi ad liberationem fluxerunt anni. lxx.

Quòd à soluta captiuitate ad Alexandrum Magnū, colliguntur anni c. xci.

Qui fuerunt duces ex domo Dauid à soluta captiuitate, vsque ad Iudam Machabęum, & qui summi pontifices.

Quando & sub quibus gesta sunt, quæ sunt scripta in Iudith & Hester.

Quod ab Alexandro ad Iudam Machabęum, fluxerunt anni. c. liiii.

Quòd à Iuda Machabæo ad Herodem colliguntur anni. c. xxix.

Quòd Herodes primus alienigenarum tyrannidem assumpsit, cuius successio durauit à principio regni sui vsq; ad Agrippinum & decrepitam ætatē Phylonis, annis. c. xxxiiii.

Quòd falsi fratres nitebantur corrumpere Euangelia, & de genealogia vera Saluatoris.

In vltima parte.

Quod quæ sequuntur in Phylone alius apposuit, de authe-

authoribus ſequendis vel reñciendis.
Reſponſiones claræ ad ſupradictas quatuor obiectiones hæreticorum & Iuliani apoſtatæ.
Quòd ſicut angelus Sathanæ ſe transfigurat in angelum lucis, ita falſi apoſtoli transſormabant ſe in Apoſtolos Chriſti.
Qui erant qui reſiſtebant Apoſtolo, & quos excommunicauit Apoſtolus nominatim, & quæ dicantur genealogiæ fabuloſæ & quæſtiones legis interminatæ.

Ex authoribus.

Ioſepho, Hieronymo, Thoma, Moyſe, Septuaginta interpretibus, Diuinis libris, & gẽtilibus, Diodoro, Xenophonte, Plinio, Antichyde, Epigene, Beroſo, Critodemo, Macrobio.

OCTAVVS LIBER DE primis temporibus & quatuor ac viginti regibus primis Hiſpaniæ, & eius antiquitate.

NONVS LIBER EST DE antiquitate & rebus Ethruriæ, ſectus in Inſtitutiones nouem.

DE nominibus æquiuocis, Diua Volturna, Volturnus, Palatua, Flora, Furina, Falucer, Luceres, Pomona, Pomonusq; pater Etruria: Turrena, Volturrena, Thuſca, Thuſcia.

¶Ex authoribus.

Ariſtotele. M. Varrone. T. Liuio. Fabio pictore, Ouidio, Virgilio, Hieronymo, Ptolemæo, Plinio, Ennio, Iunio, Tolumnio Thuſco, Gotifredo *Viterbenſi*, Sempronio, Seruio, Dionyſio Halicarnaſſeo, Propertio, Catone, Suetonio, Antonino, Plutarcho, Myrſilo, Valerio Maximo, Helio Spartiano.

SECVNDA INSTITVTIO.

Quòd Turrena, *V*olturrena, *E*truria, Volturna ſignificant eandem vrbem turritis ædibus extructã, & quòd omnis Eturſia & Volturſena eſt Turſena, ſed non conuertitur. *Et* quòd vrbs Etruria fuit *T*etrapolis regia, & eius portionibus regia munera tributa. Et quòd hæc tria nomina *E*truria, Turrena & *V*olturna ſunt ſynonyma ſicut Marcus Tullius Cicero.

¶Ex authoribus.

Dionyſio Halicarnaſſeo, Myrſilo, Xenophonte, Sillio Italico, Beroſo, Manethone, Propertio, *Vir*gilio, Plinio,

TERTIA INSTITVTIO.

Quòd portiones vrbis Hetruriæ sunt Arbanum, Thusca, Volturna & Vetulonia. Et quòd ea est iuxta lacum Vadimonium habens à tergo iuga cyminia, à fronte Volsinienses, à sinistris amnem Bleranum & Tarquinienses, & à dextris Thyberim, vbi finitima Vmbriæ. Et quòd ea vrbs est, vbi tractus Vmbriæ, Sale Vmbrone, & nunc Viterbum Lucumonium. Et cur Vetulonia cum sit mediterranea inter Volsinas & Lacum Cyminium, tamē haud procul mari esse dicitur.

¶ Ex authoribus.

T. Liuio, Plinio, Propertio, Catone, Virgilio, Myrsilo, Dionysio, Herodoto, M. Antonio, Solino, Sempronio, Itinerario Antonini, Beroso, Sillio, Virgilio.

QVARTA INSTITVTIO.

De excisa memoria Lybiscilla.

Quod Viturgia vel mendoso loco impressa est, vel est duplex.

Ex authoribus.

Ptolomæo.

QVINTA INSTITVTIO.

De secunda excisa Lybiscilla tabula quæ incipit Faul faluceres, quòd ea excisa fuit circa ætatē Mecenatis filij Menodori. Et quòd Faul sunt quatuor sacræ literæ in gentis luci Lucumonum. Et quòd hic lucus est in itinere Cassiano vel Cyminio, nō procul Egelido amne inclyto lustratione Eneæ. Et quòd eum prius Ianus, inde veteres Pelagi sacrauerunt, Vertumno, Pomono, Siluano. Et quòd hic lucus erat Lucumonibus curia templum.

Ex authoribus.

Catone, Virgilio, Seruio, Varrone, Plutarcho, Plinio. Ibidem quòd Longhola est duplex, altera in Latio secus mare Volscum & à longitudine sine aspiratione dicitur Longula. Altera verò cum aspiratione Longhola est pars vrbis Etruriæ. Et ibi pulchra disputatio super nono Liuij ab vrbe condita,

ad

ad quam istarum profectus est Papirius dictator.

SEXTA INSTITVTIO.

De prima tabula Cybelaria, Græcis literis & lingua scripta.

Quod Etrusci aspiciebant literas Græcas, non perdiscebant. Et quòd hæc tabula excisa est ante Homerum, rudi existente Græcia, circa vrbem Romanam conditam, scilicet post Marsiam Etruriæ Larthem, & ante Numam Romanorum regem. Et quòd hic Atlas Kityn, fuit Italus à quo Italia, socer penultimi Coriti, cognomine Iani iunioris. Et pater Electræ, ac Pleyadum Italicarum. Et quòd hic regnauit principio, in Capena iuxta Thyberim Auentinũ, inde in Etruria regia Tetrapoli, vbi nomina, & cognoĩa, tituli, & monumẽta adhuc permanẽt. Et quòd diuinæ literæ hoc testantur prętèr alios authores. Et quòd Coritus & Iasius regnauerunt in eadem sede regia Tetrapoli Turrena, vbi adhuc extant extremæ vrbes Coriti, & Pleiadum. Quod Isis soror Osiridis venit rate, à Lybia Ægypti in Thyberim, inde ad nuptias Iasij & Cybelis in Veiuzam vrbem, & Cybelis prædia, vbi primum docuit in Italia molere, & panes conficere, paulo ante Dardaniam conditam. Et quod de nuptijs Iasij. & conditione Dardaniæ, Græcia mendax nimis audet in historia. Et de errore Blondi. Et quod Veiuzi dicti sunt Etrusci Vei Sardiniani, à quibus Veientes geniti. Et de loco, & causa mortis Iasij, atque tempore. Et de solutione contradictionis inter authores & tabulam, quis primus condiderit Vetuloniam. Et de cognominibus Herculis Ægyptij, atque ritu incantandi militiam. Et quòd ager Etruscus diuiditur in superiorem partẽ Trometinam & Trossulam, & in inferiorem Tuscaniensem & Veiam. Et quod in Trometina est regio Sanginaia, sicut in Sabatia, & in Trossula est Sangnina, & quis fuit iste Sabatius Sangni.

¶ Ex authoribus.

Catone, Beroso, Archiloco, Virgilio, Seruio, Dionysio,

onysio, Igino, Fabio pictore, Tortellio, Aretino, Sillio, Inscriptione, Plinio, Itinerario Antonini, Manethone, Palefato Spinga, Eusebio, Aruntinis Camillarijs, Plutarcho, Strabone: Macrobio, Hieronymo, Ptolemæo, & T. Liuio. Ibidem tabula Ararathea.

SEPTIMA INSTITVTIO.

De decreto Desiderij, quod Longbardi sunt Germani, qui cum Sidonijs Sarmatiæ proximis, nunc Polonis, occupauerunt Italiam. Et de triplici eorũ ducatu circa Thyberim.

Quod Desiderius rex, septem beneficia cõtulit Etruriæ, nunc Viterbo.

Quod à qualitatibus proprijs & communibus Viterbum significat Veiterbum, Vita Heroum, Vi trium vrbium, Vita Vrbium, Vi turriũ, Vi Thebum, Vita Herbum, Vita inermiũ, Vi Thermum. At per substantiam Viterbum significat idẽ quod Etruscæ Lucumonium, Græce palæologum, & latine veterũ dictatura. Et quod Horchia erat princeps dea Viterbi, olim Etruriæ. Et de mendosa traditione Festi, vnde Lucumonij Lucenses dicti. Et vnde nunc patrimonium dictũ, quod antea à principe vrbe Turrena & Etruria dicebatur.

¶ Ex authoribus tam veteribus quàm modernis.

Ptolomeo, Paulo historico Longobardo, Silio, Thoma Aquinate, Donato, Liuio, Valerio maximo, Fatio Florentino, Lælio Vetuloniensi, Thoma Veltrino, item Vetuloniensi, Archangelo Michaele caprino para Tusso siue regio Tuscaniensi, Blondo foro Iuliensi, Raymundo Gallo, Hermolao Veneto, Archade nostro, & interpretatione inuictissima nominum.

INSTITVTIO OCTAVA ET NONA.

Octaua institutio est de tabula Ararathea, quàm sextæ inseruimus. Vltima vero est columna Osiriana.

Quod

Quòd sacræ literæ ægyptiæ sunt quædam effigies, quæ ad secretum aliquod magis quàm ornatum aspicienti apparent institutæ.

De progenie Osiridis & ortu.

Quòd illius cognomina fuerunt Iuppiter, Dionysius, Olympicus, Iustus, Saluator, qui vniuerso imperauit orbi. Et quid docuit.

Quòd non fuit in orbe locus, & prouincia nobilis, quam nõ adiuerit, & vocatus ab Italis, tũnc à fontibus Istri qui & Danubius venit in Italiam cum Hercule ac dijs ægyptijs.

Quòd Osiris ab Alpibus fudit tyrannos Italiæ in prima phlegrea Histria: Hercules in tertia phlegrea *V*esuuia, & mox simul iuncti, in media phlegrea Cyminia in subsidente campo Cymeo. Et quòd triumphauit cum dijs & Musis Ægyptijs in Vetulonia, in qua est columna monumentũ huius expeditionis, Et in triumphum à suo cognomine Api, Italiam dixit Apeninam, id est, Taurinam.

Quòd sine fallo hæc est Osiriana memoria, quia in eo sunt tres effigies soli Osiri tributa, semifacies crinita, Calathi, & sceptra in trunco cum effigie instar oculi in summo, itemq́ serpens in imo sceptri qui occuparat imperium. Et quid omnes effigies significent. Et quo pacto latine legantur.

Authores.

Plinius, Macrobius, Zenophon, Diodorus, Hesiodus, Cato, Antiochus Syracusanus, Dionysius Halicarnasseus, Berosus, Herodotus, Ptolemæus, Tibullus, & noster Tortellius.

DECIMI LIBRI COMmentaria super Vertumnianam Propertij.

QVòd idem fuit Ianus cœlum, Vadymon, Vertunnus & Protheus.

Quòd quadrifrons & bifrons à auersione diei & anni fingitur & dicitur *Diespiter*, Iuppiter,

piter, optimus, Maximus: alij sunt dicti *V*ertumni *V*eiones.

Cur pingitur multiformis.

Quod sicut Horchia erat princeps dea Etruriæ, ita Ianus *V*adymon siue latine *V*ertumnus erat princeps Etruriæ, cuius pars est Tusca in *V*olsinensibus focis.

Quod falso exponitur, Clusinos deseruisse focos pro Volsinos.

Quod in vico Thusco primum Roma vidit Deum *V*ertumnū aduectū ex Thusca siue vrbe Etruria.

Quod Ianus cœpit dici *V*ertumnus in Latio, quādo sub Galerito cœptus est habitari vicus thuscus.

Quod etiam Iano fuit *V*ertūno cognomen, quia est deus vertentis anni & diuersarum naturarum ad concordiam, & est deus vertendarum rerum.

Quod Ianus dictus est *V*ertūnus & multiformis effectiue, quia vertit priscos rudes ad omnesformas & modos ciuilis vitæ, ad honestatem tegumenti & victus, & cohabitationis, ad rationes fascium, imperij militiæ, ferendi, plantandi, vini conficiendi, metendi, exercendi, venandi, aucupandi, piscandi, mercandi, pascendi, arandi, ad rationes quoque olitorias, à quibus Ianus Pomonus pater, & eius vxor *V*esta Pomona dicti fuerunt. Dictus quoq; fuit Vertumnus, vinifer, auriga, patronus sobrius, sacerdos, pontifex. Vertit insuper homines ad ritus, sacraq; & Theologiam physicam & Ethicam.

Quod dictus est solus sator Deorum.

Quod vicus Thuscus illi sacer fuit sub Galerito Larthe Etruriæ.

Quod Galeritus Lucumo fudit Sabinos, dedit primus Romulo. xii. prætoria siue lictores, imposuitq; tribus populis, quibus Romana gens principio constitit. Etrusca nomina, & eos à ducibus suis nominauit. Sabinos quidem Tacienses, Rumnenses autem, qui Romulo communione asyli coaluerant, & Thuscos Luceres.

*** Quod

Quòd sub Romulo ligneum Ianum Vertumnum bifrontem in imo Argileto,& sub Numa æneum factũ,transtulerunt posteri ad Argiletũ superiorẽ.

¶Ex authoribus.

Beroso,Ouidio,Diodoro,Xenophonte libro de æquiuocis,Fabio Pictore,Macrobio,Seruio,Myrsilo,Horatio,Varrone,Catone, Liuio,Acrone,Porphyrione,Donato,& Dionysio Halicarnasseo.

VNDECIMI LIBRI COMmentaria super Q. Fabium Pictorem de origine vrbis Romæ.

QVod aurea ætas fata est post primum diluuiũ sub Iano Ogyge, ante Nynum Iouem Assyriorum,annis.CC.XLIX.

Quòd Ianus ex Scythia ꝓfectus, post inundationem terrarum,primus rate venit in Vaticanum,Leuum latus Thyberis,sub initium aurei sæculi,& olympum regium Etruriæ vrbis, & duodenas colonias totidemq́ fasces, ad continendũ rudes in officio aurei sęculi instituit,& qualis erat hæc aurea ætas,& quid docuit Ianus & eius vxor Vesta.

Quod duo fuēre prima Italiæ imperia,primum sub Iano Thuscorum.Posterius Romanorum.

Quod Nino Ioue turbare incipiente aureum sæculum,Cameses ante, inde Saturnus Caspius, ad Ianum se contulerunt, quibus permisit dextrum latus Thyberis, Sabinosq́ & Latium, vbi ad radices Capitolij Saturnus, oppidulum Saturniã posuit. Et hæc est prima Romæ origo aureo sæculo turbari cœpto, sed nondum totaliter viciato, & in argenteum conuerso.

Quòd limes inter Ianum Vadimona Thuscum, & Camesenã regionẽ atq́ Saturniũ Latium, erat Thyberis. Arx vtriusq́ prouinciæ,Ianiculæ Etruriæ & Saturnij Latij, erant Ianiculũ & Saturnia.

De

De prisca facie agri Romani inter Thyberim & septem colles, & de ordine collium inter Capitolium & Auentinum, ante aduentum Saturni. Et quis fuerit iste Saturnus, cui alium partum Græcia mēdax supponit in historia. Et vbi vrbs *Veiēs*

Quòd tres primi colles culti sunt Romæ, Capitolium à Saturno, Auentinus ab Italo, vbi Capenā permissu Iani iunioris condidit, & Palatinus à Roma filia Itali.

Quòd imponere locis & gentibus nomina, erat munus regum.

Quòd Latiū principio dicta est Italia, deinde *Etruria*, postea sensim tota, ab Alpibus vsq; in fretum Siculum.

Quòd Italus suscepta tutela imperij Thusci, regnauit in *Vetulonia*.

Quòd nemo in Italia regulus aut rex esse poterat ante imperium Romanorum, nisi Cretus de sanguine Thusco aut verna esset Thuscorum.

Quòd ante Romulum in Latio nullus rex proprie, sed regulus extitit, primusq; omnium rex fuit Romulus creatus à Celio *Veibenno* Larthe Etruriæ, qui Romulo triumphū contra Ceninenses peperit & Latinos.

Quòd Romulus tetrapolim siue quadratam vrbē statuit in tertio colle, antea habitato à Roma filia Itali. Celius verò quartum coluit cum Thuscis, ab eo dictum Celium & sibi iunctum quintum Celiolum à Celianis suis militibus, qui postea viminalis dictus est.

Quòd Galeritus Lucumo Arbeæ, Thuscus, & postea Larthes, triumphauit de Tacio & Sabinis pro Romulo, & eos in fœdera coēgit, & tanq̄ princeps inter tres duces Taciū Romulū, & se Galeritum Thuscum Lucumonem, tribus gentibus quibus tunc Roma constitit, imposuit à ducibus Etrusca lingua nomina, Tacienses, Rumnenses, Luceres, & is primus dedit prætoria Romulo.

Quòd hoc Galerito facto Larthę Etruriæ, Romulus

tres colles inhabitauit, Tacius duos, et Thusci Luceres vicum Tuscum à radicibus Capitolij, ad radices Auentinas.

Quòd eiaculatæ aquæ sulphureæ à Iano in Sabinos pro Romulo, est fabula pro militia Galeriti initiata ad lacum Vadymonis.

Quid sit Alba vnde thyberis Albula. Quid lictor.

Quot armati suberant singulo lictori. Et de errore Ouidij quòd Crana fuerit Iani amasia.

Quòd Faustulus & Carucius, viri Larentiæ, fuerunt Thusci.

Quòd tribus Trometina est Cæliana, Luceres verò à Lucumone.

Quòd tempestate Romuli, vrbs habitari cœpta est à Thyberi ad septem colles, inde à septem collibus ampliata per alios colles & conualles vsque ad mœnia quæ nunc cernimus.

Quòd vicus Thuscus olim ante Romulum & Luceres Thuscos, erat paludalis, & dicebatur cãpus Libyssus, & Argeus distinctus in inferiorem atque superiorem Argiletum. In hoc vico Thusco erant loca particularia, pars viæ sacræ, Senaculum, concordia, Græcostasis, ædes Saturni, Vertũnus, Forum Boarium, Vicus Longhus, Vicus Arniensis, vicus Stellatinus, Sabatinus, Larthenianus qui & Veiẽs, Phaliscus, Herculis ara, vbi Romæ cõditæ Olympus, Forum piscarium, porta Carmentalis, ędes Pudicitiæ, Rotunda Herculis, Forum vęnalium, Lacus curtius, & huiusmodi.

Quòd Thyberis Deus dicitur Volturnus, à capite imperij veteris principe Volturna. Et quòd Thyberis ob id Thuscus amnis non latinus dicitur. Et quod Volturnus dicitur de pluribus. Et quòd ab Etruscis Vertumnus Ianus Vadimon dicitur.

¶Ex authoribus.

Beroso, Xenophonte, Ouidio, Trogo, Iustino, Diodoro, Archilocho, Acrone, Iuuenale, Macrobio, Propertio, Cicerone, Virgilio, Eusebio, Varrone, Plinio, Dionysio Halicarnasseo, Liuio, Igino,

Seruio, Tortellio, Plutarcho, Solino, Cornelio Tacito.

DVODECIMI LIBRI COMMENTARIA SUPER MYRSILUM LESBIUM, DE ORIGINE ITALIÆ AC TURRENIÆ.

Duodecimi libri commentaria super Myrsilum Lesbium, de origine Italiæ ac Turreniæ.

QVód prima propositio Myrsili est falsa, qua dicit: Omnis Italia à Græcis est culta, & quindecim ætatibus ante ruinas Troiæ dicta Oenotria, ab Oenotrio Arcade.

Quód Dionysio minus creditur quàm Myrsilo de tempore aduentus Oenotrij.

Quod plures fuêre Oenotrij, & plures Oenotriæ terræ.

Quod Ianus fuit antiquissimus Oenotrius, à quo Ianigenæ viri, seruata nominis interpretatione dicti sunt Oenotrij, & de contradictione Myrsili, Dionysij, Sempronij, & Catonis de origine Ligurum & Oenotriorum in Italia, qui sint antiquiores.

Quod de Turrenis Herodotus & alij dicunt originem habuisse à Turreno Lydo, qui consedit & habitauit in Thuscia in prima medietate Tyberis septêtrionali. Alij vero eos dicũt suæ regionis esse indigenas, & priscos sub Iano habitatores Italiæ.

Quod in hac quæstione magis creditur ipsis Turrenis & vicinis Romanis, atq; Lydis historicis, quã externis & remotis. Et de quatuor regulis probandi & videndi, cui magis in contentione historicorum sit credendum.

Quod nullus Turrenus nomine fuit filius Atus.

Quod ante Atum & Pelasgos ac regem eorum fuit Turrenum nomen. Et quod fabula Turrenorum Delphinorum præcessit Atum & Turrenum filiũ

eius, & quomodo intelligatur illa fabula, & quo tempore res illa fuit gesta.

Quòd Turreni dicunt se solos indigenas Italiæ, & à Iano ortos, & ab eo post diluuium constitutos, & ab eodem suam tetrapolim conditam, quam nõ à Turreno, sed à Tursibus vocant Tursenam, Volturſenam, Etursiam.

Quòd posteri verterunt s in r, vt Cameses, Camesena, arbos, decus, Valesij, Fusij, Phalesij, Tursis, Tursena, Volturſena, Etursia, pronũtiant per r, vt Camers, Camerena, arbor, decor, Valerij, Furij, Phalerij, Turris, Turrena, Volturrena, Etruria.

Quòd Turreni iacent medij inter Phaliscos & Perusinos, & differunt ab eis sermone, deis et moribus.

Quòd Romani eis vicini, non vocant eos à duce, sed potius à loco Tursito prima eorum metropoli dicta Etruria vocant Etruscos.

Quòd Turreni à duce se vocant Razenos.

Quòd si Terbus filius Atus et frater Lydi venit in Etruriam, vtiq; ipse Terbus ab ipsa Tursena Turrenus cognominatus est, et non ab eo Turrena.

¶ Ex authoribus.

Beroso, Dionysio, Catone, Fabio Pictore, Virgilio, Varrone, Seruio, Plinio, Antonini Itinerario, Xantho Lydo historico, Sillio, Eusebio, Xenophonte, Iuuenale, Ouidio, Solino, Isidoro.

DECIMITERTII LIBRI commentaria super duo & viginti fragmenta Catonis.

QVòd Catonem coëgit scribere de originibus Græcanica impudentia et leuitas, qui relictis disciplinis maiorum, et instructi fabulis et nouis adinuentionibus, incredibile est quantas mendaciorũ nebulas excitauerint,

uerint, et omnia corruperint.

Quòd omnes latini conueniunt cœptam fuisse habitari Italiam, aureo sæculo sub Iano.

Quòd Italiæ splendidissima origo fuit cum tempore, tum præcipuè origine gentis Sagæ.

Quòd aureum sæculum cœpit ante Ninum fermè annis. CCL.

Quòd his temporibus originē Italiæ dedit primus Ianus ex Saga gente aduectus in Vaticanum, dictum à vagitu, cum Gallis progenitoribus Vmbrorum.

Quòd Ianus primam regiā Etruriam, et Surrenam Augustalem, vbi rex salutaretur singulis mēsibus condidit. Et. XII. fasces instituit, et quæ sint illæ XII. vrbes quas post conditionem Etruriæ ac Surrenæ posuit.

Quòd pauló post constitutis subregulis, Camese ac Saturno circa Latium, omnis origo Italiæ circa Thyberim augustissima primum fuit.

Quòd Italia à dijs et ducibus et gentibus plura fuit sortita nomina, vt à Iano Ianicula, id est, Enotria, et sic de alijs.

Quòd Thyberis videtur fuisse in tutela omniū deorum, vnde nomen Albula habuit.

Quòd Albula ab imperio nō colore habet originē.

Quod Italia dicitur Apenina, à duce Ægyptio Api, non à pœno, vel bobus.

Quod Italia primo diuiditur in Apeninos montes, in Cisapenninam et Transapenninam.

Quod omnem Transapenninam Italiam vsq; Alpes et Rhetos, Thusci missis colonijs tenuerunt, vbi et de singulis gentium earum originibus tradit, et de errore Græcorum atque mendacio de Istro et Istria.

Quod Galli dicti sunt mariti Gallinarū, Celtę quoque Transalpini et Etrusci Cisalpini Transapeninum. Et Castrati Cybelis sacerdotes et Ianigenæ.

Quòd Apianum à Nare vsq; ad Sarnum habitãt Sabini & inde Sabelli cognomine Samnites, à Sabo nominati.

Quòd sequẽtes Lucani à Lucio Samnite dicti sunt.

Quòd gentilem Sabi proferunt, Sabini quidem Sangni, Romani Sanctum, Barbari Sagam à quo primi Thusci Sagi, id est, sacri pontifices & expiatores.

Quòd Etrusci noluerunt recipere Latinas literas nisi sub Cecinna Volturreno, longe post deuictam Etruriam, & hoc quia semper horruerunt fabulas & mendacia Græca, à quibus Latinæ literæ pendent.

Quòd tonsuram ouium Romanis ostẽderunt Thusci.

Quòd ianus bifrons Quirinalis dicitur à victoria Lucumonis à colle Quirinali mouentis, Quirinalis vero collis à Curina, id est Iunone Sabina.

¶ Ex authoribus.

Lactantio, Iosepho, Dionysio, Fabio Pictore, Sempronio, Trogo, Iustino, Macrobio, Varrone, Virgilio, Ouidio, Iuuenale, Horatio, Seruio, Xenophonte, Archilocho, Myrsilo, Aristotele, Platone, Diodoro, Beroso, Plinio, Festo, Gellio, Liuio, Hieronymo, Igino, Tralliano, Antiocho, Martiale, Strabone, Cornelio Nepote.

DECIMIQVARTI LIBRI commentaria super vnum Fragmentum Itinerarij Antonini.

QVod ab Vrbe in Gallias, sex sunt itinera, Maritimum, Littoreum, Aurelianum, Cassianum, Cyminium, Flaminium.

Quæ oppida assignẽtur maritimo, inter quæ illustriora sunt, Populonia, Genua, Nicea.

Quæ oppida occurrant itinere Littoreo inter quæ clariora erant Pyrgi, Grauiscæ, Cosæ, Volaterræ, Pisa, Luna.
Quæ oppida occurrant itinere Aureliano, inter quę nobiliora erant, Tarquiniæ Volcæ, Mons Tunnias, Tursena.
Quæ oppida Cassiano itinere inueniūtur, inter quæ præcipua erant, Forum Cassij, Aruntini veteres, Camillarij, Sena, Phocenses, Luca.
Quæ oppida sint in Cyminio itinere, inter quæ prę stabant Veiens, Sutrium, Fanum Volturnæ, Volsinæ, Clusium vetus & nouum.
Quæ oppida occurrunt itinere Flaminio inter quæ in pretio erant, Ocrea, Otriculū, Narnia, vel Spoletum, Camerinum, Vrbinum.

Ex authoribus.

Plinio, Catone, Aristotele, Verrio, Ptolemæo, Strabone, Diodoro, Virgilio, Dionysio, Pio II. pōt. Max.

DECIMIQVINTI LIBRI commentaria super C. Sempronium de Chorographia siue descriptione Italiæ & eius origine.

Quod vniuersa Italia assurgit ab Alpibus & finitur freto Siculo, instar insulæ cincta mari supero & infero.
Quod Alpes Italiæ sic diuiduntur, ab Nicea ad Pœninum Alpes Lygurum, A Pœnino ad Ocram montē Trāspadanorum, & ab Ocra ad Rhetos. Et quòd his fermè tota origo Etrusca est.
Quod mons Apeninus, qui ab Alpibus ortus tēditur per mediam Italiam vsq; in fretum Siculum, septem primoribus gentibus incolitur.
Quòd ab Alpibus ad fontes Macræ Apeninus incolitur à Lyguribus montanis quibus Phetontis origo, quem Lygures Pheritonem vocabant. Et

quod Pheton Colonias miscuit ab Ostiis Romanis ad Niceam finem Italiæ.

Quód Lyguribus omnibus sicut & Etruscis origo est Ianus Genius, á quo Ianiculum, & Ianua Genua.

Quód á fontibus *Macræ* ad fontes Thyberis Apeninum colunt Apuani, orti veteribus Etruscis Ianigenis Gallis.

Quód á fontibus Thyberis ad Narem amnem, incolunt Apeninum Vmbri, veterum Gallorum Etruscorum proles.

Quod á Nare amne ad fontes Silaris iuxta Latium, incolunt Apeninum Sabini, Sancti siue Sabatij Sangni, Çaspij genus, qui á *Megale* Turreno ius diuinum & humanum atque disciplinas didicere, & non á Pictagora, vt *Græcia* mendax audet in historia.

Quod á fontibus Silaris, ad fontes Vulturni amnis, Apeninum incolunt Sabelli, quos Latini Samnites, Græci Saunitas vocant, á Sabinis orti.

Quod á fontibus Vulturni & Sarni vsque in magnã Græciam, Apeninum coluerũt principio Thusci, & residuum pro maiori parte *Græci*.

Quod Cisapennina Italia, ad inferũ mare, et Transapennina ad superum mare, sunt loca Italiæ magis plana sub radicibus Apeninis.

Quod Transapenina Italia plana, ad superum mare diuiditur in Cispadanam, & Transpadanam.

Quod Cispadana diuiditur in Emiliam, Aureliam, Flaminiam, Togatamque Galliam. Item Picenum, & vsque Brundusium, Idruntum & Leucopetram. *Et* hic ponuntur primores vrbes, & earum origo.

Quod Transpadana Italia Gallia, diuiditur in Lariam, Venetias, Histriam. Et hic ponit vrbes primores, & gentes, & origines earum.

Quod in Cisapenina Italia, diuisio est ista. Ad Niceam á Macra tenuerunt Lygures montani, origine Phetontei. A *Macra* ad Arnum & Portum Lygurnum sunt Lygures Apuani, origine

Etrusci,

Etrusci, quos sequuntur Lygures Populonij vsque ad caput Etruriæ: à quo ad ostia sunt Lygures Turreni, vbi campi complutorum lapidum, clari pugna Herculis Ægyptij, in quo errauit Plinius. Et de errore expositorum Tibulli, ibi:

Nos tenet Etruscis manatque montibus vnda.

Quod post magnam Græciam à Velia ad Silarum, sunt Lucani proles Samnitum. A Silaro ad vrbem Romam vt plurimum tenuerunt Etrusci exceptis Bais & Cumis, & de origine gentium illarum.

Quod Roma non fuit dicta à Romulo, sed Romulus à deo Romæ, incognitæ originis.

Quod fuit Romulo & Remo proprium nomẽ Rumulo & Rumo, ab Etrusca deriuatione ruma, id est mamma qua fuerunt lactati à lupa, à qua Ruminalis ficus vbi lactati, & Rumnenses viri, qui communione Asili adhæserunt Romulo, & Luceres Thusci, & Tacienses Sabini, à ducibus omnes dicti.

Quando, & à quibus condita est Roma. Et de mendaciis leuitateque, fabulosque & stomachositate Græcorum in rationibus & antiquitate Italiæ.

¶ Ex authoribus.

Ptolemæo, Liuio, Plinio, Beroso, Catone, Dionysio, Solino, Diodoro, Seruio, Verrio, Virgilio, Ouidio, Sillio, Varrone, Fabio Pictore, Martiali, Metrodoro Sceptio, Igino, Plutarcho.

DECIMISEXTI LIBRI Cap. ex emendatissima Chronographia Etrusca.

QVód ea sola historia certissima est, quæ per substantiam constat vera narratione, & per principiantia indiuiduantia dicta hic: & nunc constat sua chronographia propria atque non discrepante à publica Monarchiarum fide.

Quod

Quod ab Ogyge Iano aurei sæculi fundatore Etrusci imperij, vsq; ad suum subregulum Camesem, fuerunt totidem anni, quot ab Ogyge ad Ninum fundatorem monarchiæ Assyriorum, videlicet anni ducenti, quadraginta nouem.

Quod à Camese vsq; ad Italum fratrem Hesperi, fuerunt anni.cccc.xxx.

Quod ab Italo ad finem Mezentij, fuerunt anni ccc.LII.

Quod à Tarcone tertio, successore Mezentij vsq; ad sextum annum Celij, qui iuuit Romulum, supputantur anni.ccc.xxIII.

Quod à septimo anno Celij, quo fundata est tetrapolis siue quadrata vrbs Roma vsq; ad perdomitam tetrapolim Etruriam enumerantur anni.cccc xLIIII.

Quod ab Elbio Larthe sub quo perdomita est Etruria, vsq; ad Cecinnam qui primus recepit literas Latinas in Etruria, colliguntur anni.c.xxIx.

Quod à prædicto Cecinna vsq; ad Mecœnatem & Octauianum Augustum, fluxerũt anni. c.xxxvIII.

Quod à Mecœnate vsq; ad interitum Othonis, scribuntur anni.c.xIII.

Quod à Iano Prisco, vsq; ad Sceuinum sociũ Othonis, in interitum Othonis, decursum fuit in Etruria sub Larthibus quinquagintaquinq;, & præclarissimis decem principibus, totidem annis, quot gentilis monarchiarum supradicta publica fides tradidit, scilicet octo & septuaginta supra trecentos & duo milia.

Qui fuerint dicti Larthes, & principes Etruriæ? & quibus nominibus appellati? & quot quisq; regnauerit annis.

¶Ex authoribus.

Iuuenale, Beroso, Manethone, Suetonio, Appiano, Philone, Liuio, Fabio Pictore, Dionysio Halicarnasseo, Eusebio, Catone, Macrobio, Festo, Propertio, Virgilio, Diodoro, Solino, Varrone, Myrsilo, Xenophonte, titulis, Ouidio, & Metasthene.

CAPI-

CAPITVLA EX CHRONOGRAPHIA *quatuor Monarchiarum.*

QVod ab Ogyge ad Ninum fuerunt anni CC.XLIX.

Quod à Nino ad finem monarchiæ Assyriorum, vsque scilicet initium Arbacis Medi numerantur anni.M CC.XXXIIII.

Quod monarchia Persarum & Medorum durauit annis CCCC.XV.

Quod ab Alexandro Magno ad principium monarchiæ Romanæ deuicto vltimo rege Syriç & Asię Philippo colliguntur anni.CC XXXVI.

Quod ab initio dictæ monarchiæ Romanorũ vsq; ad interitum Othonis Cæsaris ante Vespasianum sunt anni.C.LXIIII.

Colliguntur omnes anni certissimi à Prisco diluuio sub Ogyge per annos publicæ fidei monarchiarum vsq; ad interitum Othonis, octo ac septuaginta, supra trecentros & duo millia.

¶ Ex authoribus

Publicæ fidei Beroso, Metasthene, Cthesia Gnidio, Eusebio, Liuio.

CAPITVLA SVPER QVAdraginta *quæstiones Annias.*

DE limitibus Thusciæ q.I.

De diuisione gentium Thusciæ q.II.

Quo pacto intelligatur carmen Virgilij de Thuscia, quod est de Mantua, Gens illi triplex, & reliqua q.III.

Quo pacto Thuscis non Mantuę est genus omnibus vnum q.IIII

Quid significet hoc nomen Coritus, & cuius est originis, & quot fuerint Coriti q.V.

Quomodo Volturna & Turrena sint eadem. q.VI.

Quare

FINIS.

F. IOANNIS ANNII VITERBIENSIS, ORD. PRAEDICATORVM, Sacræ Theologiæ professoris in Archilochi de Temporibus Epitomen

PRAEFATIO.

ARchilochus Græcus Chronographus, floruit Olympico certamine victor, floruit cum Simonide & Aristoxene Olympiade.xxix. vt Græci scribunt & Eusebius annotat in eadem Olympiade. Caussæ edendi hanc Epitomen de temporibus plures fuere. Vna quidem communis sibi & alijs Græcis, quia funditus ignorabant Græci qui primi reges fuerint in orbe, & aureo sæculo ante Ninum, quippe quia Ninus primus fuit q assecutus est scriptores Græcos, vt Diodorus in tertio libro, & Xenophõ de æquiuocis insinuant, idcirco ad complete scribendũ historias & antiquitates, necesse fuit ab Assyriis mutuari & mandare literis, qui reges ante Ninum, quótue annis singuli regnauerint. Deinde, quia etiam de temporibus, à Nino vsque ad primam Olympiadem, Græci authores per opiniones scribunt, & sibi mutuo contradicunt, & ob id incerta est omnis Græca historia de temporibus, vt authores sunt Eusebius de temporibus primæ Olympiadis, & Iosephus contra Appionem grammaticum, idcirco necesse fuit ad depellendos errores ab historicis, cum ipsa certissima Barbarorum historia concordare Græcorum incerta tempora, quantumque temporis intercesserit à Nino vsque ad conditionem Troiæ, quótue annis & quibus regibus Troia durauerit. Deinde, quia circa senectutem suam qua vixit Archilochus, vt aiunt, annis centum & decem, errari cœptum erat de temporibus Homeri, idcirco ipse coactus est etiam Epitomẽ protrahere, ab excidio Troiano vsq; ad Homerum poëtam. Huius Epitomes meminit Eusebius quum de temporibus Homeri loquitur, & nos paulò inferius adducemus. Itaq; de temporibus aurei sæculi quæ præcessere runt Ninum, & quæ idem Ninus vitiare cœpit omnium primus, vt authores sunt Fabius Pictor, Trogus & Iustinus, his verbis absoluit Archilochus. *Archilochus*

MAseas Phœnix Damascenus, libro nonagesimoseptimo historiarũ asserit ante Ninum fermè ducentis quinquaginta annis fuisse inundationem terrarum, & quendam cui testimonium perhibet Moseus antiquißimus historicus liberatũ circa fluuium Araxim ad montes Caspios, tumq́; recenti cœlo & rudi humano genere vixisse auream vitam, in qua nullo ferente legem, natura ipsa viuebatur, quousque Ninus & Semiramis arma populis inferẽtes, primi vitam viciare cœperunt humanã. Tradunt igitur Chaldæi vno & trigesimo atq; centesimo ab Ogyge anno regnasse apud se Saturnum auum Nini, annis sex & quinquaginta, primumq́; Babyloniæ fundamẽta iecisse. Hũc secutum fuisse filium Belum Iouem, & rexisse Chaldæos & Assyrios annis duobus & sexaginta. Ninum verò duobus & quinquaginta, Semiramidẽ duobus & quadraginta. Ea Babyloniam magnitudine indicibili extruxit. Supputantur igitur à Nino ad secundum annum Spheri quo ortus est Deucaliõ, anni vnus & quinquaginta supra CCCC. septingenti verò à prima inundatione nouimestri, à qua ad Troiam colligit Maseas annos non minus octo & viginti supra octingentos. Regnatum

verò

vero fuit Troiæ regibus ſex, ſub Dardano quidem vno & triginta annis, ſub Erichthonio quinq; & ſeptuaginta, ſub Troë ſexaginta, ſub Ilo quinq; & quinquaginta, ſub Laumedonte ſex & triginta; ſub Priamo quadraginta.

Vt diximus, quia ante Ninum tempora ignorauerũt Græci, cõpulſi ſunt ab ipſis Aſſyriis & Phœnicibus hiſtoriam mutuari. Hunc Maſeam etiam contra Appionem grammaticum, & in primo de antiquitate Iudaica producit Ioſephus dicẽs: Maſeas, inquit, Damaſcenus li. 96. hiſtoriarum ita ſcribit: Eſt ſuper Myriadẽ excelſus mõs in Aramea, qui Baris appellatur, in quo multos confugientes ſermo eſt diluuij tẽpore liberatos, & quendã ſimul in arca deuectũ in montis Ocilæ ſummitate, lignorumq; reliquias multo tẽpore cõſeruatas, cuius meminit etiam Moyſes Iudæorũ legiſlator. Hæc Maſeas. De tẽpore aũt quo cœpit prima aurea ætas ante Ninũ omnes hiſtorici Latini cõueniunt, mox homine ſato ſacrã fuiſſe ſimul auream ætatẽ, vt Ouidius indicat in. 1. Metamor. & nos in aliis cõmentariis ſuper Fabiũ Pictorẽ diximus. Porrò de quinque diluuiis & eorum temporibus, copioſe expoſitum eſt in Xenophonte de æquiuocis, & in commentariis eius. Itaque vbi Archilochus abſoluit tempora ex annalibus Aſſyriorum & Phœnicum ab inundatione prima terrarum vſque ad conditam Troiam, nunc ab ea condita vſque ad deſtructam ex Annalibus regum Troianorum ſubinfert dicens: Clara eſt litera, in qua error Euſebij de temporibus regum Troianorum conuincitur, ſequuti diſsidentem ſibiipſi Græcam hiſtoriam. Et ob id in hac re Troiana ſequimur abſq; errore Archilochum, qui non Græcas pugnas defendit, ſed ſolos regũ Troiæ annales ex Maſea phœnice proſequitur. Deinde de temporibus ab euerſione Troiæ vſque ad Homerum poëtam diſtinguit, de cuius patria & temporibus indocile ſemper genus litigauit, vt vere oſtendant ſe nihil ſciuiſſe. Nã vt ipſimet Græci confitentur, ſi de Homeri patria à Pyndaro Lyrico quæres, ſibi ipſe diuerſus erit

Maſeas.

Euſebij error.

Homeri patria.

& nunc Smyrnæum, nunc Chium asseuerabit. Si ab Antimacho & Nicandro expetis, Colophonium censebunt. Si ab Aristarcho & Dionysio Thracio, haud dubitabunt Atheniensem dicere. Aristoteles eum Salaminium, Simonides verò Argiuum eum fuisse contendit. Hactenus de patriæ eius erratis. Nunc de temporibus, Eusebium de temporibus Æneæ Syluij scribentem, audiamus his verbis: Homerus, inquit, his fuisse temporibus à quibusdam iudicatur. Et subdens, quanta, inquit, apud veteres de eo dissonantia fuerit, manifestum esse poterit ex sequentibus. Quidam eum ex quibus Socrates, ante descensum Heraclidarum ponunt. Eratosthenes, post centesimum annum Troianæ captiuitatis. Philocorus verò, Ionicæ migrationis tempore, sub Archippo Atheniensium magistro, qui fuit post captam Troiam, annis. clxxx. Cæterum Apollodorus Atheniensis. cc.xl. anno euersionis Ilij. Extiterũt alij, qui paulò antequam inciperent Olympiades, retro. cccc. annis Troianæ captiuitatis eum fuisse putent, licet illum Archilochus dicat fuisse vigesimatertia Olympiade, & quingentesimum Troianæ captiuitatis annum supputet. Hæc Eusebius. Quæ omnia Archilochus ex historiis dictarum patriarum perquirens qui fuerint ilis temporibus apud eos dicti Homeri, has caligines dissoluit dicens:

Homeri sæculum. *Homeri, octo*

Secuti sunt anni quingenti à captiuitate Troiæ vsq; ad vigesimamtertiam Olympiadem, in quibus floruerunt Homeri octo. Horum primus in annalibus Teutei regis Assyriorum traditur, qui vigesimusseptimus à Nino extitit. Hic Homerus vt ibi traditur, fuit Smyrneus & præfectus eiusdem regis paulò ante descensum Heraclidarum in Peloponessum, anno, xx. Demophoontis regis Atheniensium quando Pyrrhus in templo Apollinis fuit

fuit ab Oreste interemptus. Hunc secutus est Homerus Chius, qui vt Chiensium memoria tradit, floruit arte medicinæ anno. xix. Melanthis regis Atheniensium. Alius fuit Homerus patria Cumeus, qui vt ipsi Cumei perhibent enituit magica magis quàm literatura, anno. xxiiij. Codri regis Atheniensium. Quartum, ciuem suum prædiuitem Salaminenses Cyprij efferunt, arte institoria inclytum, anno octauo Agasti Atheniensis. Biennio post emersit Homerus Colophonius, quem illorum annales migratione Ionica prædicant effulsisse arte pictoria simul & sculptili. Sextus fuit Atheniensis, qui vt ipsi scribunt, illustris reuocatione abolitarum legum & nouarum latione floruit sub Archippo. Septimum argiui habent, Musicæ atq; geometricæ disciplinæ præceptis admirabilem, anno decimoseptimo Diogeneti Atheniensis. Vltimum hunc Homerum ætas nostra cernit, qui Olympiade. xxiij. & à Troiæ excidio anno quingentesimo, patria Mæon Olympico certamine victor, iudicio totius Græciæ eximius poëtarum est habitus, & ei soli ius tributum emendandi characteres & nomina & linguam Græcam, quæ, vt ferunt, Cadmus Samothrax ferè Barbara & plena ruditatis attulit, sub excidium Troianum,

quum reuersus esset à fuga quam inierat ob certamen quod illi Prisca vxor intulerat propter nuptias superinductæ Armoniæ. Sũt ergo nũc characteres ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariem quãdam vetustam & non phœnicam ferebant, quia nihil phœnicum habent vt cernimus, sed Galatarum & Mæonum figuras retinent. Idem Homerus reformauit characteres, & grãmaticæ præcepta primus dedit, quum antea quisq; sermone scriberet simul & loqueretur vernaculo. Quæ profecto etiam Italia, quæ & magna Græcia suscepit. Hactenus de temporibus.

Licet Eusebius non definiat pro Archilocho expresse, tamen subtacite per istam coniunctionem, licet, determinat. Quasi dicat: Licet Archilochus certissimus temporum author probè dissoluat æquiuocationes nominis Homeri, quia plures fuerunt, vt etiã Xenophon de æquiuocis dicit, & tempora eorum & nobilitates ex annalibus patriis probet, & ætate sua vltimum fuisse tradat, tamen illi in æquiuocatione, & stultitia perseuerant, quia vt in principio fragmẽtorum Catonis probauimus, Græcorum genus est confusissimum, & per omnem vitam homines errare compellens, simulq; indocile atq; nequissimum, quærens literis suis à natura sua, cuncta corrũpere Instructi enim copia dicendi, vt ait Lactantius, mirabile est, quantas mendaciorum tenebras, & caligines excitauerint. Creditur ergo Archilocho, cùm studiose annalium patriorũ perscrutatori, tum præcipue quia vltimo Homero qui quæritur ipse coætaneus fuit, de cuius laudibus hæc dicit. Archilochus floruit, vt Eusebius notat, & nos supra diximus, Olympiade. XXIX. Et Homerus. XXIII. quare ante floruit Homerus quàm Archilo-

Homeri octo.

chilochus, sex Olympiadibus, id est, annis. XXIIII. quoniã Olympias apud Græcos est spatium quatuor annorum, sicut apud Latinos lustrum est spatium quinq; annorũ. Fuit igitur Archilochus coætaneus Homero poëtæ de quo erat perquisitio. Et ideo ipsi soli præter omnes crediter. Quot verò Cadmi fuerint super Xenophontem de æquiuocis exposuimus, ac etiam de nuptiis huius Cadmi: Et certamen passus est anno fermè octogesimo antequam excideretur & cremaretur Troia, vt Spinga & Palefatus tradunt, & Eusebius de temporibus notat. Non ergo post huius Armoniæ & Cadmi nuptias ædificata est Troia à Dardano Samothrace, qui cum Iasio & Cybele his nuptiis interfuit, vt Græcia mendax audet in historia, quia ante has nuptias ducentis annis, & amplius inuenitur Troia condita ab alio Dardano Thusco filio Coriti, qui teste Vergilio à Turrhena sede Coriti profectus in Samothraciam primo, postea Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes. Isq; fuit Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & author. De literis verò reformatis ab Homero Mæone, quòd similentur Galatis & Mæonicis characteribus, etiam argumento est, quod ait Cæsar in sexto Commentariorum, quòd Galli vsq; ad illud tempus vtebantur literis quibus & Græci. *Literas expoliuit Homerus.*

XENOPHONTIS LIBER,

DE AEQVIVOCIS, CVM COMMENTARIIS ANNII.

QVis fuerit iste Xenophõn nondum compertum habeo, existimo tamen fuisse filium Gryphonis, qui post Archilochum floruit, quia Archilochus distinxit octo fuisse Homeros, iste vero Xenophon solum octo fuisse dicens, non discreuit inter eos vtpote qui ab Archilocho digestos ante se viderat. Archilochus enim floruit Olympiade vigesimanona. Et Xenophũ filius Gryphi Olympiade. XCV. Opinari tamẽ licet cuilibet. Æquiuoca autem hic appellantur nomina hominum, quæ errorem in historiis ingesserunt, priscis Græcis existimãtibus de vno solo dici quæ de pluribus dicta sunt. Et incipit à Cælo & eius posteris, Saturno, Ioue, Hercule, & aliis, dicẽs, *Xenophon.*

Saturni dicuntur familiarum nobilium regum, qui vrbes condiderunt, senissimi. Primogeniti eorum Ioues & Iunones. Hercules verò nepotes eorum fortissimi. Patres Saturnorum Cæli, vxores Rheæ, & Cælorum Vestæ. Quot ergo Saturni, tot Cæli, Vestæ, Rheæ, Iunones, Hercules. Idem quoq; qui vnis populis est Hercules, alteris est Iuppiter. Nam Ninus qui Chaldæis extitit Hercules fuit Assyriis Iuppiter, quibus oppidulũ paternũ tetrapolim & caput imperij statuit. Vnde ipsum Ninum, id est, Iouem cognominauerunt, qui proprio nomine Assyrius dicebatur, à quo Assyrij dicti, & à cognomine vrbs Ninus dicta.

Cælus pater

Lactantius primo diuinarum institutionum libro ca capite vndecimo. Cælus dictus est fuisse Saturno pater, & terra mater, vt author est Minutius Felix in Octauio, quia qui vel virtute eminent, vel subito ignotis parẽtibus apparent, solemus eos de cælo cecidisse dicere. Hoc ibi Lactantius probat authoritate antiquissimi Trimegisti, qui cum diceret admodum paucos extitisse, quibus esset perfecta doctrina in his Cælum, Saturnum, & Mercurium nominauit Natus est igitur Saturnus ex homine cui Cælo nomen erat, quem Vranum Græci vocant. Et capitulo decimotertio. Ennius inquit in Euhemero, non primum dicit regnasse Saturnum, sed Vranum patrem dicens, initio primus in terris imperium summum Cælus habuit. Cur verò primi reges deorum, cælorum, stellarumq; nominibus cognominati fuerunt, idem Lactantius ait ob propagandum fulgorem nominis, & inememoriam

Nominum rebus perpetuis imponẽdorũ causæ

moriam indendam, vt in vndecimo capitulo insinuat, dicens: Saturnus cum esset potentissimus, ob parentũ suorum memoriam nomine cælo terræq; indidit, quum hi prius alijs vocabulis appellarentur, qua ratione montibus & fluminibus nomina sunt imposita, quod apud veteres maximeq; Græcos vsitatũ fuit, vt Inachus fluuius, mare Ægeum, Tyberis, & Turrenũ mare, atq; mõs Auentinus. Et subdit. Hæc quia Minutius ignorauit, alio traduxit historiam. Hoc loco nota Lactantiũ, quia alio proprio nomine nominabantur. Vt Ianus, Cælum, Chaos, proprio antea nomine dicebatur Noa, vt ait Berosus. Seruius verò super septimo Æneidos, ibi, Saturnusq; senex, Antiqui (inquit) reges nomina sibi plerũq; vendicabant deorum. Rationẽ verò assignat Lactãtius capitulo decimoquinto, inducens etiam testimonium Ciceronis in libro de natura deorum. Nam quia ante Cælum & Saturnum nulli fuerunt reges ob raritatem hominum, ipsum regem totamq; posteritatem eius summis laudibus ac nouis honoribus iactare cœperunt, & Deos credere, siue ob miraculum virtutis rudes adhuc & simplices, siue (vt solet) in adulationem præsentis potẽtiæ, siue ob beneficia quibus erant ad humanitatem compositi. Et hi summi reges ob celebritatem nominis in prouincijs omnibus colebantur. Priuati verò singuli populi, gentis, aut vrbis conditores, seu fortitudine insignes essent, summa veneratione colebant. Hæc Lactantius. Et hoc videtur significare Xenophon, quum dicit Saturnos dictos qui nobilium regum vetustissimi, condiderunt vrbes & populos, ac propterea non vnum sed plures fuisse Saturnos, quorum patres dicti erant Vrani siue Cæli. Filij verò Ioues, & nepotes qui viribus excellerent, Hercules. Nomina ergo hæc fuerunt dignitatis & deitatis cuiusdam apud rudes priscos ob fulgorem nominis inuenta. Deinde notat Xenophon quòd ista sunt nomina relatiua, vt genitor & genitus. Vnde Saturnus est is qui à Cælo & terra siue Vesta genitus fuit, & qui ex Rhea siue Opi sorore simul & vxore genuit Iouem & Iunonem. Iuppiter verò est qui à Saturno atque Rhea genitus, genuit Herculem. Porrò Cælus & Vesta siue

terræ ad nullos superiores referuntur, quia absolute primi. Ergo ista sunt magis nomina analoga quàm æquiuoca, quia de pluribus posterioribus dici videntur, per habitudinem ad primum Cœlum, posteriores Cœli, & ad primam Vestam iuniores, & ad primos Saturnum & Rheam posteriores, & similiter de Iouibus, Herculibus, Veiouibus, & Iunonibus. Vnde apud Babylonios Nymbrotus est Saturnus, cuius filius Bellus est Iuppiter Babylonius, vt in 3. libro Diodorus indicat. Similiter Cameses apud Ægyptios est primus Saturnus, & primogeniti eius Osiris & Isis sunt Ægyptius Iuppiter & Iuno, vt ait in 1. lib. idem Diodo. Et filius Osiridis Libyus nomine, vt Moses insinuat, fuit Ægyptius Hercules, qui teste Diodoro ibidem, robore corporis erat admirabili, & gradu Osiridi generisq; erat proximus. Pari forma Apteras Cretensibus fuit primus Saturnus; qui Cœlo patri testes amputauit, & filius eius Iuppiter Iunoq; primogenita, & Alcæus ex Alcmena fuit Græcus Hercules, & ita de alijs. Et quia relatiua possunt vni diuersa conuenire, quippe quia idem est pater & filius respectu diuersorũ, idcirco idem potest esse Iuppiter, Saturnus et Hercules, cuius exempla ponit Xenophon. Quod verò ait quòd populi appellati sunt Assyrij ab eo, & vrbs Ninus, hoc idẽ Hebræi proferunt Assur & Niniuen Gen. cap 10 vbi Moses ait de Nymbroto auo Nini, & Saturno Babylonico, & tetrapoli Babylonia, & tetrapoli Niniue ab Assyrio cõdita, his verbis vsus. Fuit (inquit) principiũ siue sedes regni Nymbroti, Babel et Arach, et Achat, et Galane, in terra Senaar. De terra illa egressus Assur ædificauit Niniuẽ, & fora ciuitatis, & Cale, & Resen inter Niniuen et Cale. Nec hæ sunt quatuor ciuitates discretis lõgis spatijs, vt qdã ignari topographiæ veteris existimãt, & exponũt cõtra textũ Moysi, qui has exponens nõ dixit: Hæ sunt ciuitates, sed hæc est ciuitas magna scilicet tetrapolis, vt ait Xenophõ, & nos inferius exponemus.

De secundo æquiuoco, Phoroneus.

PHoronei plures, sed in pretio habiti duo. Antiquissimus claruit primo anno Nini, in par-

in parte Hellinica quæ post Græcia dicebatur. Iunior secundus rex Argiuorum filius Inachi, inter quem & Priscum fuere decē ætates & amplius.

Sequitur de secundo nomine æquiuoco, quod etiam obscuritatem ingerit in historijs, & dicitur Phoroneus: qui licet fuerint plures, tamen duo poterant capere atq; decipere historicos. Hi autem differūt in multis. Primo, in tempore, quia Priscus claruit primo anno Nini: Secūdus vero, vigesimoprimo anno Armatritis Assyrij, qui septima proles fuit à Nino, vt Græci asserunt, & Eusebius notat in temporibus eiusdem Armatritis. Ex quo soluitur illa quæstio, quare Græci incipiunt sua tempora à Nino, & non cōpertū habuerunt q̄ primi ante Ninū fuerint in orbe reges, quū primus qui Græcos scriptores assequutus est fuerit Ninus, vt insinuat Diodorus Siculus in primo libro & tertio. Hoc dissoluitur ex hoc dicto Xenophontis. Nam quia priscis Græcis nullus fuit rex antiquior Prisco Phoroneo, idcirco non comperiebāt alios antiquiores, sed coætaneos. Et quia Ninus fuit ei coætaneus, idcirco ab eo potuerūt incipere. Secundo differunt regno, Nam iunior fuit rex Argiuorū, quæ est vna pars Peloponnesi. Priscus vero regnauit in altera parte, quæ à filio Deucalionis dicta est Hellines, sed prius Græcia, vt author est Aristoteles in secundo libro Metheororū, dicens: Sub Deucalione fuit grauis hyems, & excessus imbrium in loco vbi nunc habitant Hellines, qui prius dicebantur Græci. Ergo ab historicis Priscus appellabatur Phoroneus antiquissimus rex Græciæ. Quo epitheto Plinius vtitur in septimo naturalis historiæ, capitulo vltimo. Alter vero Phoroneus secundus rex Argiuorū. Nā ante eum fuit pater eius primus illis rex. Quo Epitheto vtitur Eusebius de tēporibus. Sequitur tertia differentia, quia Phoronei antiquissimi nulla genealogia reperitur, iunioris vero reperitur; quia Phoroneus iunior fuit filius Inachi et Niobes, qui primus leges et iudicia cōstituit Argis vernaculo carmine, q̄ a his nondū erāt literæ. Phoronei.

Inter

Inter hunc & Priscum interfuerũt decem ætates & am plius, id est, plus CCL. annis, vt nunc explanat, dicens:

De æquiuocis temporum.

ÆTas apud diuersos diuersa metitur spatia, quia apud Ægyptios spatio triginta annorum perficitur, et apud Græcos quartam centenarii partem, id est, annos quinq; ac viginti continet. Annus etiam diuersus est. Etenim ipsi Ægyptii vtuntur anno quandoq; menstruo, sæpe bimestri, non raro trimestri: sæpe quadrimestri, nonnunquam solari. Quæ varietas etiam ex nostris qui ab eis literas habuerunt, sapientes coegit aberrare. Iberis annus quadrimestris vt plurimum est, rarissimè solaris. Econtrà Chaldæi quum in antiquitate disciplinarum suarum vtantur menstruo, in cæteris semper solarem se intelligere fatentur. Et hoc pacto semper, quo Semiramis in colũna Nino ita excidit: Mihi pater Iuppiter Belus, auus Saturnus Babylonicus, proauus Cur Saturnus Æthiops, abauus Saturnus Ægyptius, attauus Cælus Phœnix Ogyges. Ab Ogyge ad meum auum sol orbem suũ circumlustrauit semel ac tricies et centies. Ab auo ad patrem sexies & quinquies. A patre ad me bis & sexagies: Columnam, templũ, statuam Ioui Belo socero, & matri Rheæ, in hoc Olympo Semiramis dicaui.

Sequitur tertiò de æquiuocis temporum, dicens quòd

ætas

Ætas.

ætas apud Ægyptios triginta annorum spatium est. Verum quia apud Ægyptios annus etiam est confusus, vt mox aperiet, idcirco etiam hi triginta anni definitum nō habent intellectum quomodo accipiantur. Apud Græcos autem, vt ait, ætas est spatium vigintiquinq; annorum. Quod cōgruit his quæ alij authores Græci tradūt. Etenim vbi Antiochus Syracusanus ait, Siculos pulsos ab Italia à Pelasgis ante res Troianas septuagintaquinque annis, & Herculem discessisse ab Euandro quinquāgintaquinque annis quàm Æneas in Italiam venisset, alij per ætates fermè eundem numerum attingunt, vt patet ex his quæ ait Dionysius Halicarnasseus in primo libro, dicens: Siculum inquit, genus reliquit Italiam tribus ætatibus ante res Troianas, vt Hellanicus Lesbius dicit: vt autem Philistus Syracusanus, annis octoginta. Et in eodem libro: Secunda, inquit, ætate post Herculis profectionem, anno fermè quinquagesimoquinto (vt ipsi Romani dicunt) rex erat Aboriginibus Latinus Fauni filius quintum & trigesimum iam annum imperij agens.

Annus.

Hæc de æquiuocatione ætatis. Sed de anno maior confusio nascitur, præcipuè apud Ægyptios, qui vt patet hoc loci in Xenophonte, atq; alijs authoribus, tam mixtè promiscuéq; atque confuse annum in eadem narratione accipiunt, vt compulerint etiam sapientes Græcos errare, qui ab eis literas habuerunt. Miror quòd dicat sapientes Græcos ab Ægyptijs literas habuisse, quum pro constante teneant illas à Cadmo Græcis illatas. Sed existimo literas hoc loco Xenophontem appellare, non ipsos characteres, sed disciplinas Ægyptiorū, quas ante Cadmum Linus, Orpheus, Museus, & alij in Ægypto habitas vernaculo carmine in Græciam retulerunt, & tandem Homerus in eam formam qua nunc sunt redegit, vt insinuat Archilochus, super quem commentaria confecta cum sequentibus edemus. Omnes enim Græci sapientes & historici, vt author est Diodorus in pluribus locis, in Ægyptum profecti sunt. Ex quo patet dissolutio illius quæsiti, quo quæritur. Vnde est quòd Græca historia de temporibus à Nino vsq; ad primam Olympiadem est incerta, vt ait Eusebius de temporibus, imò & sæpè falsa,

falsa, vt scribit Iosephus contra Appionem grammaticum, dicens: Scimus, inquit, in quot locis de genealogiis & tēporibus Hellanicus discrepat ab Agesilao, & in quā tis Herodotum corrigit Agesilaus: nec ignoramus quo pacto Ephorus in pluribus ostendit Hellanicum esse mendacem, Ephorum verò Timæus, Timæum posteri, Herodotū cuncti. Et ideo non iniuria dixit noster Iuuenalis Aquinas: Et quicquid Græcia mēdax audet in historia. Vnde ergo tot in temporibus inter eos dissidia & caligines ante primam Olympiadem? Et respondent tam Eusebius quàm Iosephus. Quia, inquiunt, annos & tempora non per certitudinem, sed vt cuiq; visum est per opinionem scripsit. Quòd si quæres vnde origo quòd tam diuersimodè opinati sunt, in promptu est responsio ex Xenophonte: quia quum annos ab Ægyptiis didicerint, qui multis modis accipi possunt, vnusquisque accepit prout sibi melius visum est posse accipi. Quinetiā & ipse Manethon Ægyptius non potuit subterfugere, quin promiscuè Dynastiarum acciperet annos, vt patet in supplemēto Berosi, in quo multa inuolucra sunt in tēporibus eius. Itaq; ab historicis solent vitari anni Ægyptij. Cæterum Xenophon de annis Ibericis & Hispanicis, ait eos in vsu habere annum quadrimestrem, rarissimè autem solarem. Cui argumento est, quod Strabo ait in Geographia Hispaniarum, ab Hispanis qui circa Beticam doctissimi incolunt, tradi ex millibus annis ante sese habuisse literas, leges & carmina. Duo aūt milia solares efficiunt sex milia quadrimestres: quos si à principio Octauiani, quo Strabo floruit retro supputes, peruenies ad initiū Nini hoc modo, per certissimos annales quatuor Monarchiarum, quas suo loco digeremus. A Nino enim ad Sardanapalū Berosus supputat annos Assyriorū quatuor & triginta supra ducentos & mille. Monarchiæ verò sequentis Medorum atq; Persarū vsq; ad Alexandrum, ex eorū annalibus Metasthenes Persa colligit annos quinque & nonaginta supra quadringentos. Porrò ab Alexandro per reges Asiæ atque Syriæ Eusebius vsque ad vltimum Philippum, supputat annos ducentos trigintasex. Inde ad Monarchiam Octauiani, enumerat annos

Anni Iberici.

quadragin-

quadragintanouem. Hos omnes si simul colligas, efficient annos quatuordecim & duo millia, qui numerantur à Nino ad Strabonem. Ergo iure Xenophon ait, Iberis in vsu esse annum quadrimestrem. Quod autem circa initiũ Nini fuerint literæ atque leges non solum Hispanis, verumetiam Gallis & Germanis, author est Berosus, quẽ commentaturi in hoc volumine sumus. Is in quinto Antiquitatum sic dicit: Anno quarto Nini, literis & legibus Germanos format Thuyscon gigas, Celtas verò Samothes, & Celtiberos Tubal. Cui argumento est in Betica vrbs vetustissima, à duce dicta Tubal, & à posteris Dubal, vt profertur in Pomponio Mela, in descriptione Beticæ. Ergo Iberi, Samothei, & Thuyscones patres literarum & philosophiæ inueniuntur ante Græcos plusquam mille annis, vt Aristoteles in Magico, et Senon verè asseruut, et non Græci, vt Ephorus mendax, et Diogenes Laërtius fabulator somniant, et non probant. Sed de his sermo erit in commentariis Berosianis. Igitur quo pacto apud Ægyptios et Iberos in vsu annus fuerit, dictum est. Quo verò modo apud Chaldæos et Assyrios accipiatur, Xenophon dicit, quòd in vna re tantum anno menstruo vtuntur, quum de antiquitate disciplinarum suarum loquuntur, quod alibi exposuimus in fine primi principij commentariorum super Philonem. De columnis verò et statuis Beli Iouis, et Rheæ, et Iunonis, et templo, et excisis imagine Semiramidis, et Nini, copiosissime in tertio libro Diodorus exequitur, suppressa solum mentione nouem et quadraginta annorum supra ducentos, ab Ogyge ad Ninum.

Literæ apud Hispanos & Gallos.

Annus Chaldaicus.

De quatuor aliis æquiuocis.

OLympus plura significat. Nam omnis mons regionis altior, Olympus à Græcis dicitur. Vnde & plures Olympi, dicti quasi toti lympidi. A Barbaris verò omne spatium circulare vltimum lympus dictus est, & cum interiori areas Olympus, à quo

quo astrolabium Olympus, & sacrum pomœrium Olympus est. Homeri plures fuêre, quorũ qui eximius Poëtarum extitit vltimus omnium, postq; Thalem Milesium inuenitur. Nini plures fuêre. Primus omnium Assyrius, quem ab ampliato oppido patris vocauerunt Ninũ, id est, Iouem lingua Assyrica. Huius filius Zameis etiam Ninus paterno cognomine appellatus fuit. Ogyges plures fuêre. Primus supradictus attauus Nini, quẽ Babylonij Gallum cognominant, quòd in inundatione etiam superstes alios eripuerit, & genuerit. Hinc Sagæ apud quos nauigio saluatus est & ereptus, ratem vocant Gallerim, quòd vndis saluet. Verum Græca lingua Gallus candidum & lacteum significat, Phryga exertum testibus, Latina gallinæ maritum, & Celtas qui sunt Galathæ veteres, à rege Galanthe filio Herculis, à quibus Galathæ in Asia, & Gallogræci in Europa. Fuit autem priscus Ogyges in prima inundatione terrarum. Alter verò Atticus, in tertia.

Olympus. *Sequitur Xenophon de quatuor aliis æquiuocis, dicens: Non videtur Olympus plura significare, vt æquiuocũ eo modo quo hic tractat Xenophon, quia æquiuocũ spectat ad eandem linguam. Hic verò tractat de Olympo, vt spectat ad diuersas linguas. Et ideo non potest dici æquiuocũ. Nam vt est Græcæ originis, deriuatur ab olos quod est totum, & lympos quod est lympidus, quasi totus lympidus. Quæ ratio vniuocè & non æquiuocè conuenit*

conuenit cœlo & altiſsimo montium regionis. Quod vti que ſignificauit Lactantius in vndecimo capitulo primi libri Inſtitutionum, vbi ait: Olympus ambiguum nomen eſt, et montis et cœli. Ambiguũ verò, id eſt, indifferens, ad vtrunque dicitur etiam vniuocum. Verum quoad originem Barbaram, propriè Arameam, deriuatur ab ol, quod eſt priſcum vel æternum aut perpetuum, vt aiunt Talmudiſtæ: et lympum ſiue lymbum, quod eſt circulus extremus. Vnde lymbum appellant vltimum aſtrolabij. Aſtrolabium dicitur in vſu, dum cum eo accipiuntur aſtra & horæ. Olympus autem dicitur à forma circulari continua & perpetua, cũ interiori prima area. Ideo foſſa pomœrij, quia eſt ſpatium rotundum ab Etruſcis dicebatur Olympus, & à Romanis Pomœrium, quaſi pone mœnium, quia ibi incipiebant ducere aratrum & mœnia condere Dicebant autem foſſam mundum, quia ad ſimilitudinem mundi ſphæricam foſſam faciebãt. Vnde Plutarchus in vita Romuli ſcribit aſciuiſſe Romulum ex Etruria vates, qui literis & myſterijs quibuſdam foſſam ſacrandæ vrbi de more facerent, quam illi mundum & Græci Olympum vocant, ſcilicet veteri vocabulo barbaro, quia Græciam prius Barbari incoluerunt, & multa his vocabula remanſerunt, vt patet ex Strabone ſexto & ſeptimo Geographiæ. Aſtrolabium.

Argumento quoq; ſunt Omberi, quos Græci per ſyncopam Ombros vocant, Latini Vmbros, & ſimiliter Heſta quam Veſtam dicimus. Sunt enim nomina Aramea, quoniam heſtam Aramei ignem & flammam vocant, vt etiã Ouidius in Faſtis exponit, dicens: Nec tu aliud Veſtam quàm viuam intellige flammam. Et Ombros populum imbrium intelligunt. Similiter Olympus vt foſſam pomœrij ſignificat, aut fani, vel templi ſacrandi, licet Græci vocent Olympum, non tamen origine Græca. Quo autem pacto ſacraretur locus cum Olympo, Ouidius in quarto de Faſtis ſic indicat:

Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro.
Sacra palis ſuberant, inde mouetur opus.
Foſſa fit ad ſolidum, fruges iaciuntur in ima,
Et de vicino terra petita ſolo eſt.

Fossa repletur humo, plenǽq; imponitur ara,
Et nouus accenso funditur igne focus.
Inde premens stiuam designat mœnia sulco.
Alba iugum niueo cum boue vacca tulit.

Et hæc Plutarchus in vita Romuli subobscurius, sed clarius Varro in de lingua Latina exprimens: Oppida, inqt, in Latio condebant ritu Etrusco, iunctis bobus tauro et vacca, interiore aratro circumagentes sulcum. Hoc autẽ faciebant religionis caussa, die auspicato, vt fossa et muro essent munita. Terram vnde excluserant, vocabãt fossam: et introrsum factũ murũ, quodq; postea fiebat orbis et vrbis principiũ, quod erat post murũ, pomœriũ dicebatur. Cippi pomœrij & aræ circũfiebant. Hæc Varro. Itaque Olympus orbẽ, pomœriũ, fossamq; sacrã significat, vt est illud Tibulli de Vertũno Deo principe vrbis Etruriæ, in suo Olympo, dicentis:

Talis in æterno fœlix Vertumnus Olympo
Mille tenet formas, mille decenter habet.

Homerus. *Porrò de Homeris, in commentarijs super Archilochum videbitur. De vtroque verò Nino, Diodorus in tertio libro consentit. Verum quæ de bino Ogyge dicit, notandũ est, quòd apud Hebræos & Arameos Gallym vndam et inundationem significat, vt noster Talmudista Samuel hunc mihi locũ exponens dicebat. Asserit enim Gallos dici eos, qui inundationẽ imbriumq; excessum passi essent. Ombros verò populum ex his ortum. Vnde Ombri, populi imbrium paterno epitheto dicuntur. Quare Cato in prœmio de originibus, & alij, nõ iniuria dicunt, ex Scythia venisse lanum cum Gallis progenitoribus Vmbrorum. Quos sequutus in collectaneis Solinus: Veterum, inquit Gallorum prolem, Vmbros esse M. Antonius asseuerat. Inde Thusci Geleas, & Galleras Babylonij, & Sagæ Scythæ, quæ saluant ab inundationibus rates vocant.* Gall. Vmbri. *Cætera in altera Xenophontis clara sunt, exceptis inundationibus prima & tertia, de quibus sic subdit:*

Inundationes plures fuêre. Prima nouimestris inundatio terrarum, sub prisco Ogy-

ge.

ge. Secunda Niliaca menstrua, sub Ægyptijs Hercule ac Prometheo. Bimestris autem, sub Ogyge Attico in Achaia. Trimestris Thessalica, sub Deucalione. Par Pharonica, sub Proteo Ægyptio in raptu Helenæ. Ab inundatione terrarum ad ortum Deucalionis secundo anno Spheri, septingenti supputantur anni. Qui natus annos duos & octoginta Thessaliam, vbi primum in Hellina regnauit Phoroneus, vidit inundatam.

Græcis (vt supra exposuimus) non fuit compertum qui primi fuerint in orbe reges, & eorum tempora, et gesta, nisi ex Barbaris, qui se primos rerum vtilium Indigetes et scriptores asserunt, et multorum temporum memoriam à se conseruatam affirmant, vt author est Diodorus in primo libro. Vnde et de prisca terrarum inundatione, quæ præcessit Ninum annis ducentis quadraginta nouem, ex inscripta columna Semiramidis Xenophon notitiam habuit: et quantum temporis fuerit, à prisca inundatione ad ortum Deucalionis, per annales Assyriorum et reges eorum, Ogygem priscum, et Spherum, qui decimusnonus ab eo fuit, vt in emendata Chronographia videbitur, septingentos annos supputat. Quare hūc Xenophontem Solinus videtur sequutus, dum in Collectaneis scribens; Meminisse, inquit, hoc loco par est, à primo diluuio notato sub Ogyge, quando diem inumbrauit continua nox mensibus nouem et amplius, vsque ad Deucalionem, septingentis annis medium æuum dari. Quòd enim primum diluuiū fuerit, & perseuerarit nouē mensibus et amplius, et tēpus inter ipsum et Deucalionem, equidem à Græcis ve Latinis collegit, qui id rescire non potuerunt, nisi vel à Masea Phœnice, vel à Beroso Chaldæo, vel à Hieronymo et Manethone Ægyptijs, vel à Moyse Hebræo, qui de illiuscemodī primo diluuio tractauerunt, et quod inundationem Diluuium primum.

terrarum absolutè antonomasicè nominãt, quia, vt aiũt, omnes terras subruit. Nam alia, quia particulari loco gesta sunt, à particulari illo loco denominantur, Niliacum, Atticum, Thessalicum, Pharonicum, vt etiam Xenophõ hoc loci significat. Hinc Roma dicta est caput terrarum à Plinio & alijs, quia omnes terras, & non solum Latium inclusit. In hoc primo diluuio, quum aquæ sensim in suas origines recurrerent, primum Olympi siue montes Caspij in Armenia cœperunt apparere, vt scribit Moyses, & in mari insula Delos, vt tradit Solinus. Secundum verò diluuium durauit vno mense sub Ægyptijs Hercule atque Prometheo. Vbi hæc notanda occurrunt. Primò, vt author est Seruius super Æneida, tres fuerunt Atlantes, quorum antiquissimus fuit, qui à loco vbi non comparuit, Maurus cognomen accepit. Postremus verò fuit Græcus Arcas. Medius Italus socer Coriti principis Thusciæ. His pares fuêre, Vxores, Filiæ, & Fratres, & eisdem hominibus dictæ. Et ideo sæpe æquiuocatur de his sicut ait Seruius. Cuius malum ortum est à Græcis, qui omnium gesta suis tribuũt, quos eisdem nominibus nuncuparunt, quorum leuitas instructa dicendi facultate ac copia, incredibile est quantas mẽdaciorum nebulas excitauerit, vt Lactantius in primo Institutionum diuinarum scribit. Itaq; hic Prometheus Ægyptius fuit frater Atlantis Mauri, qui teste Diodoro Siculo in primo libro, fuit tempore quo Osiris profectus est per vniuersum orbem, id est, vigesimooctauo anno Armatritis regis Assyriorũ, qui vnus regnauit post Ninum, vt in quinto antiquitatum Berosus indicat. Tũc enim Nilus inundauit (teste Diodoro) per totam prouinciam quam regebat Prometheus, in qua quia adeo incluserat & læserat subditos inundatio, vt ferè omnes in interitum irẽt, ob id Prometheus voluit seipsum occidere, nisi Hercules prudenti consilio & viribus vsus, exundationem Nili auertisset. Ea res, vt ibi Diodorus exponit, mentiendi, atque plura fingendi Græcis occasionem præbuit. Porrò ab Ogyge vsque ad vigesimumoctauum annum Armatritis, colliguntur anni nouem supra quingentos, vt in Beroso enumeratur, & in nostra Chronographia

Diluuium secundum.

Prometheus.

graphia videbitur. Quare hæc secũda inũdatio fuit post primã, anno nono & quingentesimo, & particularis, qa Niliaca et in prouincia solũ Promethei, et duratione modica, quia mẽstrua. Porrò tertia fuit in Attica prouincia Græciæ vbi sunt Athenæ, regnante ibi Ogyge Attico. Fuit post Niliacam inundationem, teste Beroso, anno quadragesimoquarto, scilicet anno trigesimoquarto Belochi, qui sequutus est Armatritem, vt notant Berosus et Eusebius de temporibus. Hæc inundatio fuit particularis loco, quia Attica, et parua duratione, quia bimestris, & magna regione, quia inundauit etiam omnes insulas Hellesponti, & littora vicina Asiæ, vt Diodorus Siculus in sexto libro scribit.

Diluuium tertium.

Porrò quarta fuit Atticam sequens Thessalica, sub Deucalione anno eius octogesimosecundo. Quare à prima inundatione ad istam, sunt anni septingenti octogintaduo. Quare ista fuit duratione trimestris in hyeme & loco particulari Hellnico, vt supra ostendimus ex Aristotele, & hoc loco Xenophon tradit, quanquam leuitas Græca apud quosdam primam et vniuersalem velint (nulla tamen ratione vel authore) persuadere. De hac etiam Latini, Græcorum fabulas sequuti meminerunt, vti est illud Iuuenalis in Satyra. Ex quo Deucalion nymbis tollentibus æquor Nauigio ascendit montem, sortesq; poposcit, Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa. Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas. Fuit aũt ante Romã conditã, anno paulò minus octogesimo supra septingentos, quamuis Iustinus decimũ supra octingentos, sed nullo certo authore vsus, supputet.

Diluuium quartum.

Vltima verò quæ notatur ab authoribus fuit Pharonica. i. Alexandrina Ægypti. Vbi enim nũc Alexandria à magno Alexandro cõdita, olim erat insula Pharon, habitata colonijs Pharaonicis, vbi inũdatio fuit tẽpore vatis Protei sacerdotis, ad quẽ Paris rapta Helena primũ adnauigauit, vt hic notat Xenophon, et Herodotus scribit in secundo historiarũ. Quare fuit circa excidium Troiæ. De hoc ait Lucanus vltimo libro. Tũc claustrũ pelagi cœpit Pharon insula quondã, In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos, at nunc est Pelleis proxima muris. Hæ sunt quinq; inũdationes, quas ab authoribus inue-

Diluuium quintum.

Paris ad Prothea.

Lucani locus.

nio celebratas, quarum vna prima, terrarum fuit, aliæ verò particulares, et à prima ad vltimam octingēti anni et amplius, per certissimos annales Assyriorū colligūtur.

De æquiuoco Proteos.

PRotei fuerunt plures. Primus Saga in Caspijs. Alter Ægyptius, sub quo diluuiū Pharonicum. Erat enim sacerdos Protëi magni Phœnicis, cui consensu totius orbis, templa, statuæ, & aræ dicatæ sunt in Europa, Asia, & Ægypto.

Vadimon Proteus. Vertūnus.

Hæc tria nomina videlicet Vadimon, Proteus, et Vertumnus sunt eadem, vt ait Samuel Thalmudista. Nam vt dicebat, quòd apud Arameos Vado, id idem est apud veteres Ægyptios Proto, et apud Latinos Verto. Quare eadem sunt Vadimon, Proteus, Vertumnus. Idem autē et Ianus, à Iain, id est, vino dictus vinifer, quia primus omnium inuenit vinum, vt in alijs commentarijs Berosi explanauimus. Iano autem, vt ait Xenophon, teste Macrobio in primo Saturnalium, omnium rerum principia et introitus itemq; exitus et fines sacri dicatiq; erant. Vt autem principium rei vertendæ feliciter aspiraret, vt Ianua Ianus inuocabatur, et ob id in foro Boario et initio vici Thusci, posteri sub nomine Iani posuerunt. Vt autē rei vertendæ finem bene verteret, vt rei versor Vertumnus orabatur. Rationem verò quòd solus Ianus Vertumnus esset, reddebant Etrusci, vt in quinto antiquitatum assignat Berosus, quia existimabant ipsum conuersum in animam cæli motricem, et ob id in eius manu esse omnes res in diuersas formas et status vertibiles, vt elementa, lapides, vegetabilia, animalia, homines q;, et illorū vita, actiones, et opera, solumq; illum esse Monarchā mūdi, penes quē solū sit ius vertēdi cœlestiū et terrestriū cardines, vt omnes Latini cum Beroso consentiunt. Quod etiā in prosopopeia Iani, Ouid. in. 1 de Fastis, lepidissimè atq; eruditissimè expressit, vbi inducit ipsum Ianum de suis epithetis atq; titulis gloriantem, inter quos apud se solū omnium vertibilium rerū imperium summum esse contestatur

ſtatur his verbis. Quicquid vbiq; vides, cælum, mare, nubila, terras. Omnia ſunt noſtra clauſa patētq; manu. Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mundi. Et ius vertendi cardinis omne meum eſt. Et ob id ius vertendi ſe in omnes formas habere fixerunt poëtæ Quod eius vati Ægyptio Proteo etiam tribuunt qui mythice ſcribunt, vt Horatius in primo epiſtolarum libro. Quo teneam vultum mutantem Protea nodo. Fuiſſe autem ibi ſimulachrum Iani pro tota Aphrica, non modo Beroſo & Xenophōte authoribus creditur, ſed etiam argumentum efficax eſt, quod Plinius in trigeſimoſexto libro naturalis hiſtoriæ capite quinto ſcribens: Ianus, inquit, pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto ex Ægypto aduectus, vtrius manu ſit Scopæ an Praxitelis Ita in Europa & Aphrica Ianū Vertumnum inuenimus, & in Aſia. Item quia in Saga Scythia vt ait Beroſus, & hoc loco dicitur hic primus magnus Proteus, id eſt, Vertumnus multiformis Sacerdos quoque eius ſummus in Ægypto fuit alter, ſub quo vt vidimus Pharonica inundatio obtigit, cui inundationi comparauit Tyberinam Horatius in Oda dicens:

Terruit gentes, graue ne rediret
Sæculum Pyrrhæ, noua monſtra queſtæ,
Omne cum Proteus pecus egit altos
Viſere montes.

Cadmi fuêre plures. Primus frater Phœnicis paulò poſt conditionem Troiæ, qui ambo apud Sydona regnauerunt. A Phœnice quidem tota regio nomen accepit quæ eſt à Sydone ad Iamineum portum Aſcalonis vrbis Semiramidis, vicinum monti tetrapolis atque gymnaſij veteris Phœnicum cum omnis ante Aſſyria diceretur. Paulò poſt fuit alius Cadmus Argiuus qui poſt exilium à Phœnicia reuerſus in Bœotiam, Thebas

condidit. Tertium qui in eadem vrbe tyrannidem assumpserat, propulsauerunt Linus & Zetus. Quartus cum Spartis bellum gessit. Quintus paulò ante ruinas Troiæ Armonia Samothraca inclytus, qui à prisca vxore ob Armoniam certamen passus, rediens à Phœnicia detulit in Græciam primus sedecim numero literas rudes non Phœnicas, sed Galatharum & Mæonum persimiles characteribus. Residuas retulerunt paulò post Palamedes & Simonides medicus. Fuit & vltimus, qui scribere docuit oratione soluta, cum ante literas aduectas atq; post vernaculo solum carmine vterentur.

Cadmi. *Sequitur de pluralitate Cadmorum qui floruerunt à primo ad vltimum spatio fermè ducentorum annorum, quorum tempora notat Eusebius de tẽporibus. Quæ verò sunt obscura in hoc capitulo prosequemur. Ante inquit Phœnicem regio dicebatur Assyria. Hoc omnes concedunt, quòd Ninus cui proprium nomen Assyrius erat, sublata pace atq; prisco aureo sæculo, primus omnium rudibus adhuc ad resistendum populis bella intulit, et totam Asiam vsq; in Aphricã & Libyæ terminos armis subegit, vt non Barbari modo, sed etiam Trogus & Iustinus & Fabius pictor et alij consentiunt. Et quia teste Seruio super Æneida, à victoribus victi denominabantur antiquitus, idcirco Assyrij oẽs vocabantur, et ob id eædem sunt antiquæ literæ Assyriæ atq; Phœnices. Post modum verò duce Syro deuicti qui ab angustijs Cilicinis vsque Ascalonem et Gazam incolunt. Syria nomen retinet hæc inferior regio, et superior Assyria nuncupatur. Deinde hæc Syria diuisa est in Syriam Comagenam, Damascenam, Cœlæsyriam, turuamq; et Phœnicã,*

vt hic

vt hic Xenophon dicit à prisco Phœnice Ægyptio dictã. Vnde Ioppe Hierosolymæ portus Phœnicus dicitur, dicente Plinio in quinto naturalis historiæ cap.14. Ioppe Phœnicum oppidum, antiquius vt ferunt inundatione terrarum. Solinus verò in Collectaneis in Palæstina ponit dicens: Ioppe oppidum, toto orbe terrarum antiquissimum, vtpote ante diluuium cõditum, scilicet primum, quod sub Ogyge notatum fuisse annis septingentis ante Deucalionem dixerat. Itaque pars Phœniciæ est Palæstina, in qua ait esse Ascalonem vrbem Semiramidis, portum Iannneum, & tetrapolim Gymnasiumq; vetus Phœnicum, quæ etiam omnia in sacris literis nominantur. Et idcirco paululum his immorabimur. Ascalon dicitur vrbs Semiramidis non quia illam Semiramis condiderit, sed quia ibi nata est stupro Veneris Ascaloniæ, quã illi Dircen vocant, vt asserit Diodorus in quarto lib. & Hebræi Dagon, vt patet primi Regum 5.ca. & Iudicum 16. & primi Machabæorum.10. Porrò vt Diodorus sequitur, nutrita fuit ab auibus, & vxor Nini effecta condidit Babyloniam. Nam solam turrim & fundamenta signauerat auus Nini, quem Moyses Nymbrotum vocat. Cumq; Semiramis expirasset, vt ait Diodorus, in columbam versam ferũt. Et ideo abstinent Syri ab his auibus, & columba vexillum Babyloniæ insignitur, vt insinuat Hieremias propheta 25.capitulo, hortans Hierosolymitanos, vt fugerent à facie iræ columbæ, id est Babyloniorum, quos columba Semiramis armorum ferocia magis quàm Ninus instruxerat, si Diodorum sequi volumus, aut quibus in vexillo columba erat, vt noster Aquinas Thomas exposuit. Nam vtrumq; verum. Ianineus portus à Geographis ponitur, & in diuinis literis Hebraica prolatione Iannia nominatur in secundo libro Machabæorum, vbi Iudas Machabæus narratur cremasse Ioppitas & Iannitas à regione & vrbe proxima Iano nominatas, cuius memoria agitur à Iosue duce Hebræorum, cap.15. vbi in præfectura Gazæ maritimæ versus montes enumerat vrbes, Ianum & Chyriat Arba, id est, ciuitatem tetrapolim, & versus meridiem iuxta terminos Edem annumerat vrbem Noam. Argumẽtum videlicet

Ioppe. Ascalon. Semiramis. Venus. Dirce. Columba. Ianineus portus.

Noa. *eius quod Berosus ait, Noam fuisse Ogygium & Ianum, cui in sua patria primũ vrbes integræ dicatæ fuerunt. Sed de tetrapoli Phœnicum vetustissima, inepta quædã & falsa ab Hebræis existimantur, quæ vt certius deprehendantur, præmittenda sunt quæ nobis concedunt. Primo quidẽ de illius antiquitate & conditione. Secũdo de Phœnicum vetustissima Academia. Tertio de antiquissimo tetrapolis nomine. Postea in quibus aduersantur. Tandẽ contra eos inuincibili argumẽto à tẽpore vsi, partes Xenophontis tutabimur. Primo conueniunt nobiscũ in eo quòd Moyses antiquissimus scriptor asserit in libro Nume tertiodecimo capitulo quòd antiquiores fuerunt gigantes tetrapolis Phœnicum, quàm Titanes gigantes Ægypti. Nam vt ibi scribit, Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est. Septuaginta interpretes qui Ægypti vrbem nouerant, traduxerunt Titanim, à qua vt omnes exponunt Titanes dicti fuerunt gigantes. Nec te moueat vt ait Hieronymus, quòd Moyses truncata prima syllaba Tanim protulerit, quia id in vsu est vernaculæ linguæ Hebreæ & gentium in nominibus localibus & propriis. Exemplum possumus accipere in vernacula nostra lingua, quia vbi grammatice scribitur Philippus, Nicolaus, Ry Atlaus, Ogygianum, Ry Osiris, Osiricella, Veiuzius, & eiuscemodi, vulgo truncata prima syllaba pronuntiamus Lippus, Colaus, Gygianũ, Ry Siris, Ry Thaus, Syricelia, luzus. Ibidem Titanum, & Tanim. Perquiramus ergo Titanũ Ægyptium, à quo vrbs Titanim & filij Titanes dicti sunt. Græci qui nullos cælos vel Saturnos distinguunt, vtiq; dicent Titanẽ fuisse fratrem Saturni natu maiorem, filium Cæli & Vestæ.*

Titanes.

Saturnus. *Quæramus igitur Saturnum Ægyptium, is fuit inter deos iunior, pater Osiridis Iouis iusti Ægyptiorum, teste Diodoro in primo libro, qui eum & Herculem Ægyptium fuisse in primo ortu generis humani, id est, recẽte homine post diluuium, ex hoc potissimum probat, quòd tã Ægyptij quàm Græci confitentur gigantes & monstra fuisse recente humano generi, & fuisse perdomita ab Osiride & Hercule Ægyptio. Et ob id necessario sequitur, patruũ Iouis Osiridis Titanem Ægyptiũ, & Saturnum*

Ægyptiũ fuiſſe mox poſt diluuiũ. Cui etiã argumẽto ſunt noſter Aquinas Thomas & Beroſus. Ait enim ſupradi cto Num. 13. ca. beatus Thomas & eũ ſequutus frater de Lyra, quòd Moyſes dum loquitur de gigãtibus q fuerunt mox poſt diluuiũ, idcirco ſubiecit, quòd Hebron ciuitas Phœnicũ. VII. annis ante Tanim vrbẽ Ægypti condita fuerit, quia fuit quaſi poſt diluuiũ à Phœnicibus condita & ipſis gigantibus. Beroſus quoq; in. V. antiquitatũ ait Oſiridem Iouem iuſtum Ægyptium, natum ex Saturno & Rhea Ægyptiis anno fermè. XXII. Nini. Ante Ninum verò fuiſſe primũ Ægyptiorum Saturnũ fermè centum annis probat, id eſt tẽpore Saturni Babyloniorũ qui & Nymbrotus. At Titan maior natu, in Ægypto vrbẽ ædificauerat. Eſto igitur æque antiqua ſint Babylonia et Hebrõ Phœnica, & Titan Ægyptia ſeptẽnio poſt fuerit condita. Igitur ad minus circa principia Beli patris Nini ſaltem condita eſt Ægyptia Tanes. Et in hoc aut parum diſſentiunt, aut ad integrum conueniunt docti Hebræi nobiſcum, vrbem Phœnicã Hebron antiquiſsimã & longe ante Ninum, & mox poſt diluuiũ à gigantibus conditam. Secũdo conueniũt de Academia vetuſtiſsima huic vrbi proxima. Nã Ioſue. 15. ca. ſcribitur ſic: Caleph verò, Ioſua dedit partẽ in tribu Iuda Chyriat Arba, ipſa eſt Hebron, & Dabiriten quæ prius vocabatur Chyriat Sepher, id eſt, ciuitas literarum. Vbi B. Hieronymus & eum ſequutus noſter Aquinas aiunt, quòd propria interpretatio Sepher eſt ſcriptura & liber, ſicq; illa vrbs antiquitus id nomẽ accepit, quòd ibi primũ literæ ac memoriæ Aſſyriorum & Phœnicum libris mandatæ fuerunt & priſcorum fuit Academia antiqua. Frater autẽ de Lyra ibidem ſub exemplo poſuit quòd ibi fuerunt inuentæ literæ Cananeæ vel ibi viguit ſtudium. Nam, quam terram Cananeorum & Canaam vocant diuinæ literæ, eandem Gentiles vocant Phœniciam, in plures partes diuiſam; vt ſuper diuinas literas explanauimus. Hoc eſt igitur ſecundum in quo cum doctis Hebræis conuenimus. Tertio de antiquitate & pluralitate nominis; quia antiquitus primum conditæ nomen fuit Arba, nouello verò cognomine Hebron, vt patet Ioſue. 14. cap. Nomen, inquit, Academia prima.

Hebron

Arba Hebron. Hebron antea vocabatur Chyriat Arba, id est, ciuitas quatuor. Et 1 cap. libri Iudicum: Perrexit, inquit, tribus Iuda contra Cananeum qui habitabat in Hebron, cui nomen fuit antiquitus Chyriat Arba, atq; inde profectus abiit ad habitatores Dabir cui nomen vetus erat Chyriat Sepher, id est, ciuitas literarum. Verum quidã Hebræi dissentiunt, quos frater de Lyra sequitur, vnde ab initio post diluuium dicta sit Chyriat Arba, id est, Græce tetrapolis, Latine verò vrbs quadrata, siue vno vt Græci vocabulo, quadriurbs, siue vt vulgares postillatores vrbs quatuor. Quæritur à quibus dicatur quatuor. Respondent quidam vulgares, à quatuor Patriarchis ibi sepultis Adam, Habraam, Isaac, & Iacob. Hoc reprobant beatus Thomas & Hieronymus, asserentes hoc manifeste falsum esse, quoniam antequam Habraam, Isaac, & Iacob orti essent, antiquitus atq; à conditione sui quadriurbs siue Chyriat Arba dicebatur, vt probatum est. Et idcirco acutiores Hebræi aiunt dictam fuisse à quatuor gigantibus in ea dominantibus, scilicet Enach cum tribus filiis, probantq; istud supradictis duobus capitulis. Nam Iudicum primo cap. scribitur his verbis: Perrexit tribus Iuda contra Hebron cuius nomen fuit antiquitus Chyriat Arba, & percussit Sesay, & Hayman, & Ptolmay. Et item Iosue cap. 15. Et cepit Caleph in tribu Iuda Chyriat Arba patris Enach, ipsa est Hebron, & deleuit ex ea tres filios Enach, Sesay, Hayman & Ptolmay de stirpe gigantea. Quare Arba fuit pater Enach, qui cum tribus filiis ibi regnabat. Sed & hoc patet esse falsissimum. Nam hi quatuor gigantes erãt tempore Iosue, quos deleuit Caleph, vt litera clare sonat. Sed ante Iosue septingentis annis & amplius, imò & ante Ninum à sui principio dicta est Chyriat Arba, quando isti non erant in rerum natura, vt ex superioribus patet. Quare non à quatuor nouellis giganteis regibus dicta est vetustissimo nomine quadriurbs. Nec valet, hæc est Kyriat Arba patris Enach, id est, ista est ciuitas quatuor, patris Enach. Ergo quatuor siue Arba fuit pater Enach, vt quidam Iudæi arguunt, sicut nec ista consequentia currit dicendo: Ista capa est patris Ioannis, ergo ista

Chyriat Arba.

go ista capa fuit pater Ioannis. Et ideo Xenophon in quodam fragmento: antiquitus, inquit, vrbs monopolis rustica erat, Dipolis verò opulenta, Tripolis quæ prouinciæ caput esset, Tetrapolis verò regia, quam toti regno & .12. principibus regni coloniis priscis præfectam instituebat, vt Samothracia, in qua eadem tetrapolis constituta ex Samo, Nesso, Thracia, & Saona. 12. primis post Atticum diluuium vrbibus præfuit. Idipsum insinuat Strabo in Geographia vbi ait: Samothracia cum tetrapolis esset, habuit ex his vnam quæ Same & Samos dicta fuit. Et argumento est etiam Moyses, qui vt supra in æquiuocis Saturni Nini produximus, asserit quòd antiquissimus Nymbrotus tetrapolim Babyloniam, et Ninus tetrapolim Niniuen construxerunt, licet. 12. colonias ibi Moyses non nominet, sed Deuteron. cap. 32. exprimit dicens: Quando diuidebat altissimus gentes, scilicet linguas apud turrem Babel vt exponit Hieronymus et alij, et quando separabat filios Adam per colonias, post confusionem linguarum vt omnes interpretantur, tunc constituit terminos populorum, ad instar secundumq; numerum filiorum Israël in quo pars et colonia Domini fuit populus eius, et Iacob funiculus, id est, mensurator et dux caput hæreditatis eius. In hoc dicto Moysi quæritur, quomodo in dispersione coloniarum fuit similitudo populi Israël et ducis eius Iacob, secundum numerū. Et respondent quidam quos sequitur frater de Lyra, dicentes, quia Iacob quoad numerū ingressus est in Ægyptum cum septuaginta posteris, et ita se habuit in diuisione coloniarum et linguarum, quia diuisi sunt in. 70. duces et linguas, qui dispersi sunt in loca et terminos suos. 70. colonias primas, vt ipse Moyses enumerat Gene. cap. decimo vndecimoq;. Sed hoc ipsa prima fronte est falsum quia ibidem enumerat 72. linguas, et. 72. primos duces coloniarum, sumpto primo initio à primo omniū duce Noa. Quare in ipso numero in quo Moyses similitudinem fundat, ipsi palam aberrant, nec illud nisi per ignotius aut figmenta probare possunt, quæ funditus negantur. Vnde Moyses præposuit, vt de hac re antiquos ante Moysen scriptores interrogarent dicens; Interroga

patres

patres tuos, & annũtiabunt tibi, maiores tuos & dicēt tibi. Descenderunt autem à Chaldæis ipsi Iudæi, quoniã Nachor, Thare & Habraam fuerunt Chaldæi ex Aram quæ est in Mesopotamia, vbi & Babylonia, ex castro Vr Chaldæorum, vt docent passim diuinæ literæ. Vnde & ipse Moyses primus interrogator etiam eruditus in eorum scientia atque historiis, asserit numerum filiorum Israël fuisse duodenarium, & ipsum ducem eorum fuisse quatriuxorium. Et ita singulos populorum duces fuisse quadriurbios regios, vt dux Kyriat Arba, & Nymbrotus dux Chaldæorum fuit quadriurbius, quia vt ipse testatur, sedes regia fuit Babel, Arat, Acat, Calanne. Regia item Nini quadriurbs fuit, Niniue, Fora, Cale, Resem. Quadriurbs fuit regia Hierosolyma, Sion, Moria, Iebus, & Salem. Melchisedech enim duo fundauit oppidula sacerdotia, pro hostiis pacificis, et idcirco vocauit eã Salem, & ipse dictus est rex Salē Gene. 14. cap. Et prima Monopolis sacerdotia Salem erat iuxta Iordanem pertinens ad Siccimitas in tribu Effraim, de qua Ioan. 3. ca. dicitur: Erat Ioannes baptizans in Ennon, iuxta Salem.

Salem.

In Lyram. Vbi frater de Lyra dicit, quòd hæc non est vrbs pertinēs ad Melchisedech, & adducit Isidori Etymologias, quã si Isidori authoritas præemineat diuinis literis, quæ Salem vrbem Siccimorum affirmat esse Gene. cap. xxxiii. vbi ait: venit Iacob in Salem, vrbem Siccimorum. Nusquam autem reperitur alia in diuinis literis, nisi ex traditione Hebræorũ quibus in hac creditur parte. Et ideo ridiculositatibus fratris de Lyra omissis dicimus, quòd duo oppida ad sacramentalia Melchisedech conficiendã instituit. Primum iuxta Ennon. i. aquas, ad lauandum et baptizandũ, quia baptismus & expiatio per aquas, erat de iure gentium sacramētale quid vsq; ad Christum. Sub quo sacramentum verum est, & vera expiatio atq; lustratio, vt probauimus in commentariis nostris super diuinas literas. Secundũ vero oppidum Salem sacerdotale erat, vbi nunc Hierusalem, in ea parte, quæ sequitur Moria, iuxta vallem Iosaphat, vbi porta Effraim. Iebus vero erat in superiore parte quasi arx, vbi piscina superior in qua superãda, magnas vires adhibuit Dauid, vt patet

Ennon. *Moria.* *Iebus.*

in.2.lib.Reg cap.15.vbi dicitur: Abiit David cum exercitu in Hierusalem contra Iebuseum & reliqua. Et hæc dicebatur secunda vrbs, de qua in.4.lib.Reg.dicitur ca.22. quòd Olda prophetissa habitabat in Hierusalem in secunda, vbi frater de Lyra fingit triplicem somniorum murum. Tertia vero Vrbs fuit arx Iebusei quæ vocabatur Sion, cuius planicies habet mensuram boni ac magni oppidi vsque ad voraginem inter se atque montem siue collem Moria, quæ vorago dicitur Mello. Hanc tertiam David partem ædificauit, vt in eodem.2 Regum lib.& cap. scribitur: Cepit, inquit, David arcem Sion, & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus, & habitauit ibi, & vocauit eam ciuitatem David. Quartam partem in colle Moria voluit addicere cum templo, vt eam tetrapolim faceret, & regiam cum fano & templo sacraret. Sed prohibuit eum Deus per Nathan prophetã dicens, quòd ea pars vrbis cũ templo reseruabatur Salomoni filio. Vnde vt scribitur.3 Reg.ca 3 et deinceps, atq; asseritur ibi, quòd ædificauit ibi domũ suã et templum, et muros Hierusalem Itaq; sicut Metropoles aliæ quadriurbes erãt Babylon, Harba, et Niniue, ita regia. XII.tribuũ Hierosolyma tetrapolis cõstabat Salem, Iebus, Sion, Moria. Quo etiam pacto Cicero contra Verrem in.6. Verrinarum dicit: Metropolim Siciliæ Syracusas tetrapolim, constare quatuor magnis vrbibus Tyke, Archedina, Neapoli, Insula Romulus item oppidum Romam in vrbem conuertẽs, totum collem Palatinum cinxit, et tetrapolim reddidit, constantem Roma, Vellia, Germallia, et Foro, vt exprimit Fabius Pictor de origine vrbis Romæ, et Varro in 1. de lingua Latina per origines horum vocabulorum significat. Deniq; et ipsa Iani, et Etruscorum regia Etruria metropolis, erat tetrapolis, Harbanum, Volturna, Vetulonia, Para Tussa siue Sera Tussa, id est princeps Tusca Harba enim quatuor, Harbanum quartam tetrapolis significare, nomen arguit, in qua loca sunt, Calumba, et Musarnus, id est, Herculeus collis, ad hæc tempora, quem sequitur hac etiam ætate dicta Para Tussa, à qua pons Para tussius. Nã para, apud Arameos hasta et princeps dicitur, vt noster Samuel dicit. Eam Tuscam, à qua

Sion. Harba. Para.

Tusca-

Tuscanienses, et in cuius agro adhuc Vadus dicitur vulgo Tuscaniensis, fuisse regiam duo sunt argumēta, vnū
Sara. scilicet Vara siue Sara cognomentum. Quod enim Hebræi Sara, id Aramei Vara, id est, principem, vt Vironissam intelligunt. Hinc Vara Tussa princeps et Vironissa Tusca vrbs est. Nam quæ diruta est inter Caminum atque Tuscanellam, Tussam Nanam vocant incolæ, id est Tuscam paruam ignobilem, ex cuius ruinis et viris suffectam, Tuscanellam, nominis interpretatio et locorum vicinitas conuincit. Nam quam Aramei vocāt Tussam Nanam, hanc Latina lingua profert Tuscanellam, vt erudite noster Samuel Tubnudista interpretabatur. Quare à cognomine Vara Tussa regia erat. Deus quoq;
Vadimon Vertumnus id probat, est enim Vertumnus siue Vadimon princeps deus Etruriæ atq; regius, vt in aliis commentariis videbitur, et Varro m.i de lingua Latina insinuat. Regius vero deus, regiæ vrbis erat numen. Cæterum vrbis Tuscæ ipse deus erat quæ in parte Volfiniensi, vt significat Propertius in Prosopopæia Vertumni, in qua inducit Vertumnum, à Tusca Romam, à Lucumone Galerito traductum, pro Romulo contra Sabinos, ita dicentem: Tuscus ego, Tuscis orior, nec pœnitet inter prælia Volfinos deseruisse focos. Ex hac vrbe fuit vnus ex Turrhenis Delphinis exul Lybacas, de quo in.3. Metamorphoseos Ouid. scribens. Furit, inquit, audacissimus omni De numero Lybacas, qui Tusca pulsus ab vrbe Exilium, dira pœnam pro cæde luebat. Et ab hac parte non iniuria scribit Fatius de Vbertinis Florentinus noster in sua Geographia vernaculo metro edita, olim Viterbum dictum Veiuzam, et à ture Tuscam. Emendatius dixisset à Tussa parte Tuscam. Sequitur hanc secundam
Vetuletum partem, collis ad hæc tempora tenens nomen Vetuletū, à quo tota portio Vetulonia deriuatiue dicta fuit. Eam fuisse regiam, et nominis interpretatio, et dignitas probat. Etenim Vetulonia per syncopam dicta est Vetulonia, deriuata à nominibus Arameis, Veta, quod est currus, et Lomni quod est tribubus principari. Vnde beatus Hieronymus in libro interpretationum dicit
Phylarcha. Lomnimos esse phylarchas, id est, principes tribuū et populorum

pulorum. Hinc Babylonia eſt Babel phylarcha, & populonia puppium phylarcha, & Vetulonia curulium phylarcha, id eſt, princeps curulium. XII. *Lucumonum & populorum.* XII *Etruriæ. Quare erat princeps, id eſt, regia* XII. *region. Probatur etiam à dignitate & officio, quia penes illam ius erat dandi faſces & imperia & decorare & admittere aduenas ad ciuilitatem Volturrenam, dicente Sillio in.* 8. *lib. Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis, Bis ſenas hæc prima dedit præcedere faſces. Et iunxit totidem tacito terrore ſecures. Hæc altas eboris decorauit honore curules, & reliqua. Quarta hanc ſequitur Volturna, quam omnes concedunt fuiſſe regiã, ad cuius fanum indicebantur concilia publica imperij. Quod etiam Liuius ſignificat, in pluribus locis ab Vrbe condita. Hanc tetrapolim fuiſſe abſq; mœnibus Vti Hieroſolyma, & multæ aliæ tetrapoles, conſtat, cũ quia Deſyderius Vltimus Longbardorũ rex illam mœnibus muniuit, tum præcipuè, quia licet Vno communi nomine Vocarentur, diſtinčte tamen ſingulæ enumerabantur, Vt Babylonia, Babel, Alcar, Arat, Calanne. Similiter Ninus dicitur Niniuen, Fora, Cale, Reſen. Rurſus Hieruſalem enumeratur Salem, Iebus, Sion, Moria. Item Samothracia diſtinguitur in Samenſes, Neſſos, Thracienſes, Samnenſes. Ibidem Syracuſæ, in Tykenſenſes, Archedinos, Inſulanos, Neapolites. Item Troia, in Phrygios, Dardanios, Troes, & Ilienſes. Pari forma priſca Vrbs Roma ante Sabinos et Luceres ſub Romulo diſtinguebatur in Romanos, Foreuſes, Vellienſes atq; Germallienſes. Similiter Vrbs Etruria diſtinguitur in tertio naturalis hiſtoriæ cap.* 6. *à Plinio in literis alphabeti, Harbanũ, Tuſcanienſes, Vetulonienſes, Volturreni cognomine Etruſci, in eadem parte Volſinienſes. Ex his argumentum inuincibile Vnum eſt à coniugatis hoc modo. Vbi Volturreni ſunt cognomine Etruſci, Vtiq; neceſſario ſequitur, ibi eſſe Vrbem Volturrenam ſiue per ſyncopam Volturnam cognomine Etruriam. At Volturreni cognomine Etruſci ſunt in eadem parte qua & Volſinienſes. Ergo neceſſario ſequitur quòd Volturna cognomine ſit Vrbs Etruria, à qua communicato nomine omnis Thuſcia Etruria*

Volturna.

dicta est, vt copiosius super Myrsilum scripsimus. Sequitur necessario etiam quoniam Etruria vrbs est tetrapolis, vt vbi est vna eius pars, fit & reliqua. Quare necessaria veracissima responsione redditur ad quæsitum vbi sit Volturna? vbi inquam & Vetulonia. Et si quæritur vbi Vetulonia? respondetur, vbi & Thusca & Volturna, in eadem parte qua & Volsinienses, & vrbis Hetruria & Thermarum aquæ piscosæ, iuxta lacum Ciminiũ. Vnde hoc significatur quoad lacum Cyminium à Sillio 8 lib. qui iuxta Vetulonienses ponit Veientanos Ciscymi nios populos, Nepe, Sutrium, & lacũ Cyminiũ, vt super fragmenta Catonis explanabimus. Quoad Etruriam vero & Thermales aquas piscosas, significat Plinius in. 2. naturalis historiæ, de miraculis fontium & aquarũ, quo per distinctionem à Pisa de Etruria & Vetulonia sic habet: Aquis calidis Pisæ innascuntur ranæ, ad Vetulonos verò in Etruria pisces. In Etruria inquit, quæ scilicet est vrbs inter Volsinas & Veientanos dictos populos, vt clare limites eius describit Liuius in primo ab vrbe condita dicẽs: Erat Sabinis vicina Etruria, proximi Etruriæ Veientes. Nam populi Veientes finiunt ad lacum Cyminiũ, vt Catonis fragmenta indicant. Porrò Volturna vt diximus in parte Volsiniẽsi ipsa est cognomine Etruria, quia Volturreni ipsi sunt cognomine originali Etrusci. Sed de his hactenus. Nam plura in aliis commentariis adducemus. Nunc de vltimis Cadmis aliqua dicamus. Cadmus, inquit, Samothraca Armonia inclytus paulò ante ruinas Troianas. Ergo mendax Græcia audet in historia Samothracum, aperto mendacio mentiri fingens fuisse cognatum Dardani & Iasij Cadmum ex sorore Armoniæ, qui post nuptias has & mortem Iasij Dardaniam condiderint, vt scribit Diodorus in. 6. libro, & Dionysius in. 1. Quò enim pacto post nuptias, & mortem Iasij Dardanus Samothrax Dardaniam condere potuit, qui eo tempore quo iam multis regibus Troianis extinctis, Troia condita fuerat, & ad finem Laumedontis & principia Priami venerat, vt Xenophon indicat? Testes sunt etiam Spinga & Palefatus Græci, qui annis sexagintaduobus ante ruinas Troiæ, fuisse certamen priscæ vxorũ contra

Calmi vltimi.

Cadmum,

Cadmum, ob Armoniæ zelotypiam regnante Laumedonte & Euandro nauigante in Italiam asserunt, quanquam Eusebius de temporibus antiquitatis Græcanicæ fautor fermè annos decem ante, id est, septuagintaduos ante ruinas Dardaniæ notet. Sed de his mendaciis Græcanicis hactenus. De Vltimo Cadmo Plinius in quinto naturalis historiæ cap. xxx. ita scribit: In Asia, inquit, Miletus Ioniæ caput, antea Lelegeis, & Phybyusa, & Anactoria nominata, octoginta Vrbium per cuncta maria genitrix, nec fraudanda ciue Cadmo qui primus orationem prosaicam dicere instituit.

IOAN. ANNII VITERBIENSIS SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS, in quinque libros Berosi.

PRAEFATIO.

Berosus fuit patria Babylonicus, & dignitate Chaldæus, vt Iosephus contra Appionem grammaticũ, & in primo de antiquitate Iudaica significat. Fuit ergo sacerdos, quia eundẽ gradum in sua republica tenent Chaldæi, quẽ sacerdotes in Ægypto, vt asserit in. 3. lib. Diodorus Siculus. Quare fuit notarius & scriba publicus, quia penes sacerdotes solos erat publica fides annaliũ, tẽporum gesta & regũ, vt author est Metasthenes in libro de iudiciis temporũ. Quamobrẽ omnẽ Chaldaicam deflorauit historiam, & tãquam publicæ fidei notarius transsumpsit omnia tẽpora & antiquitates in quibus diluuij, quod antecessit Ninũ, meminit, nominatus etiã Noam & filios eius, vt in eisdẽ libris asserit Iosephus. Et propterea tanquã fidelissimo & publico antiquitatũ transsumptori fides publica datur, & ipsum solum sequuti sunt Persæ in Monarchiæ Assyriorum tẽporibus, vt idem Metasthenes author est, & nos in cõmentariis super eundem Metasthenem exposuimus. Floruit autem Berosus

Berosus.

ante Monarchiam magni Alexãdri, quia idem Metasthenes sacerdos Persa florẽs in principio Monarchiæ Alexandri ipsum sequutus est in temporibus Monarchiæ Assyriorum. Calluit itẽ Berosus Græcam linguã, & docuit Athenis disciplinas Chaldæas, præcipuẽ Astronomiã, in qua cæteros anteibant Chaldæi, adeo vt teste Plinio in naturali historia, Athenienses illi statuã inaurata lingua, in publico Gymnasio ponerent, ob diuinas eius productiones.

Berosi laus.

Caussa scribẽdi & transsumẽdi has Chaldaicas traditiones fuit, quia Græci solũ vsq; ad Phoroneũ Priscum regẽ Græciæ attigerãt, & quidẽ cõmixtis multis antiquitatũ erroribus. Et inuẽtis literis apud Babyloniam ante hunc Phoroneum annis. 700. & amplius teste Plin. vii. naturalis historiæ cap. vlt. cogebãtur Athenienses credere, vti ibi credit Plinius, vsũ literarũ fuisse æternum, & literas Assyrias semper fuisse. Quamobrẽ ab eodem Beroso edocti sunt in hac transsumptione breuissima, quid de tẽporibus & antiquitatibus haberent Chaldæi, penes quos semper fuisset vsus literarũ. Diuidit aũt hunc librũ Berosus in quinq; libros. In primo tradit, quid Chaldæi scribant de temporibus ante primũ diluuiũ. In secũdo de Genealogiis primorũ deorũ, id est, ducũ post diluuiũ. In tertio docet antiquitatẽ Iani patris, quẽ & Noã nominat. In quarto, de antiquitatibus regnorum totius orbis in cõmuni tradit. In quinto, singula explicat. Titulus huic libro est, Defloratio Berosi Chaldaica. Modus est orientaliũ, vt breuem & publica fide transsumptã narrationẽ, vocẽt deflorationẽ. Vnde & Iosephus in primo de antiquitatẽ Iudaica scribẽs: Berosus, inquit, Chaldæus, omnem Chaldaicã defloràuit historiã, in qua vt contra Appionem asserit, nominat diluuiũ, Arcam, Noam, & filios eius.

PROOEMIVM.

Diluuia.5

BErosus in primo libro tradit, quid antecesserit primum diluuiũ. Nam quinq; fuerũt diluuia, vt author est Xenophon in libro de æquiuocis. Et vnumquodque à particulari suo loco nomen habet, excepto primo nota-

notato sub Ogyge Phœnice, quod antonomasice inundatio terrarum dicitur, quia omnes terras diluit. Secũdum fuit Niliacum sub Prometheo Ægyptio Hercule, vt Diodorus in primo loco indicat. Tertium fuit Atticum sub Ogyge Attico, quod ab Athenis in Asiæ littora inundauit, vt Samothraces tradunt, & Diodorus in. 6. lib. scribit referens & illud Samothracum infame mendacium de nuptiis Cadmi, post quas voluerunt fingere fuisse conditam Dardaniam. Quartum fuit Thessalicum, solum circa Parnasum vna hyeme sub Deucalione, vt Aristoles in primo Metheorum scribit, et Xenophon in libro de æquiuocis confirmat. Et tamen Græcia mendax audet eam in historia quasi inundationem terrarum fingere. Quintum fuit Pharaonicum, vbi nunc Alexãdriæ Ægypti sub vate Proteo, vt Lucanus in vltimo libro insinuat, et Xenophon tradit, et nos in commentariis eius ad longum explanauimus. Et vt idem Xenophon ait, et Solinus in collectaneis dicit, à primo diluuio nouimestri notato sub Ogyge Phœnice, vsq; ad Deucalionem, fuerũt anni. 700. id est ducenti quadragintanouem ante Ninum, licet Cato in secũdo fragmento originum dicat, ante Ninum præcessisse inundationem terrarum annis fermè ducentis quinquaginta. Et totidem Fabius pictor dicit de origine vrbis Romæ. Sed vnum annum addũt veriusq; Solinus, Xenophon, et Archilochus tradunt, quia vt idem Xenophon et Archilochus tradunt, Deucalion ortus fuit secundo anno Sphæri regis Assyriorum, à quo retro supputando in Eusebio et Beroso vsq; ad principiũ Nini, sunt anni vnus et quinquaginta supra quadringẽtos. Quare residuum septingentorum, erunt anni. I X. et X L. supra ducentos, quibus Ninum antecessit inundatio terrarum. Ex his probatur irreuincibiliter à tempore demonstrato à Solino et propriis Epithetis Iani, eundem fuisse Ogygem, Ianum et Noam. Nam qui præfuit primo diluuio ante Deucalionem annis. 700. et pater antiquissimus deorum et hominum post diluuium, fuit nomine proprio dictus Noa. Porrò ante Deucalionẽ annis. 700. præfuit diluuio Ogyges cognomine, quia sub eo notatum fuit primum et nouimestre diluuiũ, et ad idem Iano epi-

theta propria Noæ à Latinis tribuũtur, vt à Iuuenale et Propertio tribuitur ipsi regnũ aurea ætate quæ præcessit Ninũ, & quòd sit antiquissimus pater diuũ, vt in præcedentibus pluries produximus. Quare iidem & eodem tẽpore sunt Noa, Ogyges, et Ianus. Sed Noa fuit proprium, Ogyges verò Ianus et Proteus. i. Vertumnus sunt solum prænomina eius. Ponam tamen hoc loco singulorum dicta de temporibus ante Ninum. Fabius Pictor de origine vrbis Rom. e. Aurea inquit ætas cœpit sub Ogyge ante Ninum annis circiter ducentis. L. & eam primus omnium Ninus vitiauit. Cato in secundo fragmento de originibus: Italiæ inquit origo splendidissima fuit, tũ tẽpore, tum origine gentis. Et narrata dissensione inter Chaldæos & Scythas de origine orbis, hæc subinfert. Inter vtrosq; conuenit ante Ninũ circiter annis. L. et ducentis, quibus durauit aureũ sæculum, terras fuisse inundatas, homines porrò in Scythia saluatos, et ex his venisse Ianum cum Dyrim et Gallis progenitoribus Vmbrorum Hi quidem ex Latinis authoribus, porrò ex Græcis Xenophõ in libro de æquiuocis: Iberus inquit annus vt plurimum quatrimestris est, Chaldæis vero econtra semper solaris, nisi in antiquitate disciplinarũ qua semper vtuntur menstruo. In cæteris eo pacto annos intelligunt, quo Semiramis in columna ita excidit. Mihi pater Iuppiter Belus, auus Saturnus Babylonicus, proauus Cur Saturnus Æthiops, Abauus Saturnus Ægyptius, Atauus Cælus, Phœnix, Ogyges. Ab Ogyge ad meum auum, sol orbẽ suũ circũlustrauit semel, ac tricies & cẽties. Ab auo ad patrẽ, sexies et quinquagies. A patre ad me, bis atq; sexagies Columnam, templum, statuas, Ioui Belo socero, et eius matri Rheæ in hoc Olympo, Semiramis dicaui. Ex hac inscriptione prædicti anni ducenti. XLIX. colligũtur. Totidem assignat Archilochus in Epitheto temporum super quem commentaria confecimus. Sed non modo ducentos quadragintanouem annos ante Ninum assequuti sunt posteriores Græci, verũ etiã. 700. et amplius. Quod et Plinius in. 7. naturalis historiæ cap. vlt. indicat. Hanc enim propositionem assumit. Assyrias literas semper fuisse arbitror. Hanc autem probat, quia literæ Ægyptiæ quæ antiquissimæ habentur, longe post Assyrias fuerũt,

Proteus.

Ætas aurea

Columna Semiramidis.

nec Assyriarũ inuenitur principiũ et author sicut Ægyptiarum. Hoc probat à Phoroneo antiquissimo rege Græciæ, qui teste Xenophonte in libro de æquiuocis regnauit primo anno Nini, longe ante Phoroneũ iuniorẽ filiũ Inachi secundũ Argiuorũ regem. Ponenda sunt verba Plinij in supradicto libro. Antichydes, inquit, repertas fuisse in Ægypto literas à Meonone quodã nomine tradit, idq; monumentis probat, annis.15. ante Phoroneum antiquissimum regem Græciæ. Ediuerso Epigenes apud Babyloniã, septingentorum viginti annorũ syderũ obseruationes, coctilibus laterculis inscriptas docet, grauis author in primis. Qui minimum, Berosus et Critodemus. 480. annorũ. Ex quo patet, æternum fuisse vsum literarum. Hæc Plin. Sed nota quòd nõ valet hæc consequentia Plinij. Non inuenitur author et principiũ literarum. Contra Plin. *Phœnicarũ siue Assyriarũ, ergo sunt æternæ, quia oppositum cõsequentis stat cũ antecedẽte. Similiter assumptũ est falsum, quòd non inueniatur principiũ, quia teste Diodoro Siculo in.3.lib. licet Chaldæi opinentur mundũ fuisse æternum, tamen principium Astronomiæ et literarũ se nactos fuisse asserunt ante ascensionem siue monarchiam et eleuationẽ Alexandri, annis.43. millibus. Teste autem Xenophonte in lib. de æquiuocis, annus in antiquitate literarũ, à Chaldæis menstruus accipitur per lineã medij motus lunaris, quo pacto ad quadraginta tria millia anni menstrui, reddunt circiter tria millia sexcentos* XXXIIII. *annos solares. Quòd si vt super Philonẽ exposuimus, & in chronographia nostra ex publica fide annalium probauimus, Monarchia Persarũ durauit à primo Arbace ad Alexandrũ annis.495 Monarchia vero Assyriorum durauit à Nino ad dictum Arbacẽ, annis.1234. à Nino vero ad inundationem terrarum antecedentem, omnes supputant annos. 249. Et ab inundatione ad Adam primum conditum hominem* M.DC LVI. *vt Moyses supputat Gen.5.ca. consequens necessario est, vt Chaldæorum & Phœnicum literæ sub conditione Adæ cœperint, quia ab Monarchia Alexandri vsque ad Adam colligũtur.* XLIII. *millia anni menstrui, siue tria millia sexcẽti.* XXXIIII. *solares, vt patet colligenti annos publicorũ*

annalium Monarchiæ Persicæ et Assyriæ, atq; diluuij et præcedentis temporis, sicut mox superius computaui mus. Quare per literas gentilium tempora certissima as sequuti sumus, ab Alexandro vsq; ad Adam. Quod etiã diuum Hieronymum non latuit in commentario super illud Apostoli ad Hebræos: Fide credimus aptata fuisse sæcula, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Chaldæorum inquit veterum traditio est, huius visibilis et formati mundi, fuisse inuisibilem et informem præiacentem naturam sempiternam à nullo productam, quàm posteriores Græci hylen, chaosq; vocauerunt, Moyses verò abyssum. Hanc materiam ad visibilitatem & formam fuisse à meliore natura deductam confitentur, atq; vti Moyses primo sceptro stellis ornari cœlos, ex tempore non ab æterno produnt, inde terram plantis, & animantibus, postea piscibus aquas, volucribus aërem, postremo hominem dominum mundi factum. Quæ omnia Naso in opere magno à Chaldæis accepta, ad vnguem prosequutus est.

Metamorphosis Oui.

Quinetiam annos & viros ante regnum Macedonum sub Alexandro produnt, à quibus orti sunt, annis circiter quatuor & triginta supra sexcentos & tria millia. Quos si retro ab Alexandro supputes, peruenies ad Adam primum. Quod profectò Moyses in omni eorum disciplina atq; historia eruditus conscripsit, & quod erroris erat, in ipso initio elisit dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram, quæ erat inuisibilis & incõposita, quia tenebræ erant super faciem abyssi. Hæc Hieronymus. Itaque Chaldæi, tempora longe ante Ninum et diluuium fuisse scribunt, vti et Moyses, atque Critodemus, Epigenes, ac Plinius. Sed Berosus ne crederetur nimis velle limites apud indociles Græcos excedere, indefinito tẽporis initio vsus est dicens: Ante aquarum famosam cladem, multa perierunt sæcula. Quæ vt clariora fiant, commentaria sequentia super quinq; Berosi libros iam ædidimus.

Berosi

BEROSI LIBER PRIMVS, DE TEMPORIBVS ANTE PRImum diluuium

Cum commentarijs Annij.

IN hoc primo libro Berosus agit de his quæ præcesserunt inundationem terrarum. Et facit duo. Primò præmittit exordium. Secundò narrat inundationem priscam. Primum sic absoluit.

ANte aquarum cladem famosam qua vniuersus perijt orbis, multa præterierunt sæcula, quæ à nostris Chaldæis fideliter fuerunt seruata.

Facit Berosus auditores attentos, dociles, & beneuolos. Attentos quidem, dum rem magnam proponit dicens: Ante aquarum famosam cladem qua vniuersus perijt orbis. In alijs enim inundationibus videlicet Niliaca, Attica, Thessalica, & Pharonica sola terra illa perijt vbi inundatio obtigit. Vnde Eusebius & alij chronographi & historici, notant eo tempore quo pars illa perijt. alias orbis partes habuisse incolumes suos reges & terras. Hæc vero prima omnes terras subruit. Et ideo absolute terrarum inundatio à Barbaris & Græcis & Latinis dicitur. Vnde & Moyses hic notauit quum dixit: Deleta fuit diluuio omnis caro sub cœlo. Famosam verò cladem dicit, quia ab infami vita gigantum prouocata fuit cœlestium ira, & à coniunctione magna astrorũ, & magna fama celebrata à Chaldæis & Phœnicibus & alijs. Reddit item auditores dociles, dum notat se dicturũ de prisca inundatione, & pluribus sæculis et ætatibus quæ illam antecesserunt. Postremo reddit beneuolos, dũ illis non Græcanicas nugas & fabulas quibus animos hominum errare cõpellunt, sed tradere veritatem, quam sacerdotes Babyloniorum publica & fideli atque probata fide in Archiuis simul & publicis bibliothecis conseruauerunt, pollicetur, quam etiam Moyses ipse secutus est, vt Hiero. in commentario dicit super illud Apostoli ad Hebræos: Fide credimus aptata formataq; fuisse sæcula.

Diluuium Magnum

Quid autem ea differentia fuerit inter priſcos Græcos et Chaldæos, quòd Græci fabulas nugaſq; & errores ſeminauerunt, Chaldæi aũt firmã & ſolidã veramq; doctrinã tribuerunt, teſtis eſt acerrimus Græcanicæ partis alias defenſor Diodorus Siculus in. III. lib. ſic de vtriſq; dicẽs: Chaldæi, inquit, Babyloniorum antiquiſsimi fuère, qui eum locũ in ſua rep. obtinuerunt, quẽ ſacerdotes in Ægypto. Ad cultũ enim Dei deputati per omnem vitã ſuam philoſophantur, peritiſsimi Aſtrologiæ habiti. Et paulò poſt: Non enim quemadmodũ Græci omniũ doctrinã ſuſcipiunt, ſed pueri à patribus progeniem ſequutis, diſcũt philoſophiã omniũ aliarũ rerũ cura poſthabita, doctiſsimiq; euadunt, cum quia à teneris annis in ea doctrina erudiuntur, tum præcipue, quia diutius in illa perſeuerant: Apud Græcos autem vt plurimum tarde ad philoſophiam accedunt, paululumq; in ea morati vertuntur ad quæſtum lucri gratia, & neque de more doctrinam parentum ſequuntur, ſed ſua ſponte varijs ſtudijs incũbunt, & lucri gratia nouis ſemper opinionibus ſtudẽtes, deq; maximis diſciplinis altercantes incertos diſcipulos reddunt, animumq; hominũ per omnem vitam errare cõpellunt, & nulla in eis certa ſententia, dubium, & in confuſo relinquunt. Hæc Diodorus. in quibus plura nos edocet. Primum quòd Græci non fuerunt ſequuti doctrinã maiorum, ſed nouas opiniones lucri gratia adinuenerũt. Fuerunt autẽ maiores Græcorũ Barbari, teſte Strabone in Geographia Græciæ., probatq; illud, quoniam plura vocabula barbara ſua ætate in Græcia permanebant. Et quoniam apud priſcos Barbaros veritas rerum erat, conſequens neceſſario fuit, vt relicta maiorum perquiſita et inuenta veritate, ſua ſponte in fabulas & nugas inciderent, quibus hominum animos à vero peruerterent.

Secundum eſt, quia de rebus maximis ſemper altercantur, quæſtus & lucri gratia. Vnde Ioſephus contra Apionem grammaticum, Græci, inquit, mutuo ſe de mendacio redarguunt, & non pudet eos de eiſdem contraria ſcribere. Scimus enim quot in locis Hellanicus de genealogijs & tẽporibus ab Ageſilao diſcrepat, & in quantis Herodotũ corrigit Ageſilaus, & quomodo Ephorus

Hellani-

Margin notes: Chaldæorum veritas. — Græcorum vanitas in philoſophia — Græcorum diſcrepantia.

Hellanicũ in pluribus ostendit esse mendacẽ, & Ephorũ Timæus. Timæum posteri, Herodotũ cuncti. Tertio dicit quòd fabulas & errores inuenerunt quæstus gratia. Et ideo vt mendacia facilius seminarent, studuerunt ornatui verborũ. Nihil enim magis proficit ad decipiendũ quàm delectabilis fabula & lenociniũ ornatus, vt significat de Græcis Lactantius in primo diuinarũ institutionũ cap. xv. dicens. Apud etiam malos reges, panegyricis mendacibus adulantur, quod malũ à Græcis ortum est, quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitauerit. Quartũ est, quòd vbi quis doctrinã eorũ seqtur, semper animo fluctuat, & per omnẽ vitam errat. Quod & Cato ad Marcũ filium scribens, vt author est Plinius. xxix. naturalis historiæ cap. primo, ita vaticinium protulit. Dicã de istis Græcis suo loco Marce fili, quid Athenis exquisitum habeã, & bonũ sit illorum literas aspicere non perdiscere. Vincam nequissimũ & indocile genus eorũ. Et hoc puta vatẽ dixisse. Quandocunque ista gẽs literas suas dabit, omnia corrumpet. Tunc etiam magis, si medicos suos huc mittet. Verè impletum est vaticinium Cato Catonis
nis. Nam omnis illa theologia, philosophia, & naturalis vaticiniũ.
diuinatio, & Magia, quas disciplinas teste Beroso eruditissimus Ianus tradidit, & in quibus Thusci, teste Diodoro Siculo in vi. lib. vsq; ad ætatem suam erant admirabiles toti orbi, equidem susceptis fabulis & disciplina Græcorum corrupta sunt, adeo vt omnia fabulosa & erronea Græcanica nórint, & nihil de origine, disciplinis, et splendore antiquitatũ Italicarũ (quod turpe & impium est) nesciant, vt deplorabat noster Aquinas in Satyra vbi dicit: Quid rancidius quàm quòd non se putat vllà formosam, nisi quæ de Tusca Græcula facta est? Et item: Omnia inquit Græce, cum sit turpe magis, nostris nescire Latine. Bonum est, inquit Cato, illorum literas aspicere vt venenum & errores illorum redarguantur, et non perdiscere, atque cum eorum leuitate insolescere, contra vetustissimas traditiones maiorum, quia omnia corrumpet, quod etiã Aristoteles fecit, velint nolint Pe Aristoteles
ripatetici, quia vt verbis Diodori vtar, cum aliis semper carpit.
alter-

altercans incertos discipulos reddit, & animos nostros per omnem vitam errare compellit, vt patet omnibus dissensionibus Peripateticorum etiam nostræ etatis, in quorum disceptationibus nulla certa sententia reddita, dubios semper & in confuso auditores relinquunt. Ergo non solum latinas origines & historias antiquorum, sed certissimas Ianigenas disciplinas, & toti orbi admirabiles, corruperunt susceptæ fabulæ ac nugaces disciplinæ, vt vere vaticinatus est Cato. Et ideo maxime sibi beneuolos auditores facit in principio Berosus, dum non à nouitijs esurientibus quæstus gratia Græcis, qui dum omnia norunt nihil intelligunt, sed à Chaldæis & maioribus fideliter conseruata, se traditurũ connotat. Et hoc de proœmio. Nunc ad narrationem accedit, & facit tria. Prima parte narrat infamem vitam hominum. In secunda præcognitum diluuium In tertia quo pacto humanum genus seruatum est in diluuio. De primo ita dicit:

Scribunt illis temporibus circa Lybanum fuisse Enos vrbem maximam gigantum, qui vniuerso orbi dominabantur, ab occasu solis ad ortum. Hi vastitate corporis ac robore confisi, inuentis armis omnes opprimebant, libidiniq; inseruientes, inuenerunt papiliones, et instrumenta musica & omnes delitias. Manducabant homines & procurabant aborsus, in eduliumq; præparabant, & commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, & masculis, brutis, & nihil erat sceleris quod non admitteret, contemptores religionis & deorum.

Vt in præfatione posuimus, & Hieronymus dicit, quòd mundus & mundi formatio sit ex tempore, & nõ ab æterno, ex fide atq; historia credimus. Verum quod ab Adam primo condito cœperint literæ & disciplinæ infusæ, non est ex fide tantum, sed etiam historia gentilium

Literarum antiquitas.

bium & traditione Chaldæorum qui se astronomiam & literas habuisse ante Alexandri monarchiam tribus millibus & sexcentis annis ac trigintaquatuor asserunt, vt in præfatione diximus. Epigenes quoque septingentos annos & amplius ante Ninum & Phoroneum inuĕtos ait Babyloniæ laterculos coctiles inscriptos pro syderũ obseruatione Quare iam ante inundationem terrarum annis paulò minus quingentis, vt ex dictis in proœmio colligitur, vtique erant in vsu ars coctilis, & impressoria, atq; inscriptiua, & literæ Phœnices, et Astronomia, & eiuscemodi. Quæ profectò omnia conueniunt his quæ Moyses & diuinæ literæ tradunt. Nam vt patet Genesis.5.cap sanctus propheta Enoch natus est ante inundationem terrarum anno.xxxiiii.supra mille, qui teste Iuda Apostolo cognomine Thadeo in sua canonica prophetauit de iudicio futuro tam aquarum diluuii quàm vltimæ conflagrationis, & ea teste Iosepho in primo de antiquitate Iudaica inscripsit duabus columnis, altera ærea, altera lateritia. Erant igitur in vsu literæ, & ars fusilis, & lateritia & vaticinia, mille annis & amplius ante inundationem terrarum. Porrò viuente Adam, & agente annum sexcentesimum & vigesimum secundum natus est idem Enoch, vt supputat Moyses Genes. v. capite. Quare coniectura & argumentum firmum est, ab ipso Atauo eius primo Adam eundem Enoch suscepisse literas & disciplinas, cuius tempore fuisse literas & disciplinas Adæ infusas Theologi asserunt, & eodem tempore se cepisse literas & Astronomiam Chaldæi affirmant, vt supra exposuimus. Et ideo non immeritò Moses dicitur à Hieronymo sequutus ex reuelatione de mundi atq; sui creatione, & texuit historiam gestorũ vsq; ad Enoch cui prosequendam reliquit historiam. Enoch autem prosequendam reliquit Lamech prophetæ patri Noæ, et Lamech filio eidem Noæ, Noa verò reliquit post diluuium Chaldæis; à quibus Habraã & residui veritatem rerum gestarum scripserunt. Vnde cum historia Chaldaica de antiquitatibus quàm simillima est Hebreæ, ac propterea Moyses pro teste adducitur à Masea Phœnice & Hieronymo ægyptio, vt asserit Iosephus contra Appionem grã-

Enoch propheta.

maticum

maticum et in primo de antiquitate Iudaica. Non est igitur mirū si Moyses et Berosus conueniunt, qui ex eodem fonte historiæ combiberunt. Itaque literam Berosi exponamus, quæ primo narrat infamem vitam hominū in cōmuni, inde in particulari. In cōmuni quidē erant peccata oppressionis, libidinis, et promiscuæ luxuriæ. In particulari vero quoad oppressiones, feritatem supremū scelus adijciebant vt homines manducarent, et aborsus in edulium delitiosi epuli procurarent, ac si oua essent aborsus, et carnes humanæ altilia. Neq; hoc fabula est cum ætate nostra in insulis Cananeiis, quarum quasdam nunc subegit gloriosus rex Hispaniæ Ferdinādus, homines captos castrent, et in greges more pecudum ad conuiuia seruēt. Ptolomæus quoq; in Geographia, ætate sua Æthiopes et alios Anthropophagos, id est, hominum cōmestores annotat. Plinius in quinto naturalis historiæ capitulo septimo asserit Scythas esse, qui humanis corporibus vescuntur. Et subdit. Incredibile quidem videretur nisi cogitemus in medio terrarum Sicilia et Italia fuisse huiuscemodi monstri gentes Cyclopas et Lestrigones, et nuperrime trans alpes hominem immolari solitum, quod paulum à mandendo abest. Hoc scelus vltum per diluuium, mox probibitum fuit à Deo dicente: Carnem cum sanguine non comedetis. Et vt intelligas de carne humana dictum, ilico explanauit dicens: Quicunq; enim fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Sed de hoc copiose tradidimus super Genesim nono cap. Hæc de peccato oppressionis ferinæ. Porrò de peccatis luxuriæ, nihil erat sceleris quod supreme non admitterent, incestum, sodomiam, et brutalitatem. Quod etiam Moyses nō tacuit, dum asserit eas vxores accepisse quas eligerent, scilicet siue matres siue alias. Et item omnis caro corruperat viā suam, scilicet Sodomia et brutalitate. Quare ex his nati sunt gigantes vt ibi ait Moyses, potentes viribus et viri famosi, scilicet vitæ quam maxime infamis supradictis sceleribus. Per Gigantes enim intelligimus homines vastos corpore, famosos, et deorum contemptores et hominum similiter oppressores, vt Macrobius in primo Saturnalium, et Diodorus in sexto significant. Tria sunt

Anthropophagi.

vnus

nunc cognoſcenda. Primum de Enos Vrbe, quis eam condiderit, quando, et propter quid, et Vbi. Secundo quando cœperunt hæ delitiæ et peccata. Tertio quare nũc Deus non punit ea ſicut tunc. Ad primum reſpondet Moyſes Gen. cap. IIII. *quòd Cain damnato et excommunicato à cœtu iuſtorum ob fratricidium, profugit à facie iuſtorum cum Vxore, et habitauit ad orientalem plagam Edẽ, id eſt, paradiſi, et ibi ædificauit ciuitatem, et Vocauit eam à nomine primogeniti ſui Enos, et Vt aiunt tam Hebræi quàm catholici ædificauit eam ad opprimendum et excurrendum et prædandum iuſtos ex poſteritate patrus ſui Adam et fratris ſui iuſti Seth. Ædificauit autem eam ad orientalem plagam reſpectu regionis Eden hebraice dictam, ſiue latine locum et regionem delitioſam, ſiue græce paradiſum. Eſt autem regio Damaſcena, Vt quidam ſuſpicantur, quia ad orientalem plagam eſt mõs Libanus, in quo eſt Vrbs Enos diruta, cuius maxima et ingentis molis fundamenta Viſuntur, et Vocatur ab incolis regionis ciuitas Caym, Vt noſtri mercatores et peregrini referunt, qui in Damaſco et Libano ſunt aſſueti. Alijs placet Eden ſiue locum delitiarum et paradiſum dici, regionem Phœnicam Laodicinam dictam, probãtq; duobus argumentis. Primo quia ibi eſt Vrbs Eden ſiue interpretatione Græca paradiſus, Vt Ptolomæus notat in quarta Aſiæ tabula. Secundo quia in ea Vrbe exiſtenti eſt mare ab occidente, et extremitas Libani et Antilibani ab ortu æquinoctiali Vel ſaltem Hyberno, Vt patet ibidem. Ad primum ergo dubium reſpondetur, quòd Enos Vrbem condidit Caym, poſt excommunicationem promulgatam, & eiectionem à communione Adæ atque iuſtorum, Vt ſicut excommunicati poſſet latrocinari & prædari iuſtos, & in loco orientali Libani, Vt ait Beroſus, in ea parte quæ eſt magis orientalis reſpectu Vrbis & agri eius, qui à Moyſe dicitur Eden, & à Græcis paradiſus. Ad ſecundum dubiũ dicitur quòd peccata Caym & excommunicatæ atque impiæ poſteritatis eius cœperunt ſub fratricidio Caym, & adaucta ſunt in ſeptima generatione ab Adam, Vt notat Moyſes Gen. cap.* IIII. *quia Iael, Tubal, & Tubalcaim fuerũt ſexti à proge-*

Enos Vrbs.

Iael. Tubal. Tubalcaim.

progenitore suo Caym, & septimi ab Adam, quorum primus inuenit delitias in arte pastorali, papiliones & tentoria, secundus fistulam, cytharam, lyram, & organum, cum voce chorea et modulatione musica, tertius verò arma et omne genus ferramenti, vt ibidem Moyses exprimit. Huc vsq; impia septima generatio ab Adam excreuit per vniuersum orbem. Sed in hac septima generatione impia et excommunicata, cœpit iusta posteritas Adæ cum excommunicatis participare coniugio, et supradictis sceleribus impiorum, quia teste Moyse videntes filij Dei, scilicet iusti homines, filias hominum et Caymicæ posteritatis quòd essent pulchræ, id est, opulentæ et fortunatæ, non obstante excommunicatione, etiam ipsi acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Quòd verò etiam septima generatione iustorum ab Adam cœperint iusti effici participes scelerum et vitiorum, est argumento quòd Enoch septimus ab Adam fuit translatus ne malitia immutaret cor eius, vt scribitur Sapien. IIII. capite. Et ideo respondetur ad secundum dubium quòd impiæ posteritatis Caym peccata, sub Caym cœperunt, iustorum verò sub sancto Enoch propheta, quem propter bonam vitam Deus cito transtulit, ne cum alijs iustis iam ad impietatem inclinatis consentiret. Ad tertium verò dubiū respondetur, quod Deus non punit vniuersaliter peccata, nisi cum in vniuersis inueniuntur, quod non est nūc. Et præterea etiam summa peccata non statim punit, nisi addita obstinatione, sicut nunc Berosus ostendit ita dicens in secunda parte, in qua de præcognito futuro diluuio sic scribit:

Enoch.

Tum multi prædicabant & vaticinabantur, & lapidibus excidebant, de ea quæ ventura erat orbis perditione, sed enim illi assueti corridebant omnia, cælestium illos ira atque vltione perurgente pro impietate atq; sceleribus.

Diluuij præcognitio.

Præcognita verò fuit prisca inundatio tum spiritu Dei, vti sanctus Enoch, tum Astrorum obseruatione, vt quæ

quæ Babyloniæ inuenta fuit, & Epigenes atq; Plinius notauerunt. Alibi scripsimus atq; probauimus hæc duo simul stare, inundationem terrarum à causis naturalibus processisse, quas studiosi in monumentū exciderunt, & à diuina prouidentia simul ab æterno ordinatam, vt quo potissimum tempore homines demererentur perirent. Deinde Berosus ostendit in tertia parte quo pacto genus humanum reparatum sit per arcæ præparationē dicens:

Vnus inter gigantes erat, qui deorum veneratior & prudentior cunctis, reliquus ex probis erat in Syria. Huic nomen erat Noa, cum tribus filijs Samo, Iapeto, Chem & vxoribus Tytea magna, Pandora, Noëla, & Noëgla, is timens quam ex astris futuram prospectabat cladem, anno. LXXVIII. *ante inundationem, nauim instar arcæ coopertam fabricari cœpit. Anno septuagesimo octauo ab inchoata naui, ex improuiso exundauit oceanus et omnia maria mediterranea. Fluminaq; ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt supra oēs montes accedentibus, atq; impetuosissime & supra naturā è cœlo copiosissimis hymbribus multis diebus corruentibus. Ita omne humanum genus aquis suffocatum, excepto Noa cum familia sua quæ naui erepta est. Nā eleuata ab aquis in Gordiei mōtis vertice quieuit, cuius adhuc dicitur aliqua pars esse, et hoīes ex illa bitumē tollere, quo maximè vtūtur ad expiationem.*

Iosephus hoc loco vtitur contra Appionem grammaticum, dicens Berosum Chaldæum & historicos Phœniceas nominare Noam & filios eius proprijs nominibus,

& diluuium, & arcam. Et in primo de antiquitate Iudaica, hunc locum ad verbum transsumens in testimonium, eiusdem inquit, arcæ Noæ atque diluuij memoriam faciunt omnes qui barbaras historias conscripserunt, quorũ vnus Berosus Chaldæus, qui narrans de hoc diluuio taliter est affatus. Dicitur autem nauis eius quæ in Armeniam venit circa montem Gordieum aliqua adhuc pars esse, & quosdam bitumen exinde tollere, quo maxime homines ad expiationem vtuntur. Et subdens de historicis ægyptijs & phœnicibus, meminit, inquit, etiam horum Hieronymus Ægyptius qui antiquitatem Phœnicã noscitur conscripsisse. Sed & Maseas Damascenus in nona gesimosexto historiarum libro ita de eis dicit: Est super Myriadam excelsus mons in Armenia, qui Baris appellatur, in quo multos confugientes sermo est diluuij tempore liberatos, & quendam simul in arca deuectũ in mõtis Ocilæ summitate fuisse, lignorumq; reliquias multo tempore conseruatas. Fuit autem iste, quem etiam Moyses Iudæorum legislator scribit. Hæc Maseas. Nota quia dicit Iosephus ibi, quòd etiam Græci qui barbaras historias transsumpserunt non solum diluuij & Noæ reminiscuntur, verumetiam & longitudinis annorum solarium, quibus mille annis vixerunt. Sic enim ad verbum dicit: Noa quum vixisset post diluuium trecentis & quinquaginta annis, feliciter agens, mortuus est anno vitæ suæ quinquagesimo supra nongentos. Nullus autem ad vitam modernam & breuitatem annorum quibus viuimus comparans antiquorum longitudinem putet falsa quæ de illis sunt dicta. Illi nanque cum essent religiosi, et ab ipso Deo facti, tantorum annorum curriculis rite viuebant. Deinde propter virtutes & gloriosas vtilitates quas iugiter perscrutabantur, id est, Astrologiã & Geometriã & Physicã, Deus eis ampliora viuendi spatia cõdonauit, quæ nõ caute discere potuissent, nisi nongentis viuerẽt annis. Per tot enĩ annorũ curricula, magnus annus impletur. Et subdit inducitq; testes dicẽs: Testes aũt dicti mei sunt omnes qui antiquitates apud Græcos & Barbaros conscripserunt. Nã & Manethon qui descriptionem fecit Ægyptiorũ, & Berosus qui Chaldaicã desflorauit,

Baris.

Vitæ longitudo quibus & cur data.

rauit, & Mochus, & Estyus, & Hieronymus ægyptius qui Phœnicam disposuerunt, concordant cum dictis meis. Hesiodus quoq; & Eratheus, & Hellicanus & Agesilaus in historijs suis, memoriam faciunt antiquorum, annis mille viuentium. Hæc Iosephus. Quinetiam diluuij et temporis eius vsq; ad Ninum meminerunt Xenophon libro de æquiuocis, Archilochus in Epitheto temporum, Fabius pictor de origine vrbis Romæ, & Cato in secūdo fragmento originum, super quos omnes iam commentaria ædidimus. Hactenus in communi pro Berosi litera dicta sunt, nunc in particulari pauca excurramus. Noam fuisse virum Dei cultorem & iustum, & solum, vniuersis ad impietatem declinantibus, etiam Moyses scribit. Fuisse vero gigantem & astronomiæ peritum, etiam peritiores Talmudistæ asserunt. Fuisse autem Syrum Phœnicā cognomina sua indicant Ogygius Dysir, vti in sequente commētario exponemus.

Noa gigas & astrologus.

Dubitatur verò de eo quòd ait, cœpisse fabricari arcam ante inundationē anno LXXVIII. *cum centum viginti annos Moyses supputet Genesis* VI. *cap. & Berosus alibi teste Plinio quadringentos octoginta cum Critodemo assignet, vt in superioribus diximus.*

Arca quando facta.

Ad primum respondetur, quòd mandatum de fabricanda arca Noa accepit ante inundationē annis centum viginti vt Moyses significat. Quadraginta verò & duobus annis præparauit ligna ob immensitatem operis faciendi. Et ita anno sequente qui erat septuagesimusoctauus ante inundationem, cœpit opificium ingentis arcæ, vt Berosus supputat. Quod verò adducitur de Plinio dicente ante Ninum fuisse supputatos à Beroso & Critodemo annos CCCC.LXXX. *non de arca dixerunt, sed de literis inscriptis & inuentis eo tempore, vt patet in septimo naturalis historiæ cap. vltimo vbi de his loquitur Plinius. Rursus, quia dicit ex improuiso accidisse diluuium, non refertur ad Noam, & eos qui nouerunt & inscripserunt coctilibus laterculis, & lapidibus, sed ad derisores, qui illud neq; credebant neq; sperauerant affuturum. Fuit autem hoc primum diluuiū nouimestre, vt Solinus asserit in Collectaneis, & Moyses Genesis* VIII. *cap. et Xenophon de æquiuocis. Excessit vero oēs altissimos orbis mōtes.* XV.

D 2 *cubitis,*

cubitis, vt testatur Moyses. Et vt ait, deletum est omnis caro sub cælo, excepto Noa cum sua familia. Ex quo patet Talmudistas esse falsiloquos, & mendaces, contraque diuinas literas ad morem suum exponentes, quòd diluuium non attigit montem Sion, argumento vsi, quia inuẽtum est ibi post diluuium semen giganteum, non attendentes quòd Noa cum filijs fuerunt gigantes, & Titanes gigantes genuerunt, teste Beroso, qui teste Moyse posuerunt vrbem Titanum in Ægypto, quam vocat Tanim dempta prima litera, vt patet Numeri cap. XIII. tam per textum quàm per expositores. Hæc de temporibus ante diluuium. Nunc ad sequentes libros præparans auditores, ita concludit:

Talmudistas carpit.

Ab hoc igitur anno salutis humanæ ab aquis primordio sumpto, nostri maiores innumeros scripserunt. Nos verò tædiosum illorum sermonem abbreuiaturi referemus origines & tempora, & reges eorum duntaxat regnorum, quæ nunc magna habentur. In Asia quidem nostrum omnium celsissimum Babylonicum, Aphrica Ægyptium & Libycum, quæ vnum primo fuerunt, et sub vno narrabimus. Postremo in Europa quatuor nostri enumerant. Celtiberum, Celtæ, Kytim, quòd illæ gentes Italicum appellant, & Thuysconum quod à Rheno fluuio per Sarmatas in Pontũ finit. Addunt quidam etiam quintum dictum Ionicum.

Ergo superior narratio quasi quædã præfatio à Beroso præmissa est, vt quisque cognosceret à quo præcipue anno & tempore, suæ gentis originem incboare debeat, quia non ante diluuium primum, quia nulla remansit origo nisi Noanica quæ & Ogygiana Phœnica, neque item vt Græci faciunt, inchoanda est à Nino, quia longe ante eum

eum coloniis oppletus erat totus orbis, & origines sub Noa discretæ. Et ideo quisq; dum requirit suæ gentis & regni originem incipiat ab hoc anno saluationis hominũ à diluuio, & videat genealogias ducum primarum coloniarum & inde originem suam in communi accipiat, & postea in particulari in quarto & quinto Iob. Verum quia in bibliothecis Chaldæorum annotabantur prolixe omnium gentium & regnorum origines, & antiqua gesta, quæ fastidium generabant: idcirco ipse deflorauit vt Iosephus loquitur, omnem Chaldaicam historiam, & solum de origine regnorum ætate suæ clarorum loquitur. Fuit autem Berosus circa finem monarchiæ bipartitæ Persarum & Medorum. Fuit enim ante Alexandrũ, quia Metasthenes qui floruit circa initium Alexandri vsus est chronographia Berosiana pro monarchia Assyriorum, vt tam in eius litera, quàm commentarijs super eum explanauimus. Item adhuc durabat bipartita monarchia Asiæ in qua præualebat Babylonica, vt hoc loci notat, vbi ætate sua Babylonicum asserit præstantissimum omnium. Quare pro Asia Babylonicam originem & antiquitatem tradet. Pro Aphrica verò Ægypti & Libyæ originem exponet. Pro Europa verò in qua nulla erat monarchia, exponet origines Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ per Sarmatas vsque Tanaim & Pontum. Cur vero de Ionico non posuerit ad longum originem, existimo id caussæ esse, quia posita origine Græciæ à diluuio ad Ninum, ipsi Græci deinceps inter se dissidebant in historia. Et quoniam nullis displicere voluit, quibus erat charus, & à quibus donatus fuit publica statua inaurata lingua, vt Plin. asserit, idcirco à Nino deinceps raro tangit Græciam. Cæterum quia origo haberi non potest nisi per genealogias, ob id hunc secundum librum Genealogiarum præmittit tribus sequentibus.

LOGIIS PRIMORVM DVCVM
post Diluuium.
LIBER SECVNDVS.

Indigetes pro indagatores.

QVi primi fuerint in orbe reges post diluuiũ & ante Ninum Græcis prioribus nondũ cõpertum fuerat, sed solum Barbaris, qui se primos rerum vtilium Indigetes asserunt atq; scriptores, & multorum memoriam apud se fuisse conseruatam affirmant, vt Diodorus in .1. libro author est. Igitur Berosus in hoc secundo libro de primis ducibus & eorum Genealogia post diluuium ita tradit, vt nulli sit regno sua ignota origo. Et primo quidem inducit procemium de Iano patre omnium, & Tytea magna. Deinde Genealogias describit.

De primis sic dicit:

NEcesse est igitur nos ex præmißis confiteri, quod & Chaldæi & Scythæ scribunt, siccato ab aquis orbe non fuisse nisi dictos octo homines in Armenia Saga, & ab his omne hominum genus in terris seminatum, atq; ob id Scythas recte dicere & appellare Noam omnium deorum maiorum & minorum patrem, & humanæ gentis authorem, et chaos & semen mundi. Tyteam vero Aretiam, id est, terram in quam semen chaos posuit, & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt.

Multa memoratu digna his verbis insinuat Berosus, quæ apud poëtas legebamus, & originem ignorabamus. Primum igitur nedum apud Moysen et Berosum, sed etiam apud authores Latinos legimus, quo scilicet primum loco post diluuium & ante Ninum cœpit humanum genus. Primi sunt Barbari historici, præcipue Hieronymus

Ægyptius & Maseas Phœnix, qui (vt supra diximus) testantur Noam cũ arca saluatum fuisse in Gordiei Armeniæ montis iugo Ocila altissimo. Est autem Gordieus mons in Armenia nõ procul ab Araxi fluuio, à quo Moyses vocat Armeniæ Caspios montes altissimos, Ararat pro Araxat. Et ideo licet in Ptolomæo non continuetur à scriptoribus mons. Gordieus & Caspius proximus amni Araxi, hoc tamen à vitio impressoris processit, quia debent continuari, licet diuersis locis diuersa nomina sortiantur. Est autem Ararat, vt Hebræi proferunt, siue Araxat vt Aramei, siue Araxes vt Græci ac Latini, fluuius Scythiæ in maiori Armenia, de quo Lucanus in septimo: Armeniumq; bibit Romanus Araxem. Super hunc Augustus pontem, quem à magno Alexandro factum ruperat amnis impetus, firmiorem restituit, in cuius laudem Virgilius in octauo Æneidos dixit: Et pontem indignatus Araxes. Ex hoc tres amnes fluere, Phasim, Thermodonta & Tanaim, Orpheus mendax in Argonautica dixit. Nam vt Geographi cum Ptolomæo certissime notant, aliunde ortum habent. Hac itaq; regione circa Araxem consedit ab origine sui gens Scythica, à Scytha rege eorum dicta, vt est author Diodorus libro quarto. Et ideo locus primus quo cœpit humanum genus post diluuium, fuit Scythia Araxea, vt Berosus Chaldæus, & Hieronymus Ægyptius, & Maseas Damascenus, atque Moyses, ex Barbaris consentiunt, ex quibus Archilochus Græcus in Epitheto temporum, super quem iam confecimus commentaria, ita dicit ad verbum: Maseas Phœnix Damascenus libro. XCVII. historiarum asserit ante Ninum fermè ducentis quinquaginta annis fuisse inundationem terrarum, & quendam, cui Moyses antiquissimus historicus testimoniũ perhibet, liberatum circa fluuiũ Araxem ad montes Caspios, tumq; recente cœlo, & rudi humano genere vixisse aureã vitã, in qua nullo ferente leges natura ipsa viuebatur, quousque Ninus & Semiramis arma gentibus intulerunt, & auream vitam vitiare cœperunt. Idem scribunt ex Latinis Trogus et Iustinus in primo epitomatum de aurea vita ante Ninum. Et in secundo libro asserunt itidem

Gordieus mons.

Araxes fluuius.

Scythas semper fuisse superiores de principatu humanæ originis, sequuti Catonem de originibus, cuius commentaria exegimus. Is in secundo fragmento hæc dicit. Chaldæi orbis sempiternitatem sibi persuadent. Phœnicibus vero ac Sagis magis placet origo. Inter vtrosque conuenit. ante Ninum circiter ducentis quinquaginta annis quibus durauit aureum sæculum terras fuisse inundatas, & in Scythia Saga renatum mortale genus. Siue enim ab æterno mundum existimes, & ignis principio cuncta possederit, posteaq; sensim in sua loca-elementa coëuntia homines produxerint, siue (vt fertur) ante aureum sæculum terras subrutas inundatio tenuerit, et ex siccata humo apparuerint homines, equidē principatus originis semper Scythis tribuitur, à quibus auctis colonias per orbem missas ferunt, & ex his venisse Ianum cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum in Vaticanum & Ianiculum. Et in principio fragmenti: Italiæ, inquit, splendidissima origo fuit, tum tempore, tum origine gentis. Cœpit enim aureo sæculo sub principibus dijs Iano, Camese, Saturno, gente Phœnicea & Saga. Igitur omnes historici, Græci, Latini, & Barbari, qui de priscis ante Ninum antiquitatibus conscripserunt, vnanimi cōsensu affirmāt in prisca Armenia Araxea cœpisse genus humanum quacunq; via cœperit. Eadem regio prius Aramea Scythia Saga dicta fuit, à qua postea longè lateq; antiquitus omnis septentrio à Tanai in Sarmatas, et in orientalē Imaū montē, Scythicū Araxeū siue Arameū Saga nomen communicatum fuit, vt Plin. in septimo naturalis histo. cap. XVII. significat dicens: Scythas populos, Persæ vniuersos Sagas appellauēre à proxima Saga gente, antiqui vero Arameos. Cui argumēto est prima vrbs ponè Araxim amnē, vbi teste Diodoro gens Scythica parua numero, et ignobilis principio consedit. Nam ea Saga Albina, siue (vt Ptolomæus notat) per syncopatam cōpositionem Sagalbina dicitur. Et hoc de loco, vbi cœpit post diluuiū genus humanum tam secundum diuinas literas quàm gentiles dictum sit. Secundo memoratu dignum est nomē Saga, vt Aramei proferūt, vt Sangni, et Etrusci, & Sabini, vel Sāctus vt Latini. Hæc nō differūt

Margin notes: Scytharum antiquitas. — Aramea. — Saga. — Scythia. — Albina. — Sangni. — Sanctus.

significato, sed sola deriuatione prolationis, quia à Saga Sangni, & à sangni sanctus deriuatur, mutata litera g in c. Est autem Sanctus id quod purus, religiosus, sacerdos. Vnde Sagam Festus exponit sacerdotem expiatorem. Diuus vero Hieronymus in lib. de interpretationibus, sagam interpretatur immolatorem & sacrificulum. Congruit ei quod Moyses scribit Gen. ca. 9. vbi affirmat Noam cum familia egressum ab arca primum sacerdotio & religione functum, mox sacra Deo fecisse. Vnde & ipsa familia eius & posteritas Saga, & qui cum Iano in Etruriam venerunt Tusci, Sagi, & ostium Padi ab his sagum dictum referunt authores, pracipue Cato & Plinius. Cato enim in fragmento decimonono de originibus his verbis vtitur. Sangni gentilē Sabi dicunt Sabini. Sanctum Romani, Sagam barbari, à quo primi Tusci, id est, pontificij & sacri expiatores dicti fuerunt. Plinius item libro tertio naturalis historiæ, cap. XVII. de Padi Ostiis circa quæ Tusci venerunt, ita dicit. Proximū inde Ostiū Caprasiæ, deinde Sagus. Omnia ea flumina fossasq; primi Sagi fecere Tusci egesto per transuersum amnis impetu in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu Tuscorum Atriæ, à quo Atriaticum mare ante appellatum, quod nunc Hadriaticum. Hæc Plinius. Locus igitur & gens Saga sic dicta fuit. Tertio memoratu dignum est, quòd Noæ siue Iani vbi consedit ad Araxim prima vrbs dicta Sagalbina, id est, pontificia imperialis, quia Saga pontificia est. Albina vero inperialis ab insigni imperij Alba, id est, fascibus. Est enim fascis, fasciculus in quo virga sceptri & flagellum cum securi inclusa erant. Et hoc Latini fasces imperij, Aramei vero vocant Albam, vt demonstrauimus super quartum fragmentum Catonis, vbi & redarguimus eos non exili argumento, qui Tyberim existimauerunt dictum Albulam à colore, aut albam virgam datam Cranæ in. VI. de Fastis Latinam habere originem. Rursus memoratu dignum est, quòd octo solum animas saluatas à diluuio tā Moyses quàm Chaldæa historia tradit, contra fabulosos simul & hæreticos Talmudistas, qui (vt supra diximus) nullo certo authore dicunt multos gigantes fuisse

Sagus.

Sagalbina.
Alba.
Fasces.

saluatos in monte Sion. Rursus de primis cognominibus Noæ cognomine Iani, vt in 3. lib. dicet Bero. Primum cognomen est chaos, vt supra dixit in prologo Hiero. idem est chaos & Hyle à quo hyleton. Est autem chaos rudis & indigesta moles ante omnes & ex qua omnes prodeunt, vt Ouidius in primo Meta. docet. Ad huius similitudinem Ianus siue Noa dictus est chaos & semen orbis, quia in eius renibus & semine informi prodiit humanũ genus, & ipse omnes præcessit tempore, vt idem Ianus apud Ouidiũ loquitur in primo de Fastis. Et primo quòd omnes longo tempore præcessit, ita aperit. Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant, Aspice quàm longi temporis acta canam. Deinde quòd membra sua, id est, filij fuerint in seminali sua ratione informi, ex qua successu formati fuerunt, sic Mythice loquitur. Tunc ego qui fueram globus & sine imagine moles in faciẽ redii, membraq; digna Deo. Membra digna patre Deo dixit, quia omnes filij eius pro diis ex magnitudine beneficiorum impensorum humano generi habiti sunt. Vnde & pater deorum maiorum, scilicet filiorum, & minorum, scilicet nepotum & pronepotum dictus fuit, quia omnes fuerunt principes regnorum et coloniarum excellentissimi iudices et duces, qui quoniam in regimine orbis vices dei exequũtur, tam apud Gentiles quàm Hebræos et diuinas literas Heloim, id est, dij et numina dicuntur, vt est illud Psalmi: Ego dixi dij estis, et filij excelsi omnes, et in Exodo: Si inquit fur latuerit, causa referetur ad deos. Et hoc pacto pro iustis iudicibus & principibus deos et numina secum regnasse Ianus dicit apud Ouidiũ in primo de Fastis his verbis: Tunc ego regnabam patiens cum terra deorum Esset, et humanis numina mixta locis. Aurea enim ætate iusti principes regnabãt, et ideo iure dij à diuinis literis et gentilibus dicti, quoad vices dei non diuinitatem substantialiter. Rursus illi cognomento fuit auctori hominum, id est Consutio, quia eo auctore conseritur humanum genus, vt asserit Macrobius in primo Saturnalium. Ergo quia Ianus siue Noa post diluuium præcessit omnes tempore, dignitate, principatu, et effectiua origine, idcirco sibi iure vendicauit

Chaos.

Dei qui

Consutius.

Noæ cognomina.

cog-

cognomina Chaos, Ilcton, Semen mundi, patrem principum, & deorum maiorum ac minorum, & auctorem consutiúmque humanæ gentis, qui semen iaciens in vxorem Titeam, vti cœlum in terram, seminauit omne mortale genus. Et ob id Titea terra, & Noa siue Ianus cælum cognominatus est, vt in tertio libro dicetur, quia sicut ex vi cælesti & terra cuncta prodeunt, ita omnes geniti sunt authoribus Iano & Titea. Vnde & Titanes dicuntur terrageniti, vt poëtæ mythice loquuntur. Hæc de principibus mundi Noa & Titea, nunc ad genealogias Berosus se conuertit dicens:

Præter verò tres primores filios, Noa post diluuiū gigantes pluresque filios genuit. Quare ad abbreuiandum plurimum conferet si omniū posteritates figurabimus, ab ipso Noa sumpto exordio, deinde sigillatim à cæteris. Primum itaque dixerunt Ogygisan Sagam, id est illustrem sacrorum pontificem Noam Dysir.

Figuras Berosus appellat Genealogiarum arbores, à quo exemplari morem legisperiti desumpserunt, qui gradus de sanguinitatis instar arborum conscribunt. Et per truncos & ramos & folia significant ascendentes seniores patres & auos, & descendentes filios & nepotes & circumstantium consanguineorum. Initium figuræ primæ erit Noæ continens omnes filios Noæ ortos ante pósteque diluuium. Secunda erit arbor posteritatis Sami. Tertia Iapeti. Quarta Cham, qui & Cameses. Duo autem hoc loco Berosus tradit, quæ conueniunt historiæ Mosaicæ. Primum quia Noa gygas genuit post diluuium gigantes, vt supra diximus. Secundum quia etiam genuit alios filios, quos in arbore eius scribet. Nam teste Moyse nono capite Genesis, mandatum Noa sacrificans à Deo accepit cum filiis, vt vacaret generationi, & solitariæ terræ implendæ. Neque tamen dicendum est quòd illud neglexerit, aut quòd illi tempus defuerit, aut quòd illud præceptum non obliga-

Arbores consanguinitatis.

obligaret omnes terra iam multiplicata, quod erat intentio latoris dei expressa, quia erat vir iustus & perfectus vt ait Moyses, & vixit post diluuium annis.350. vt tam Moyses quàm Berosus scribunt, & terra funditus desolata, etiam ipsa lege naturæ obligabatur ad generationẽ. Quòd si Moyses non omnes posuit, hoc fecit quia ad originem Hebræam festinabat, & solum tot ponere voluit, quot linguarum genera septuagintaduo discreuerant. Neque valet quod Talmudistæ dicunt, quia ipsum Noa cognomento Cælum, filius eius Cameses incantamento testes illi secuerit, quia vt testatur Berosus hoc egit iam genitis filiis compluribus, & iam in senium declinante Noa, vt narrabitur in tertio lib. Et ideo vitatis fabulis & erroribus Tabnudistarum, quòd præcepto naturæ, imò diuino congruit est tenendum, & quòd Berosus exprimit certissimus & veracissimus author. De Ogyge vero, id est illustri Noa, & Desir, id est, Ilice, vt interpretatur diuus Hieronymus, est sciẽdum quòd ait Petrus Comestor Genesis cap.13. & Iosephus in primo de antiquitate Iudaica. Habitauit (inquit) Habram circa Hebron iuxta Ilicẽ quæ vocatur Ogygi. Et dicitur, vt ait, ciuitas quatuor patriarcharum, quia habitauerunt ibi & sepulti sunt, Adam, Habraam, Isaac, & Iacob. Et ita Ogygi ante diluuium, & post fuit patria iustorum etiam & ipsius Noæ, qui à patria Ogysan, id est illustris sacer cognomen habuit. Vnde omnes illum cognominant priscum Ogygem, vti Xenophon de æquiuocis & Metasthenes, quem præfuisse prisco diluuio dicunt. Et ex Latinis Solinus dicens primum diluuium fuisse notatum sub Ogyge nouimestre, & ab eo ad Deucalionem septingentos supputari annos. Sed sub Ilice manebant iusti, quia arbores pro templis & numinibus antiquis erant, vt etiam consentit Plinius in.12. natural. historiæ capite primo. Et nota, quia Phœnicia est à Damasco vsque ad Gazã. Quod patet, quia Ioppen Hierosolymæ portum dicunt esse oppidum Phœnicum, vti est illud Plinij in. V. naturalis historiæ cap.14. Ioppe inquit oppidum Phœnicum, inundatione terrarum vt ferunt antiquius. Nota quòd Ioppe fuit ante inundationem terrarum in Phœnicia, sed non

Hebron.
Ilex.
Ogyges priscus.

primũ Phœniciæ oppidũ, quia in principio Phœniciæ me diterraneæ antea Cain ædificauerat Enos vt diximus, & prius Adam cœperat Hebron, vt in sequentibus ostẽ demus. Nunc Genealogiarum figuræ ponendæ sunt. *Phœnicia Ioppe.*

Prima figura Noæ, quæ & Iani patris.

Macrus Iapetus Prome Thuys Crana Cran9 Grana9
iunior theus cõ gy
priscus gas

Noa cognomine Ianus Ogyges ante diluuium, genuit Sem Cam & Iaphet. Post diluuium verò omnes istos huic arbori annexos qui sunt.

Decẽ
et sep Ara: Regina Pando: Thetis Ocean9 Typhœus
tẽ Ti xa ra iuni:
tanes prisca or.

Porrò Thuyscon tam Beroso quàm Cornelio Tacito testibus, fuit author Germaniæ, cuius hæc posteritas:

Thuy: Mãnus Ingae Isteuon Hermi Marsus Gãbriuius
scon uon non
Germa
norum Sueuus Vãdalus Hunnus Hercules
& Sarma Teutanes
tum pater
Araxa pri: Scytham Napus
sca genuit priscum & Prutus
à quo

Hac Genealogia & arbore prima, notandũ est quòd omnes hi reputati sunt filij Cœli ac terræ, siue Iani & Vestæ, siue maius Noæ atq; Titeæ. Nam Noa, Ianus & Cœlum cognomenta habuit, vt in tertio libro Berosus commemorat. Diodorus verò Siculus in quarto libro refert ex historia Scythica & Aphricana, quòd Cœlũ qui primus omnium regnauit apud eos habuit plures vxores, & ex Titea sustulit. XVII. quos à matre appellauit Titanas, fuerunt'q; omnes filij Cœli numero quadragintaquinque. Quòd si in hac arbore Berosiana supputes filios tres primores ante diluuium, & XVII. Titanas, & residuos XIII. Et item XI. successores posteritatis Thuy-

sconis

Germanorum excellentia. *sconis, erunt omnes numero quadraginta quatuor. Sed notāda sunt duo, quòd Noa sibi in filios adoptauit Thuysconis posteritatem, & ideo in eius arbore ponuntur & non aliorum nepotes, in quo praecellunt Germani & Sarmatae, qui dicūtur nūc Thuysci à Latinis & Gallis. Sarmatae autē populi sunt Poloni, Gothi, Russi, Prussiani & Daci, atque huiusmodi. Haec secundum descriptionem Berosianam. De pluralitate vero vxorum Noae siue Caeli, decipitur Diodorus pluralitate synonyma. Nam eadem Vxor Iani fuit dicta Titea, Terra, & Vesta magna. Cum Beroso concordat de Thuyscone terra genito Cornelius Tacitus de situ & moribus Germanorū. Nunc sequitur arbor Sami.*

Vxor Noae Titea, Terra Vesta.

Secunda arbor genealogiarum Sami.

Samus qui ponitur primus filius Noae, à quo geniti hi quinque	Arameus	Arpaxeus	Lugdus	Assyrius Helameus.

Posteritas Aramei.

Arameus filius Sami genuit hos quinque duces.	Getul	Alan	Vl siue Vol	Mesa	Auson.

Posteritas Arpaxei.

Saus à quo	Epirus à quo	Obulas à quo	Thyobum

Arpaxeus filius primogenitus Sami genuit Salē	Sala à quo	Heber à quo	Ictā siue Ister à quo	Dalmadā à quo		
Albanaes	Obalus à quo	Diclas à quo	Azalus à quo	Adulas à quo	Iader à quo	Saladeus à quo Sermates à quo

Posteritas Mesae filii Aramei.

Mesa filius Aramei genuit quinque hos duces.	Getum	Dacū	Bannonem	Brigū	Thynū

Samus qui & Sem. *Haec supradicta secunda arbor est genealogia Sami filij Noae siue Iani. Hunc Samum Moyses & Hebraei vocant*

cant Sem. Moyses autem in.x.capitulo Genesis, huius arboris non omnes duces nominat, sed solum eos quibus fuit diuersa lingua, quia Moyses non distinguit gentes nisi quatuor & septuaginta, quia non fuit distincta lingua nisi per septuagintaquatuor discretos sermones, licet in eadem lingua atq; sermone essent distincti modi loquendi intelligibiles tamen sub eadem lingua. Quare tot duces describit Moyses quot linguæ fuerunt. Chaldæi verò tot duces quot regnorum & gentium conditores. Falso igitur de more suo delyrantes nullo certo authore dicunt fuisse septuaginta linguas, ac propterea frater de Lyra falsissime atque erronee exponit illud Deuteronomij XXXII. *quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël. Dicit enim. Quando diuidebat altissimus gentes in confusione linguarum constituit terminos populorum.* LXX. *linguarum iuxta numerum filiorum Israël, qui fuerunt.* LXX. *quia dicitur Genesis.* XLVI. *Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt Ægyptum fuerunt septuaginta. Et non vidit de Lyra, sed ignorauit linguas fuisse.* LXXIIII. *Nam vt patet Genesis decimo capitulo, quatuor fuere primi duces, scilicet, Noa, Sem, Cam, & Iaphet. Et ex Iaphet fuerunt duces linguarum.* XIIII. *Ex Cam.* XXXI. *Et ex Sem viginti quinque. Quòd si volumus strictius & exactissime videre, tempore diuisionis linguarum non fuerunt nisi sexaginta solum duces, quòd sic patet. Phalegh natus est tempore diuisionis linguarum, vt patet Genesis decimo & vndecimo capitulo. Ergo ipse & qui post eum natus est frater eius Iectan, & duodecim posteri Iectan nõdum loquentes vel nondum nati, non fuerunt linguã confusi. Et ita amotis quatuordecim ducibus à septuaginta quatuor, remanent solum sexaginta. Quocunque igitur se vertat de Lyra inueniet falso se exponere, non solum ipse sed & omnis glosa ei similis, quòd in diuisione linguarum numerus eiusdem speciei septuagenariæ fuerit par filiorum Israël, & terminorum siue regnorum Gentium. Fuit par numerus Iacob quadriuxorij, & duodecim filiorum ac tribuum Israël, vti probauimus in com*

Linguarũ et gentium distinctio.

In Lyram.

commentariis nostris super Deuteronomium, & super Xenophontem de æquiuocis. Igitur siue Moyses ad capita linguarum genealogias referat, vt quidam existimāt, siue quòd verius existimo, prætermissis iunioribus coloniarum ducibus ad suam originem festinaret, quam prosequi præcipue instituebat, neque totidem quot Berosus enumerauit primarum coloniarum duces, neq; eadem prolatione protulit, sed Hebraica. Sic enim vocat. Filij Sem fuerūt Elam, Assur, Arphaxat, Lud, & Aram, At vero Arphaxat genuit Sale, de quo ortus est Heber. Nati autem sunt Heber filij duo. Nomen vni Phalech, eo quòd in diebus eius diuisa sit terra, & nomē fratris eius Iectā. Hic Iectan genuit Almodat, Assarmauet, Salep, Iadar, Aduram, Azal, Dicla, Obal, Abimael, Soba, Epir, Obula, & Iobab. filij autē Arā, Hus, Vl, Gether, & Mes. Et hæc nomina corruptissime in Latinis codicibus habentur. Nec mirū de Hæbræis dictionibus, quū Latina vocabula impressores in immēsum corruperint, vt aliquātulū ostēdimus quæstione Annia. XII. Et nota hunc Assyrium filium Sami ducem fuisse coloniarum post Cam in Ægypto, & à suo nomine vrbem ædificasse, de qua Esaias propheta capitulo. 52. In Ægyptum (inquit) descendit populus meus à principio vt colonus esset ibi, & Assur absq; causa calumniatus est eum. Porrò fuit alter Assur filius Beli, & nepos Nymbroti, qui egressus de Babylonia ædificauit tetrapolim Niniuen ciuitatem magnā, vt Moses scribit Gen. 10. cap. Vocauit autem eam Niniuen, id est Iouinam à suo cognomine. Teste enim Xenophonte libro de æquiuocis. Nomen proprium viro fuit Assyrius filius Beli, quem Assyrium sui cognominauerūt Ninum, id est Iouem, quoniam Assyrius qui fuit Babylonius Hercules, idem fuit Assyriis Iuppiter. Hæc de secunda arbore, quæ est Genealogia Samiticorum ducum. Nunc de tertia est dicendum, quæ est de prisco Iapeto filio Noæ.

Assur.

Tertia

Tertia arbor posteritatis Iapeti.

A

Iapetus qui & Iopetus & Cephus Atalus primus genuit duces octo qui sunt:	2 Medus	Andromada 3 Magogus	4 Samothes Dis	5 Tubal & Moscus Iubal	7 Tyras	8 Ion.

Ab hoc Iopen & Iaph & primogenitus Comerus Gallus.

B

1 Comerus primogenitus genuit tres hos duces,	Ascaniũ	Rypheũ	Tagũ or ma	Kytin Italus Attalus	Dodoneus Tarsum Helisam

Posteritas Itali.

C

Italus cui nomen Kytin cognomen Attalus, siue Athlas genuit	Hyam	Morgetẽ	Siculũ	Romam

Posteritas Itali.

Ex Pleiade in Italia. 7. Pleiades, Maiã, Celeno Ameroen &c.	Galathea pellex Hercolis	Galathes genuit

D

Posteritas Samothis.

Samothes cognoie Dis cuius filius	Magus cuiꝰ fil.	Sarron cuiꝰ fil.	Namnes cuiꝰ fil.	Dryiudes cuiꝰ fil.
	Bardus cu. fil.	Longo cuiꝰ fil.	Bardus iunior cuius fil.	Celtes

A *In hac tertia genealogiæ Iapeticarum gentiū arbore, Moyses non totidem ponit quot Berosus, sed hos tantū, dicens: Filij Iaphet fuerunt Gomer, Magog, Madai, Iauan, Tubal, Mosoch, Thyras. Filij Gomeri: Ascanez, Ryphat, Tagorma. Filij vero Iauan: Helisa, Tarsis, Dodonim & Kytin. De nominibus vero Gomerus mutata g in c fit Comerus Hæc mutatio teste Varrone in primo*
Magog. *de lingua Latina sæpe fit, vt Gerum & cerum. Magog primus Cælosyriam coluit; vbi à suo nomine vrbem vocauit Magogibi. i. patria Magog, de qua Plinius in 5. naturalis historiæ cap. 24. Cæle, inquit, Syria habet Bambycem, quæ alio nomine Hierapolis dicitur, sed à Syris Magogibi prodigiosa. Ad hanc vrbem loquitur Ezechiel propheta capite trigesimooctauo & trigesimonono: Ecce, inquit, ego ad te Gog & Magog principē capitis Mosoch & Tubal. Quæ vero loca & gentes condiderint reliqui duces, locis suis dicemus.*

B

C Nunc vltima arbor constituenda est, quam Berosus figurauit per has posteritates.

Quarta arbor, continens posteritates Cam siue Camesis.

Chem Ægyptij Cā Hebræi vocant cognomine Camesem à quo geniti 5. duces	Cur	Osiris	Cana cognoīe Phœnix	Phaeton q & Pheriton	Ochus

D

Posteritas Curetum.

Cur pater Curetū genuit quinque duces, qui sunt	Arabs	Saubecres	Saba thurifer	Sabatius Saga Nimbrotus pater Beli prisci.

Posteri-

Posteritas Sabæ thuriferi. A

Saba thurifer posteros sex dedit, qui sunt	Gogus pater Gãgis & Indi	Triton à quo	Ammon à quo	Dyonisius Lybicus, & Hisarba à quo
		Deabus cognoĩe Geta à quo		Lomnimi q & Geriones.

Posteritas Sabatii Sagæ.

Sabatius Saga genuit hos Curetes, qui sunt	Sab⁹ pater Sabelli	Curitus	Curitis pater Anitini	Anitinus à quo B
			Aruntius à quo	Pherentius

Posteritas Pheritonis siue Phutonis. siue Phaëtontis.

Pheriton siue Phaeton Moyses Phut à quo genitus	Lygur à quo	Cydnus à quo	Eridanus à quo	Ventus à quo
			Venetus à quo	Tyla C

Posteritas Canæ siue Phœnicis.

Cana cognoĩe Phœnix à quo	Sidon	Archadius	Emathius	Sinius

Moyses plures enumerat, quia illi impleuerunt Phœniciæ portionem quam occupaturi erant Hebræi, quam ipsi vocant terram Canaam.

D

Posteritas Osiridis, quem Moyses vocat Mizraim.

Osiris quem Ægyptij Osiri vocant, genuit hos	Lydum priscum Anameonem siue Meonem, Casleum, à quo Syri & Capadoces, Petreium, à quo Palæstini, Lybium cognomine Hercolem, Neptunum patrem Lestrigonis, Oium.

A

Posteritas Lybii Ægyptii Hercolis.

Hercoles cui nomen Lybius genuit. 57. duces

Scytha iunior ex Araxa, Tuſſus ex Araxa, Agatyrſus ex Araxa, Peucinus ex Araxa, Gython ex Araxa, Galathen ex Galathea, Atho ex Omphale, Quinquaginta Toſpiades ex Armena.

Poſteritas Tuſci.

Tuſſus ſiue Tuſcus ab Atho genitus Alteus, à quo genitus Blaſcon, à quo geniti

B Armonia — Iaſius — Coriban

Cambo à quo Blaſcon à quo geniti

Dardanus — Erichthonius — Tros — Ilus — Laumedon — Priamus

Curis g & Sypus Abotinus

Tile Ipi ti Cybeles.

Poſteritas Athus.

C Atho ex progna tis Hercolis & Omphales — Mānus — Aſtā — Pipinus priſcus — Tarcō priſcus — Trasimenus — Turrhenus — Atho iunior — Lydus

Legendum eſt capitulum decimum Geneſeos, in quo complures omittit Moyſes ob aſsignatas ſuperius cauſas. Porrò vbi Arabs dicitur in Beroſo, in Hebræo eſt Saba. Alio quoq; modo profert Moyſes ſupradicta nomina, vt Ludim, Anamim, Luabin, pro Lydum Ameon Ly-

D *biū. Similiter vt ait Ioſe. in. 1. de antiquit. Iudaica Iauan pro Ion dicunt. Percurramus igitur nomina obſcuriora*

Tuyſcon. *omniū arborū. Tuyſcon. Tacitus de ſitu & moribus Germanorū ſic ait: Celebrant Germani carminibus antiquis, quòd vnum apud illos memoriæ & annalium genus eſt, Deum Tuyſconem terra æditū, & filiū Mannū origine*

Mannus. *gentis conditoremq; fuiſſe. Manno tris filios aſsignant, è quorū nominibus proximi Oceano Ingbaeuones, medij*

Hermio-

Hermiones, cæteri Isteuones vocãtur. Quidã vero licentia vetustatis, pluris de eo ortos, plurisq; genitos, Marsos, Gãbriuios, Sueuos, Vandalos affirmant, eaq; vera & antiqua nomina. Fuisse apud se Herculem quoq; memorãt, primumq; virorum fortiũ omniũ ituri in prælia canunt. Hæc Tacitus. ARAXA prisca fuit filia Iani siue Noæ, mater prisci Scythæ, à qua Araxis fluuius in Armenia, quæ prisca Scythia dicta est, & Aramea Saga vt superius diximus. Hæc Araxa comi homine & ardenti simul libidine mixta, fingitur semiuipera. De qua Diodorus in tertio libro. Dicunt (inquit) Scythæ per modum fabulæ natam apud se virginem ex terra scilicet Vesta, vmbilico tenus hominis forma, reliqua viperæ, eamq; genuisse puerum, cuius nomen fuit Scytha, à quo dicti sunt Scythæ, id est, primus & ante alios, quòd antecedentes præcesserit claritate. Sed hæc expositio Diodori non est illa præcipua, quia Scytha, id est, rimus & ante alios dictus est, quia apud Araxim fluuium mater Araxa illũ genuit, vbi post diluuium prima gens & ante omnes nata consedit parua numero, vt ipse Diodorus cũ Berosso et Archilocho & alijs consentit ibidẽ ex historia Scythica, & subdit Diodor. Scythæ filij fuerunt Prutus et Napis, à quibus diuiso imperio, populis vterq; nomẽ dedit. Nota quòd in Scythia Europæ regnauit Prutus à quo Prutia magnũ regnũ, quod nunc cõuersa litera t in s dicũt Prusiam. Araxa iunior est in arbore Hercolis ægyptij, de qua Hero in IIII. libro. Hercoles (inquit) in Scythia substrata sibi leonis pelle obdormiuit. Deprehenderat enim eum vehemens pluuia & gelu. Et post quadã figmenta et mẽdacia Græcanica, reuersus ad veritatẽ subdit de libidine huius, vt primæ matris Araxæ imperiũ inquit tenebat virgo ancipitis naturæ serpentinæ ac humanæ, quæ cũ Hercole congressa genuit tres filios, Agathyrsum, Gelonũ, & Scythã iuniorẽ. Berosus verò plures alios ex Araxa enumerat in eiusdem Hercolis stipite. Titanes Terra siue Vesta genitos. XVII. Hi in Ægypto Titanim vrbem ædificauerũt, de qua Moses in lib. Num. XIII. cap. Hebrõ inquit. VII. annis ante Tanim vrbẽ Ægypti condita est. Vbi diuus Hieron. & Petrus Comestor, & oẽs expositores

Margin notes: A — Araxa prisca semiuipera. — Scytha. — B — C — Scythæ filij Prutus. — Araxa iunior. — D — Titanes Titanis.

A res dicũt de mere Hebræo ac gentiũ truncata prima syllaba dici Tanim pro Titanim, sicut colaum, lyppum, gygianum, Rytlaum, Rysirim, apud Tuscos dicunt, pro Nicolaum, Philippum, Ogygianum, Ry Atlaum, Ry Osirim, vt copiose ostendimus cõmentario VII. super Xenophontẽ de æquiuocis, vbi Phœnicam metropolim Arbanam cognomine Hebron fuisse conditã post diluuium primum, & septem annis ante Titanim vrbem Titanũ Ægypti ostendimus. Græcia mendax ausa est in historia fingere hos Titanes fuisse fratres Saturni Cretensis, cum Moyses
B Saturno Cretensi longe antiquior, & qui oriundus Ægypto, probè nouerat cõditionẽ vrbis, fuisse conditã Tanim asserit septennio post primam Phœnicam metropolim barbanam Hebrõ. In ea enim vrbe vetustissima Taneos siue Titaneos, Moyses signa corã Pharaone exegit dicente Psal. LXXVII. Posuit in Ægypto signa sua & prodigia sua in campo Taneos, pro Titaneos. Et infra: Percussit, inquit, primitias eorum in tabernaculis Cam. Nam teste Beroso simul & Dauid terra Ægypti fuit terra Cã. Vnde in psal. CIIII. Intrauit (inquit) Iacob in Ægyptũ, &
C Iacob accola fuit in terra Cã, quia (ut aiũt expositores) Cã fuit author et cõditor Ægyptiorũ, & vt ait Berosus, fuit eorũ Inuus Eser i Pan infamis. Hinc cognomẽto fuit Camesenuus i. Cam infamis Pan, cui (teste Diodor. in primo lib.) Ægyptij dicarũt totã vrbem ab eius nomine dictã Chẽ Myn. i. Cam et Panos vrbẽ, Ægyptij enim Chẽ, Hebræi Cã proferunt. Porrò municipiũ et colonias Hebræi Maon, Ægyptij Myn, Etrusci Mon dicebãt in singulari. Mont verò in plurali, vt mon Taliano vulgò, Latinè Colonia Italiana, & mon Terano, Mont Arune. i. colo
D nia Terani filij Neptuni & coloniæ Aruntes; vt Cato docet fragmento. XVI. vbi eos in Tuscia Aruntes veteres Camillarios dicit. Itaq; Cameses fuit filius Cæli prisci & Pan, atq; Saturnus primus Ægyptiorũ qui bellũ habuit cõtra fratres suos Titanas, & regnauit in Italia, Sicilia atq; Ægypti Lybia, vt clarissimè cũ Beroso cõsentit Diodorus in. I et. IIII. lib. Et ideo filij Cæli siue Iani siue Noæ, scilicet Cã siue Cameses, & Titanes, & Prometheus, & Oceanus, ac Tethys, simul post diluuiũ in Ægypto cõsederunt

derunt. Cam quidē in Chē Myn, Titanes verò in Tanim A
Prometheus aūt priscus in superioribus partibus Nili, cuius inundationē cōpescuit Ægyptius Hercolès ne se interimeret Prometheus, vt in 1. lib. Diod. asserit, vbi affirmat & Nilū dictū fuisse ante Oceanum. Vnde quia circa Nilū Oceanus & Tethys regnauerunt, idcirco & Nilo siue Oceano atq; Tethyde omnem nympharū & deorum prosapiam Hesio. in Theogonia finxit, ex qua Saus princeps ostiū Nili Sais tenuit, vbi orta est consobrina Osiridis Sais Xantho. Nam Xantho musa Ægyptia fuit, filia Sais.
Oceani ac Tethyos, vt asserit Hesiod. in Theogonia. Caterū Oceanus & Cā Saturnus Ægyptiorū fuerunt germani ex eodem patre Noa, vt patet in Genealogia eorum in B
prima arbore. Ergo consobrini fuerunt Sais Xantho & Xantho.
Osiris, quoniā filij fuerunt duorū fratrum, Sais Xantho Osiris.
quidē Oceani, Osiris verò Saturni Camesis, vt inscriptio Ægyptiæ columnæ indicat, quā Diod. in 1. lib. ita legi dicit: Mihi pater Saturnus inter Deos iunior. Sum verò Osiris rex, germen ex pulchro & generoso ortum, cui nō semē genus fuit. Quatuor enim primi dij fuerunt Noa, Sē, Cam, & Iaphet, vt in præcedētibus est expositū. Porrò C
Noa fuit nō semē. i. eunuchatus à filio, vt in sequente lib. videbitur. Cā verò Saturnus Ægyptiorū, fuit inter hos quatuor adolescentior, vt Moyses asserit Gen. IX. cap. Et ideo Osiris dicit: Fui filius Saturni inter Deos adolescentioris. Fui germen ortum ex ipso Saturno pulchro, cui Saturno genus & pater fuit, non semen. i. Cœlus castratus. OSIRIM Ægyptij & Aramei proferunt Osiri, id est, Osiris.
in granaria mittentē, quia docuit cū sorore Iside serere, et granū in futuros vsus seruare, quod suo loco dicemus.
Moyses verò vocat eū Mizraim, & ab eo Ægyptū Mizraim, id est, confirma facientem, vt Talmudistæ exponūt. D
Teste enim Diodoro Siculo in I. & II & VI. lib. Hic Osiris fuit Iuppiter iustus, qui vniuerso imperauit orbi sub actis omnibus impijs & facinorosis, quibus in toto orbe bellum indixit & intulit, singula regna liberando, & confines ac limites singulis pro communi pace ac salute statuendo. BRYGVS MESA ET THYNVS in Europa conse Brygus.
derūt, & ab his in Asiam minorē colonias missas cōstat,

A dicente Plinio in 5 natural. hist cap. xxxII. Sunt, inquit, authores, Mesos, Brygos, & Thynos ex Europa transisse in Asiam, à quibus sunt Mysij, Phrygij, Bithyni. Ergo quòd nunc corrupte Bragianū in Sabatia Etruriæ primū Brygianū dictū est, quod aspirata prima litera Phrygianū dici potest, postea Arcenū nunc Barcenum. PHAETON CYDNVS LYGVR ERIDANVS De Phaëtonte quòd abierit submersus in Eridanū mentiūtur Græci, sicut & de ipso fluuio. Positis enim coloniis reuersus est in Æthiopiam, vbi sepulchrū ac delubrū eius est. Quod profectò Plin. in

Phaeton. *Eridanus.*

B xxxvII. natural. hist. deridēs, quod inqt Æschinus in Iberia, hoc est, Hispania Eridanū esse dixit, eundemq; Rhodanum appellari, & rursus Apollonius & Euripides in Hadriatico littore confluere Padum & Rhodanum, veniam facit ignoratio succini. Phaëtontis enim fulmine icti sorores, fletu mutatas in arbores populos & lachrymas effundere iuxta Eridanum amnem quem Padum vocamus, & Electrum idcirco appellatum, quia sol electrus sit, plurimi poetæ Græci dixerunt, primiq; vt arbitror Æschilus, Thyloxenus, Nicander, Euripides & Sta-

Electrum.

C tius. Quod profectò esse falsum testimonio Italiæ patet. Et infra Theophrastus quidē in Lyguria succinū effodi ait, sed Phaëtontē obiuisse in Æthiopia Hāmonis asserit, & ibi delubrū eius esse atq; oraculū, & ibi Electrū gigni. SAVBECRES. Sabataca Moyses hunc ex Curetibus vocat, qui existimatur Curetes Hispaniæ condidisse cognomine Tarcesios, ad quos plures Titanes ab Ægypto fugatos, & iterato ibidem à diis bello lacessitos, de quibus Iustinus lib. vltimo. Saltus inquit Tarcesiorum

Tarcesij.

D in quibus Titanas bellum aduersus Deos gessisse proditur, incoluere Curetes. CVRETES DICTI A CVRE FRATRE OSIRIDIS. Nam & Sabatius Sangni Curetes fuit, vt patet in arbore Curis. Vnde & à Curetibus his & Lydis Tusci trahunt originem, vt Valer. max lib. 2. insinuat. ANITINVS, à quo Anitiensis regio Tusca, de qua Vitruuius lib. II. de architectura, & Plin. in XXXVI. natural. hist dicit, quòd in Tarquiniensi & Anitiensi agro circa lacū Volsiniēsem est lapidicina optima. ABOTYNVS, SYPVS, TYLE CIBELES. Ab his prædia Cibelaria, & Abo-

Curetes. *Anitinus.* *Abotynus.* *Sypus.*

& Abotynum deletum oppidū, & Sypalis regio & fons in Vetulonienſi agro & vrbe. LYBIVS HERCVLES GENVIT. L. TOSPIADES. De Hercule multa inconſyderate atq; falſa ſcribunt Græci, vt Herod. in. 2. lib. & Diodor. in. 2. & Euſeb. de præparatione euangelica ſcribunt. In primis quia Græco filio Alcmenæ nomen proprium fuit Alceus, & mater Alcmena, & pater Amphitryo, & cognomen Græcum Heraclius, id eſt Iunonis gloria. At qui monſtra perdomuit, illi fuit nomen proprium Ægyptiū Lybius, id eſt, flammiger, cognomen quoq; Ægyptium Hercol. id eſt, pellitus totus, quia Ægyptius Græcus, pellibus ferinis, teſte Diodoro in 2. lib. toto corpore tegebatur, nōdum inuentis armis. Nec ſcitur quæ illi mater vt idem Diodorus dicit, ſed ſcribitur quis illi pater fuerit, ſcilicet Oſiris, quia vt ibidem Diodorus dicit: Hercules erat Oſiridi genere proximus, id eſt in primo gradu & filius, vt tā Beroſus quàm Moyſes aſſerunt. Rurſus Ægyptius Hercules fuit Thebanus Ægyptius priſcis ortus temporibus, qui ſubacta maxima orbis parte columnam poſuit in Lybia, vt Diodorus dicit in fine quarti libri. Poſuit autem in triumphum deuicti orbis, ac propterea vt diuus Hieronymus dicit ſuper Geneſim: hic Lybius victor, victis Lybiis nomē dedit, & Lybios à ſe vocauit, quum antea Phutei, id eſt, Phaëtontei dicerentur. At vt author eſt in fine eiuſdem quarti Diodorus, Alceus nouit iis paulò ante res Troianas temporibus ſeruiuit Euriſtheo, & illi tribuerunt Græci geſta ſuperioris. Nam quòd ſubegiſſe Alceum Europæ patrem, et poſuiſſe Gades fingitur, apertum mendacium eſt, quia idem Ægyptius Geriones et Europam ſuperauit, inde reuerſus ad Gades ibi obiit, & templo donatus fuit ab Hiſpanis, vt ait Beroſus, quem Pomponius Mela ſecutus, in Gadibus inquit, opulentum eſt templum, in quo Herculis Ægyptij oſſa eſſe creduntur DEABVS COGNOMINE GERA ET LOMNIMI, Vt locis ſuis dicemus. Deabus à Mauris, idem per interpretationem à Græcis dicitur Chryſeus, & à Latinis aureus ob diuitias. Cognomen illi fuit Gera, id eſt aduena Nam ex Aphrica (vt ait Beroſus) aduenit, Hiſpaniamq; occupauit. Succeſſerunt huic tres filij, quos

E 5 Hercu-

A Hercules. Toſpiades.

Lybius Hercol.

B

C

D

Deabus Gera.

A Hercules Lybius deuicit, qui à cognomine paterno Geriones, et à præfectura militiæ Lomnimi dicebantur, id est Phylarchæ siue tribuum et gentium principes, vt interpretatur diuus Hieronymus libro de interpretationibus Vt enim aiunt periti Talmudistæ Lomnimi deriuantur
Lonia. à dictione Aramea Lonia, id est, phylarchia vel phylarcha. Vnde Etrusci Sagi Aramei, vt expositum in præcedentibus, vbi vrbs principatum tenet, cum Chaldæis Loniam addunt, vt Babylonia Vetulonia, Populonia, id est, Babel Phylarcha, Vetuletum Phylarcha, et puppiũ phy-
B larcha, vti ostendimus in Annia quæst 25. Nec te moueat quòd litera e in Babel vocabulo non seruetur, vt dicatur Babelonia, sed Babylonia, quia in cõpositione sæpe e mutatur in i. vbi nõ sequitur i. et etiã aufertur si e sequitur i, vt Veilumbros, Neilum, Veterbum, Babeloniam, proferimus Vilumbros, Vilum, Viterbum, Babyloniam. De Deabo autem et Gerionibus Lomnimis sic ait Diodor. in. v. li. Vulgata erat per orbem fama, Chryseum(hoc enim nomen à diuitiis traxerat) qui vniuersæ Iberiæ imperaret, tres habere propugnatores filios cum robore cor-
C poris, tum armis egregios, exercitum præterea cuilibet fortissimorum militum esse. Hos Hercules ad singulare certamen prouocãs sustulit. Non solum verò Græci quæ fuerunt ab Ægyptio gesta contra Geriones voluerunt furari, sed vt leuitas eorum fingere conatus est Alceo fuisse. 50. filios ex Athenienfibus Tespiadibus, quorum primogenitus Sardus cum cæteris fratribus missi fuerunt ad colendam Sardiniam cum Iolao duce ac nepote Herculis, vbi inuenerunt iam insulam habitatam à Tuscis, Vt Strabo in. v libro scribit. Et vt Græci securius menti-
D rentur, mutauerunt à Tospi literam o in e, et dixerunt Tespiades Nam aliter in furto deprehensi fuissent, quia
Tospis. vt Ptolemæus describit: Tospis regio, et Tospis lacus est in maiore Armenia sub monte Gordieo vbi Lybius ex quinquaginta puellis Arameis sustulit quinquaginta filios, à patria Tospiades dictos, ac si diceremus Viterbiades, et Vetuloniades. Quod profectò scelus et mendaciũ Græcanicum non passus Silius Italicus, asserit Sardos Lybici Herculis sanguine cretos, et non Alcei. Sic enim

in duodecimo libro asserit: Mox Lybici Sardus generoso A
sanguine fidens Hercolis. Quare in sequentibus non per e sed o Tospiades proferas et scribas vbi prosequitur dicens: Nec paruum decus, aduecto cum classe paterna Agmine Tospiadum, terris Iolaë dedisti. Quare non inerudite hunc locum quidam in commentariis super Silium exposuit, et plures Hercules cum Cicerone distinguens, de Hercule Ægyptio hunc locum à Silio decantatum asseruit. Hactenus de Genealogiis primorũ Heroum orbis. Nunc quid gestum sit à Noa siue Iano patre post diluuium ante auctum genus humanum et colonias missas B
per orbem, in tertio libro sequente Berosus exequitur.

BEROSI, DE ANTIQVITATE IANI PATRIS, QVEM NOAM nominat.

LIBER TERTIVS.

SVperiore libro Genealogias Berosus exposuit, nunc quid gestum sit à diluuio vsque ad colonias missas per orbem, enarrat. Et facit duo. Primò præmittit exordiolum. Secundò narrat. De primo C
sic scribit:

HAS igitur principum atque Heroũ origines atq; posteritates abbreuiamus ex nostris Chaldæis atque Scythicis libris, quoad satis sit. Nam & multos alios memoriæ mandant, quos quia vel nihil ad nostram intẽtam accurtationem aut parum afferunt, ob id dimitti- D
mus, resumpturi illos vbi opus fuerit.

Respondet tacitæ quæstioni, cur non omnes primos in Genealogiis posuerit, quos in scriptis redegerunt Scythæ et Chaldæi, antiquitatum seruatores. Quia, inquit, aut nihil aut parũ afferrent ad institutã abbreuiationẽ antiquitatũ. Sat erit si prætermissi adducãtur, vbi opus fuerit.

A *fuerit. Deinde narrat quo pacto & vbi creuerit humanũ genus. Secundo quid pater omnium hos duces docuerit. Tertio quid Titea ageret, & quo pacto alia cum ea Noa cognomina promeruerit. Quarto de cognominibus Cam.*

De primo itaq; sic narrat.

Quo pacto exinanitus orbis fuerit colonis & hominibus oppletus dicendum est. Exsiccata humo & torrefacta terra, Noa cum familia de monte Gordieo, vt par erat, descẽdit B *in subiacẽtem planitiem plenam cadauerum, quam vsque ad hanc ætatem appellant Myri Adam, id est, euisceratorum hominum, & inscripsit in lapide in monumentum rẽ gestam, & vocant incolæ locum, egressoriũ Noæ. Congressi verò coniugibus, perpetuo geminos edebant marem & fœminam, qui adulti & coniuges effecti & ipsi binos partu liberos semper edebant. Neq; enim vnquam Deus vel natura defuit necessitati, quæ ad vniuersi orbis spectat opulentiam. Eo pacto breui in immensum adaucto humano genere, omniq; Armenia completa, opus erat eos inde recedere, atque nouas sibi sedes conquirere.*

Si quæris vbi salúatum sit genus humanum, in primo D *libro demonstratum fuit, quòd in Armenia maiore mon*Myri Adã. *te Gordieo summitate iugi eius Ocilæ, in regione Myri Adam, in cuius planitiẽ descendit Noa, vbi dicitur egressorium Noæ à comprouincialibus, vt tam Berosus quàm Iosephus in primo de antiqui. Iudaica dicũt. Frater autem Matthias olim prouincialis Armeniæ ordinis nostri, quem existens prior Genuæ illum comi hospitio excepi, & à cuius socio magistro Georgio similiter Armeno, hanc*

hanc Berosi deflorationem dono habui, interrogatus quũ de multis, tum de egressorio Noæ respondit adhuc vocari Aramea lingua Sale Noa. Diuus autem Hieronymus libro de interpretationibus nominum, ait Sale interpretari egressus. Vnde et Antoninus in Itinerario, & Cato Myrsilus, locum in tractu Vmbriæ in Tuscia, vbi Galli Lanigenæ veteres genuerunt Vmbros vocant Sale vmbrona, vocabulo prisco, id est egressorium Vmbrorum, vti in commentariis super eosdem authores tetigimus; et in quinto huius libro adducemus. Locus autem proprius vbi consedit et vbrem metropolim tandem ædificauit, fuit iuxta fluuiũ Araxis, vt in primo libro exposuimus. Moyses autem scribit Noam egressum, mox sacra Deo, cum pro liberatione et expiatione, tum pro futuro vitando diluuio fecisse, et ibi mandatum de generis humani multiplicatione accepisse. Vacauerunt autem generationi vsq; ad Phalecchi natiuitatem, quando diuisa est terra, anno centesimoprimo, vt patet computanti Genesis xi. ca. Caussæ autem tam velocis multiplicationis plures assignantur. Primam Moyses exprimit dicens, quia Deus benedixit Noæ et filiis eius atq; vxoribus. Hæc benedictio est multiplicationis, qua etiam Christus duos pisces et quinq; panes benedicens multiplicauit in cibum quinque millium hominum. Secunda caussa est natura, quæ sicut non abundat superfluis, ita non deest in necessariis, vt ait Aristoteles in .2. de anima. Et has duas caussas tangit Berosus, Deum scilicet et naturam. Addit et tertiam, quia semper gemino partu maritum à natura oriebatur genus humanum. Quarta caussa erat, quia nemo interibat, et viuebant nongentis & sexcentis annis. Itaque breui sæculo, tota Armenia referta hominibus et iumentis, nouas perquirere sedes coëgit homines. His expositis, qua primores disciplina erudiuerit Noa, ita Berosus subdit dicens:

A Sale Noa.

B

C

D

Tunc senißimus omnium pater Noa, iam antea edoctos Theologiam & sacros ritus, cœpit etiam eos erudire humanam sapientiam.

Et ob id solum hæc duo regna Armenum qui dem, quia ibi cœpit: Italicum verò, quia ibi finiuit & docuit & regnauit, naturaliumq; atque diuinorum quæ eos erudiuit libros plenissime illis conscriptos reliquit, illum venerantur simulq; cognominant cælum, solem, chaos, semen mundi, patremq; deorum maiorum & minorum, animam mundi mouẽtem cælos, & mixta vegetabiliaq; & animalia & hominẽ, Deum pacis, iustitiæ, sanctimoniæ, expellentem noxia & custodientem bona. Et ob hoc illum vtraq; gentes signant in scriptis cursu solis & motu lunæ, & sceptro dominij quo malos & noxios expellebat à cœtu hominum, & castimonia corporis & sanctimonia animi, duabus clauibus religionis & felicitatis. Neque minus Tytheam quæ mater omnium erat, Aretiam, id est, terram vocabant & Estam, id est ignem post mortem cognominauerunt, quia ipsa regina sacrorum fuerat, & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorum inextinctum seruare. Cæterum Noa antequam discederet ab Armenia docuit illos simplicem agriculturam, magis curans religionem & mores quàm opulentiam & delitias, quæ ad illicita & libidines prouocãt, & cœlestium iram nuper induxerant. Primus tamẽ omnium inuenit vites A B C D

atq;

A *atq; plantauit, & vinum conficere docuit, cuius vim inexpertus & vaporem ebrius effectus minus pudice in terram cecidit. Erat illi, vt diximus, filius ex tribus primis adolescentior Chem, qui semper magicæ & veneficæ studens, Zoroast nomen consequutus erat. Is patrem Noam odio habebat, quia alios vltimo*
B *genitos ardentius amabat, se verò despici videbat. Potissime verò idē infensus erat patri ob vitia. Itaq; nactus oportunitatē cum Noa pater madidus iaceret, illius virilia comprehendens taciteq; submurmurans, carmine magico patri illusit, simul & illum sterilem perinde atq; castratum effecit, neq; deinceps Noa fæ-*
C *mellam aliquam fœcundare potuit. Ob beneficium inuentæ vitis & vini dignatus est cognomento Iano, quod Arameis sonat vitifer & vinifer. At verò Chem cum publice corrumperet mortale genus, asserens & re ipsa exequens congrediendum esse vt ante inundationem, cum matribus, sororibus, filiabus, masculis, brutis & quouis alio genere, ob hoc eiectus*
D *à Iano piissimo & castimonia atq; pudicitia refertissimo, sortitus est cognomentum Chem esenua, id est Chem infamis & impudicus, incubus, propagator. Est enim Esen apud Scythas Arameos infamis & impudicus. Enua*

verò

verò tum impudicus, tum propagator. Eum inter homines huius dogmatis sequuti fuerunt Ægyptij, qui sibi illum suum Saturnum inter deos adolescentiorem fecerunt, & ciuitatem illi posuerunt dictam Chem Myn, à qua ad hãc ætatem omnes ciues illius appellamus Chemmenitas. Verum posteri hoc vitiosum dogma neglexerunt, retento quod fuit primi moris, vt inter fratres & sorores coniugiũ iniri posset. A B

Hoc vltimo loco Berosus de tribus cognominibus rationes tradit: Noa, Cam & Tythea. De Noa dicit quòd fuit illi tributum cognomẽ Ianus à Iain, quod apud Arameos & Hebræos sonat vinũ, à quo Ianus, id est, vinifer & vinosus, quia primus vinum inuenit & inebriatus est, vt dicit Berosus, & supra insinuauit Propertius, & item Moyses Genesis Cap. IX. vbi etiam Iain vinum Iani nominat, vbi nos habemus: Cum Noa euigilasset à vino. Cato etiam in fragmentis originum, & Fabius Pictor in de origine vrbis Romæ dicunt Ianum dictum priscum Oenotrium, quia inuenit vinum & far ad religionem magis quàm ad vsum. Vnde & ipsi hæc in sacrificio prælibantur, vt etiam cum eis in primo de Fastis consentit Ouidius. Cui argumento est, quòd vsque ad Mezentium Larthem Thuscia vix nisi in sacris vsa est vino, quia primus omnium ex regibus Thuscis vinum induxit Mezentius, qui vt M. Varro author est, & Plinius refert in 14. lib. natural. histo. cap. 16. quum Etruriæ rex esset tulit auxiliũ Rutilis contra Latinos vini mercedę, quod tũ in Latino agro fuisset. Itaq; simplicẽ vini à Iano Oenotrio vinoso inuenti vsum, ad religionẽ magis q̃ ad potulentiã, vsque ad Mezentiũ Larthem fuisse apud Hetruscos, constat. Nam postmodũ in vineis excolendis præualuerunt Etrusci Vetulonienses, inter quos ætate Aphricani Scipionis eruditior cæteris fuit Egilaus Vetulonus ex vico Vetuloniæ Vetulo, de quo Plinius in supradicto libro ait, Ianus. C Oenotrius Ianus quòd vinum inuenit. D

A quòd magnā gloriā in vineis excolendis adepti sunt duo, alter libertinus Ancilius Steneleus in vineis agri Nomētani, alter aūt Egilaus Vetulonius qui etiā in cāpano agro & Veliterno ipsum Aphricani colebat exiliū. Itaq; Noa pater Iani cognomentum habuit à vino inuento. Porrò

Cælum. & Cælū castratū à filio Saturno dicitur, vt hic dicit Berosius, & Talmudistæ consentiunt, & vt ait Diodorus in primo libro. Osiris in columna sic inscripsit: Sum Osiris rex cui pater Saturnus fuit inter deos iunior cui Saturno generoso & pulchro, genus & pater fuit non semen,

B id est, castratum Cælum. Quod Græci cuculi falso transtulerunt ad Apteram Cretensiū Saturnū, quem fabulantur testes execuisse patri, qui tamen floruit fermè sexcentis annis post Ianum Cælum regem omniū sempiternū, vt in nostra emendata Chronographia probatur. Hæc de cognomentis Iani duobus, scilicet Ianus & Cælum nō semen siue castratum Cælum. Nunc de cognomentis Cam

Cam Camefes &c. dicendum est. Dictus est Cam Camefes, Zoroastes, Saturnus.

Inuus. Cam libidinosum & calidæ naturæ interpretantur Hebræi, Enuus vero propagator, & incubus dici-

C tur. Vnde Latini Enuum Inuum dicunt teste Seruio super VI. Æneid. ibi. Vrbsq; Fidenæ castrumq; Inui. Et in alijs libris similiter. Ait enim eundē esse Syluanum, Pana Inuū, ab ineundo, incubum dictum, eo quòd passim cum hominibus et brutis congrederetur. Verum Esen infamis

Zoroast. dicitur triplici infamia. Primo quòd Zoroast, id est, magus esset. Secundo quia patrem non semen reddidisset, quæ duo ad impietatem pertinent. Tertio, quia infamis promiscua libidine esset. Addit & quartum scelus Diodo-

D rus Siculus in 4. libro dicens, quòd primo Cælo regi omnium sempiterno fuerunt duo primores filij, Atlas qui in Mauritania perijt, & Saturnus qui regnauit in Lybia Sicilia & Italia, suprema impietate & auaritia præ-

Cam. ditus. Quare verò Cam Itali scriptores cognominant veteri lingua Cam Esem i. Cam infamem, qui per composi-

Camefes. tionem dicitur ab Etruscis & Latinis Camefes, ac propterea corruptor humani generis, vt ait Berosus, Ægyptij proferunt Camesenuum, id est, Cam Syluanum siue Pana suum infamē. Vnde Diodorus Siculus in primo lib.

dicit quòd Ægyptij Pani suo ædificauerunt totam vrbē, quam ab eo Chem Myn, id est, Panos vrbem dicunt. Est enim apud Ægyptios Myn, mansio siue tabernacula, & vrbs. Chem verò nomen proprium est Cam. Eadem Cam Myn Dauid in Psalmo LXXVII. & CIIII. *interpretatur terram Cā, & tabernacula Cā, quia vt exponūt Hebræi & catholici primus coluit Ægyptū, & ideo fuit eorum Inuus siue pan & propagator. Et quia Cœli filius, ideo Saturnus Ægyptiorum, licet Diodorus in primo genealogiā Osiridis dicat fuisse, quia illi pater Saturnus, Saturno verò pater fuit Sol vel Vulcanus. Sed hoc non obstat, quia ibidem dicit, quòd Saturno fuit pater, non semen, id est, Cælum castratum, & in* IIII. *quòd Saturno impio pater fuit Cælum, frater Atlas Maurus, quod & Berosus exprimit. Qui etiam Cælum Ianus dictus est sol, vt in præmissis ostendimus, & item Vulcanus, quia ignem primum cœlestem collegit, vti Diodorus insinuat, & cum eo holocausta obtulit, vt etiam Moyses consentit, & ipsum pro memoria & sacris habendis in perpetuū ac iugē Ianus & Tythea seruauit, & ob id prima & magna Cybeles, id est, regina sacrorum, & Vesta. i. cælestis emissus et acceptus ac seruatus ignis & flāma cognominata est, dicente Ouid in. 6. Fastorum, & Beroso cōsentiente his verbis: Nec tu aliud Vestā quàm purā intellige flammā. Nataq; de flāma corpora nulla vides. Iure igitur Virgo est quæ semina nulla remittit. Nec capit, & comites virginitatibus habet. Et notandū est, vt aiūt periti Talmudistæ; quòd apud Arameos Esta à quo Vesta, significat ignē et flammā à quo Græci æstomæ verbū habēt, qa prius fuit illis propago Barbara quàm Græca Græciā enim incoluerunt prius Barbari, & ob id multa illis Barbarorū vocabula manent, vt significat Strabo in Geographia Græciæ. Hanc æstā, id est, flammā & ignem iugem atq; perpetuum, quē Ianus & Tythea voluerunt à virginibus seruari, Deus iussit Moysi vt sacerdotes Hebræi nutrirent dicens: ignis in altari meo semper ardebit, quem sacerdotes enutrirent iugiter. Christianis eadem religio est, qui vti Noa opposita cristallo, vel phiala aquæ plena, radio solari ignē cœlestem ex parte opposita conceptū, vti sacrū*

Marginalia: A — *Myn.* — B — C — *Vesta.* — *Esta.* — D — *Ignis è radijs.*

A *in sabbato sancto excipiunt, & ex eo ignem accendunt, quem sacrant, & ex eo cæreos accendunt, & iugem pro toto anno lampadē ante corpus sanctissimū Christi nutriunt. Quod iam ferme L. annis in hoc templo sanctæ Mariæ ad Gradus, & conuentu meo Viterbensi, obseruatum vidi, & à maioribus traditum audiui. Hæc de cognomine Vesta. De Aretia verò, quia sicut terra cum cœlo cuncta gignit, ita Tythea cum cœlo Iano cunctos mortales ediderit, supra etiam exposuimus. Diodorus quoq; in IIII lib sic habet. Cælum ex vxoribus ferunt filios suscepisse quinq; & quadraginta. Horum decem & septem ex Tythea ortos, proprio nomine singulos, communi autem omnes à matre appellauit Tythanas. Tytheam vero prudentia præditam, cum plurimum mortalibus profuisset, ab eis post obitum deificatam terramq; fuisse cognominatam scribunt. Hæc Diodor. Ouidius verò in 6. de Fastis dicit Vestam terram dictam à proprietate qua terra stat vi propria mater omniū Sic enim dicit: Stat vi terra sua vi stando Vesta vocatur. Aramee autem terra, & similiter Hebraice dicitur Aretia, à cuius nomine Ianus condidit Thusciæ Aretium, vnam ex primis XII. vrbibus ab eo conditis, vt ostendimus in cōmentarijs super fragmēta Catonis. De Vrbe vero filiorum Tytheæ, id est, Tythanū in Ægypto, in commentarijs supra Xenophontem de æquiuocis & in præcedētibus huius operis diximus.*

Aretia. *Cæli filij.*

B

C

BEROSI, DE ANTIQVITATIBVS REGNORVM TOTIVS ORBIS,

Liber quartus.

D

DE cognominibus & eorum rationibus iam Berosus expediuit tertium librum, in hoc quarto de antiquitatibus regnorum in communi tractat. Et primo dicit de diuisione principali totius orbis, quibus tres primores filios Ianus præfecit, dicens:

Multi-

Multiplicatum est in immensum genus humanũ, & ad comparandas nouas sedes necessitas compellebat. Tnm Ianus pater adhortatus est homines principes ad quærendas nouas sedes & communem cœtum inter homines agendum, & ædificandas vrbes. Designauit itaq; illas tres partes orbis Asiam, Aphricam & Europam, vt ante diluuium viderat. Singulis autem his principibus singulas partes ad quas irent partitus, ipse per totum orbem colonias se traducturum pollicitus est. A B

Non capiebat igitur prisca Scythia viros adauctos, qui post diluuium pauci numero propter ignobilitatem consederunt iuxta fluuium Araxim, vt significat Diodorus in III lib. Et in IIII. scribit Cœlum regem omniũ sempiternum, homines pridem per agros dispersos ab inculta & ferina vita, ad cœtum communem & mitiorem vitam, & vrbes condendas reuocasse. Hoc autem egit vocatis ducibus & diuisa terra in Asiam, Aphricam, & Europam, vti ante inundationẽ viderat. Quare inundatio non multum immutauerat faciem orbis, quam recognouit. Facta est autem hæc prima diuisio in tres partes anno I. natiuitatis ducis Phalech, vt sanctus Moyses scribit Gen. x. & xI. cap. vbi supputat à Sẽ post diluuiũ vsq; ad Phalech annos c. Ergo centesimo anno post diluuiũ diuisit tribus filijs terrã. Et (vt aiunt Hebræi & Catholici authores) Sem præfecit Asiæ, Cam Ægypto & Aphricæ, cuius metropolis fuit Chem Myn, vt in præcedente libro exposuimus. Iapetum verò qui & Atlas Maurus dictus est, quòd obierit in Mauritania, vt Diodorus in IIII. insinuat præfecit Europæ, ipse toti orbi præfuit, dicente eodem Iano apud Ouidium: Me penes est vnum vasti custodia mundi. Author est Aristoteles, vsus Homeri C

Diuisio terræ quando facta. D

Iapetus. Atlas. Maurus.

A meri testimonio in primo Politicorum principio gentes & Deos ab vno rege captos, regi, & in familijs senissimum quemq; regem fuisse. Ergo docuit principes coloniarum senissimus cosmographiam, quem viderat ante diluuium, vt sciret quisq; in quem locum suas colonias ducturus esset. Eo tempore vt Phylo Hebræus de multiplicato humano genere tradit, ipse cum tribus filijs & multis colonijs in Pontum venit, & ratibus circumlustrauit omne mare mediterraneum, ostendens primo Sem littus omne Asiaticum à Tanai per Bosphorum vsq; ad Nilum Ægy
B pti, & Camesi à Nilo littus Aphricæ vsq; in angustias Oceani & Gadium. Iapeto autem omne littus Europæ à Gadibus vsq; Tanaim. Et singulis prouinciis circa littus dimisit primas colonias. Et decennio postquam à Tanai discesserat in eundem locum rediit, lustrato mari, & primis coloniis positis, & reuersus in Scythiã, ordinabat alias colonias. Quæ dicit Phylo conueniunt ei, quod ait Cornelius Tacitus de situ et moribus Germanorum, dicens priscos cum nouas sedes quærerent, non terrestri itinere, sed mari ratibus aduectos fuisse. Consentit et dẽ aduentu
C primo Iani aduecti rate in Vaticanum quod scribit Cato in secundo fragmento, dicens post opinionem de origine gentium: Siue, inquit, mundum existimes sempiternum, vt Chaldæi, siue initium ex tempore sortitum, vt Phœnices, siue ante Ninum annis circiter ducentis quinquaginta quibus durauit aureum sæculum, inundatas fuisse terras, semper Scythis tribuitur principatus originis. Ex his aiunt venisse Ianum cum Dyrim et Gallus progenitoribus Vmbrorum, et rate cum coloniis per Tyberim ve-
D ctum, tenuisse ad læuum latus Etruriam, primasq; in Vaticanum et Ianiculum exposuisse colonias. Hæc à nobis copiose exposita fuerunt super fragmenta eiusdem Catonis. Ex his patet primas colonias Italiæ in Hetruria positas, in primo aduẽtu Iani post diluuium, anno fermè cẽtesimo octauo et aureo sæculo, vt omnes canunt. Quod et nos in chronographia Hetrusca signauimus. His expositis Berosus de prima antiquitate suæ patriæ incipit explanare sic dicens:

Coloniæ primæ Italiæ.

Itaq;

Itaq; Nymbrotum creauit Babyloniæ Sa A
turnum primum, vt ibi primum ædificaret cũ
colonijs suis. Quare Nymbrotus assumpto fi-
lio Ioue Belo cum colonijs furatus est ritua-
les Iouis sagi, & cum populo venit in campum
Sennaar, vbi designauit vrbem & fundauit
maximam turrim, anno salutis ab aquis cente
simo trigesimoprimo, regnauitq; annis. 56. & de B
duxit turrim ad altitudinem & magnitudinẽ
montium, in signum atque monumentũ, quòd
primus in orbe terrarum est populus Babylo
nicus, & regnum regnorum dici debet. Ergo ab
eo exordiemur, & per ipsum mensurabimus
omnia regna & eorum reges ac tempora, abbre-
uiando illa in hunc modum. C

Quærunt plures an ante Babyloniam fuerint aliæ vr
bes, et quidem ante diluuium fuerunt Enos, vt in princi-
pio dixit Berosus, et item Ioppe de qua Plinius in v. natu
ralis historiæ et Solinus in collectaneis aiunt quòd Ioppe
est antiquissima in toto orbe, vt quæ ante diluuium fuit
condita. Post diluuium verò anno centesimo per totum
sequens decenniũ conditæ sunt primæ coloniæ singula-
rum prouinciarum littorearum vt diximus. Babylonia
verò cum post diluuium designata fuerit anno. 131. vt di D
cit, patet quòd nõ fuit prima quoad tẽpus, sed dignitate
ædificij et libidinis dominandi, vt omnes notant. De ea
narrant omnes historici non solum Moyses et Hebræi,
sed etiam Gentiles, de quo Iosephus in primo de antiqui-
tate Iudaica, de turri (inquit) Babyloniæ et diuersis vo-
cibus hominum, etiam Sybilla meminit dicens: cum om-
nes homines vnius vocis existerent, quidam turrim ædi-
ficauerunt excelsam tanquam ascensiuam per eam ad cæ
lum. Dij verò ventos immittentes euerterunt turrem,

 et vo-

A Babel. & vocem propriam vnicuiq; partiti sunt, & propterea Babel cōtigit vocari ciuitatem. De campo verò Sennaar in religione Babylonis, meminit Hestius ita dicens: Qui verò de sacerdotibus fuerunt erepti, Iouis sacra sumentes, in Sēnaar Babylonis venerūt, diuisiq; post hæc diuersitate linguarum per generationes suas tenuerunt loca maritima simul & mediterranea. Hunc eundem locum Hestij producit Petrus Comestor in histor. scholasticis. Addit Berosus, se velle mensurare, id est, quo tempore cœperunt regna ab condita Babylonia, quia tempora B Monarchiæ Assyriorū certissima sunt & reges, quāuis mentiantur Babyloniā fuisse primā post diluuiū dicens:

Anno.131.à salute ab aquis prima omniū gentium & ciuitatum, fundata est à Saturno Babylonico nostro vrbs & gens nostra Babylonica, multiplicataq; est nimis numero posteritatis, magisq; studuit paci & religioni Saturnus deorū, quàm opulētijs. Et turrim quidem C *ædificauit, sed non cōpleuit, nec designatam vrbem fundauit, quia post quinquagintasex annos subito non comparuit translatus à dijs.*

Babyloniā Saturnus ædificauit. Dignitate non tempore prima fuit Babylonia. Saturnus eius studuit paci & religioni, quia tunc florebat prima aurea ætas, quæ cum primis hominibus sata est, vt significat Ouidius in primo Metamorphoseos, & Fabius D pictor, & Cato, in quorum commentarijs plura de aureo sæculo explanauimus. Admonitus quoque diuina plaga in confusione turris substitit magis quàm ab impietate destitit, cum animo esset sacrilegus & tyrannus. Vnde dicitur subito non comparuisse translatus à dijs, id est iustis principibus clam discerptus. Nam & simile dicitur de Ænea & Romulo & alijs clā discerptis quòd subito nō cōparuerint in deos relati. Prouincia Sennaar Chaldæa, est pars prouinciæ Babyloniæ, quam Græci & Latini vocāt Mesopotamiā, Hebræi verò Arā fluuiorū, qa

Sennaar Mesopotamia.

iacet

iacet mediq inter Tygrim & Euphratem. In ea regione natus est Abraam.292. post diluuium anno, vt supputat Moses Genesis. xi. cap. Ortus est autem in ciuitate Vr Coa, id est, Chaldæa. Quam enim Latini & Græci proferunt Vr Chaldæorum, eandem Aramei, Vr Coa dicunt; & Hebræi Vr Casdi. Vnde Ptolomæus in Geographia vocat eam Vr Coa, & Moses Vr Chaldæorum, dicens Genesis cap. xi. Thare genuit Abraam & Aram, qui mortuus est in terra natiuitatis suæ Vr Chaldæorum. Tulit autem Thare Abraam filium suum & Loth & Sarai & eduxit eos de Vr Chaldæorum. Qui ergo dicut Vr ibi accipi pro igne, & sine certo authore aut ratione dicunt Abraam fuisse proiectum in ignem, hi profecto somniãt, & eadem facilitate contemnitur, qua profertur hæc fabula. Igitur Berosus posito fundamento regni babyloniæ ac tempore, subinfert quas colonias in quas prouincias Ianus misit, dicens in communi:

A

Vr Coa.

B

Ab exordio huius, Ianus pater misit in Ægyptum cum coloniis Chemesenuum: in Lybiam verò & Cyrenem, Tritonem: & in totam reliquam Aphricam Iapetum priscum Atalaa. In Asiam orientalem misit Gangem cum aliquot ex filiis Comeri Galli. In Arabiam Felicem Sabum cognomine Thuriferũ. Arabum præfecit Arabiæ desertæ: & Petreiũ, Petreiæ. Canam posuit à Damasco vsq; in extima Palæstinæ. In Europa regem Sarmatiæ fecit Tuysconem à Tanai ad Rhenum, iunctiq; sunt illi omnes filij Istri & Mesæ cum fratribus suis ab Adula monte vsque in Mesem bericam Ponticam. Sub his tenuerunt Tyras, Arcadius, Emathius. Italiam tenuit Come-

C

D

 rus Gal

A rus Gallus. Samotes possedit Celtas, & Iubal occupauit Celtiberos.

Ab exordio conditæ Babyloniæ cœpit ex Scythia mittere colonias, scilicet nouas, per alios duces. Nam ante Babyloniam per omnia littora ipse reliquerat, vt supra diximus. Et Camesem misit in Ægyptum & Aphricam. Sed sedem regiam in Ægypto Cammin habuit vt supra exposuimus. Substituit autem ei pro Aphrica duos duces, Tritonem & Iapetum. Triton genuit Lybiam B & Cyrenem atque Numidiam, in qua vt Ptolemæus describit & historici testantur, est lacus & fluuius Triton ab eo dictus, & insula Tritonidis, vbi Dionysius Tritonis nepos fuit clam nutritus, & Palatua Minerua Tritonidis exposita, vt Diodorus in quarto memorat & alij consentiunt. Græci verò vt nulla pars esset in orbe, à qua non subriperent, falsò tamen aliorum gesta, etiam sibi Tritonida finxerunt & Dionysia. Lybia autē olim pars Ægypti Marmaricæ erat, licet Ptolemæus distinguat. Cui argumento est, quòd Isis siue Ceres Ægyptia frugifera legifera dicta fuit, vt Diodorus in. 1 scribit ex histo- C ria Ægyptia, & eam docuisse in Italia molere, ac panes conficere, cum ante a glande vescerentur, etiam Plinius asserit in 7. naturalis historiæ cap. vltimo. Et tamen Festus eam in campum Romæ Argeum aduexisse primum fruges ex Lybia dixit, quia est pars Ægypti. Similiter & Camesem siue Saturnum filium regis sempiterni omnium Cæli qui regnauit in Ægypto, eundem etiam regnasse in Italia, Sicilia, & Lybia scribit Diodorus in quarto libro. Sed difficile videtur quòd Berosus ait Iapetum Atlantem substitutum fuisse Camesi in Aphrica, cum ei D principatus totius Europæ obuenerit & maior natu q̄ Cameses fuerit. Sed dicendum est quòd substitutum hic appellauit Berosus extraordinarium ducem ad auxiliandum in coloniis. Quare Iapetus duxit colonias in Aphricam ex filiis primogeniti sui Comeri. Vnde ad hanc ætatem Hispani magnam partem ex populis Aphricæ vocant Comeros. Hæc de origine Aphricæ in communi. De Asia dicit, quod Ianus misit Gangem cum aliquot ex filiis

Palatua. Minerua. Ceres. Iapetus. Comeri. Ganges.

liis Comeri in Asiam orientalem. Ptolemæus quoq; Comeros populos & Comeras vrbis in Bactris & India notat cum aliis geographis. Ganges nomen suum reliquit fluuio maximo, de quo Iuuenalis in Satyra. Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus vsq; Auroram & Gangem. Circa hunc fluuium Gangas colonias retinuisse nomen vsq; ad magnum Alexandrum Curtius libro nono indicat. De hoc fluuio Seneca de situ Indiæ: Ganges, inquit, per Indiam fluit nouem alueis, sicut Nilus septem, dicente Vergilio in nono Æneidos: Ceu nouem surgens sedatis amnibus altus Per tacitum Ganges. De Arabia sciendũ est vt Ptolemæus in Geographia & alij dicunt, quòd tres sunt Arabiæ, Felix vnde thus venit, & ob id thurifera dicitur Inde deserta. Tertia Petreia vbi metropolis Petra, de qua Esaias: Emitte agnum domine dominatorem terræ de Petra deserti ad montem filiæ Sion. Omnem autem partem Phœniciæ à Damasco vsque Gazam extremam vrbem Palæstinorum, dedit Canæ filio Camesis. Vnde diuinæ literæ atq; Hebræi hanc Phœniciam à primo coloniarum duce vocant terram Canaam, à repromissione verò facta Arabiæ, terrã promissionis. In qua prouinciæ sunt Damascena, Galilæa, Samaria, Iudæa, Palæstina & Idumæa. Hactenus de prisca antiquitate Asiæ Nunc de antiquitate Europæ post conditã Babyloniam sequitur. Tuyscõ, inquit, dux fuit Sarmatum à Rheno ad Tanaim. Hi antea Scythæ reputati sunt, dicente Plinio in 4. naturalis historiæ. Scytharum nomen vsq; in Sarmatas & Germanos transiit. Nam Germania dicta est sub Romanis, teste Cornelio Tacito de situ & moribus Germanorum. Est autẽ Germania proprie à Rheno amne qui diuidit Gallos à Germanis, vsq; ad sequentem Vistulam fluuium qui interfluit Cracouiam metropolim Poloniæ, quem ipsi vocant Visclam. Germania tota in quinque genera diuiditur, vt ait Plinius in 4. naturalis historiæ cap. 15. Genera, inquit, Germanorũ sunt quinq;. Primum Vandali, quorum partes sunt Burgundiones, Varinnæ, Catinni, Guttones. Secundum genus Ingheuones, quorum pars sunt Cymbri, et Teutoni à Caucoum gẽte.

A B C D

Arabiæ tres.

Promissionis terra.

Tuyscon.

Proximi

A Proximi autem Rheno Isthæuones, quorũ pars sunt Cymbri mediterranei. Tertium genus hi sunt quibus prope sunt quarti generis Herminones, quorum pars sunt Sueui, Hermunduri, Catti, Cherusi. Quintũ genus sunt Peucini, Basternæ. Sed hæc diuisio Pliniana vera est de Germaniæ parte vicina gelido & glaciali oceano. Nam plures alias gentes continet, vt patet in Ptolemæo. Porrò à Vistula Cracouiæ vsque Boriscum fluuium & Ripheos montes, proprie Sarmatæ in Europa sunt. Riphei montes dicti à duce Ripheo filio Comeri, quem Moyses vocat Riphat. Sarmatæ verò à Sarmate filio Istri. Moyses verò vocat Iectan & Asarmauet, quos Berosus dicit Istrum & Sarmatem. Hos Græci vocant Sauromatas. Porrò qui trans Ripheos montes & amnem Boriscum extenduntur ad Tanaim, & paludem Mæotidem, & Tauricam Chersonessum, vt patet in octaua Europæ Ptolemæi tabula, his tantum remanet nomen Scythiæ in Europa, vti etiam significat Plinius libro. 4. naturalis historiæ, capite. 13. Scytharum, inquit, nomen vsquequaque transit in Sarmatas atque Germanos, nec aliis ista durauit prisca appellatio, quam qui sunt extremi harum gentiũ, & ignoti prope cæteris mortalibus degunt. Quod verò addit Berosus, quòd his iũcti sunt omnes filij Istri ac Mesæ ab Adula monte vsq; in Mesembriam Ponticam, etiã nomina locis extantia indicant, vt patet in Geographia Ptolemæi, tabula quinta & nona Europæ. Adula mõs dicitur ab Adula duce, filio Istri, quem Aduram Moyses vocat: & est mons supra Niceam, cuius terminus est inter Galliam & Germaniam, non procul lacu Constantiensi. In his viciniis sunt fontes Istri, qui teste Plinio in quarto naturalis historiæ, cap. 13. oritur in Germaniæ iugis Noriæ, ex aduerso oppidi Gallorum Scanri, qui & Danubius dicitur: & quum primum in Illyricum venit dicitur Ister, ac per innumeras lapsus gentes sex ostiis in pontum defluit. Est igitur binominis dicente etiam Ouidio in primo libro de Ponto: Ripæ vicina binominis Istri. Nomen Ister tenet à duce. Mons Adula immensa terrarum spatia in longitudine metitur, diuersisq; locis diuersa sortitur nomina. Trans montis ad superum septen-

Sarmatæ. Riphei. B C Adula. Ister. D

A
ptentrionem longitudinem in Ptolemæo adhuc inuenies Mœseos à Mœsa, qui Mœsiis duabus imperauit, superiori & inferiori: quas nunc vocant Valachias, alteram altam, alteram bassam. Quidam scribunt Mysiam, rectiusque Plinius in tertio naturalis historiæ, Mœsiam. Inferior Valachia siue Mœsia Pontica in Ptolemæo tenet Tyraspolim, à Tyras filio Iapeti: & Istropolim, ab Istro duce: & Tybiscam, à Tybo filio Istri. Inferior Mœsia continet Bosinenses & Valachos bassos, & Dedanos, à Dedano Curete: quam regionem Dedaniam posteri corruptè Dardaniã protulerunt. Sequuntur duæ Bannoniæ, quas vulgo Vngarias, Latinè Pannonias dicimus, mutata b in p. Phis ex filiis Istri & nepotibus scribit Ptolemæus nomina locorum. Saum fluuium, Salinum à Sala, Azalos populos, & à fratre eius Albine Albanum montem. Porrò cis longitudinem montis Adulæ vsque Mesembriam inuenies Meseos Lyburnos, à Mesa duce. Iader coloniã, ab Iader filio Istri. Cis montem Mesam inuenies Dalmatiã, à Dalmatad filio Istri: & Diciotæ, à Dicla filio Istri: Salona, à Sale filio Istri. Sequitur Emathia, ab Emathio filio Camesis. De qua Lucanus in principio: Bella, inquit, per Emathios plusquam ciuilia campos. Ea postea Macedonia dicta est à filio Osiridis, vt Diodorus author est in primo libro. Epirus à filio Istri dicitur. Inuenimus non solum Istrum nomẽ Chaldæum, sed & Mosaicum Ictim, promontorium ab Ictam qui & Ister. Deinde sequitur Thracia quasi Tyracia à Tyras filio Iapeti, vsque vrbem in fine montis, quam Græci Mesembriam, Berosius Mœsemberiam, Philo Mese Sepharan: Moyses verò Sepharan vocat Genesis decimo capite. De Comero in sequentibus dicetur, cum ducibus Tubal & Samote. Hoc tamen velim admonitum esse lectorem, quosdam dicere Mesos esse, quos Bulgaros vulgus nuncupat. Quod profectò esse falsum testimonio Danubij comprobatur. Ostia enim eius sunt in Mœsia, vt Ptolemæus & alij docent. Cæterum Valachi & non Bulgari tenent Ostia Danubij. Sunt igitur Mœsi quos Valachos dicimus, & non Bulgari. Sed de his hactenus, dicturi de his & aliis qui mutauerunt nomina si tempus quandoque dabitur. Nunc defi-

Valachia. Mœsia.

B Pannonia.

Dalmatia. Salona.

C Macedonia

Epirus.

Thracia.

D Mesi.

Valachi.

A *de fine quarti libri Berosi prosequendum est, de quo ita dicit, atq; concludit:*

Hi sunt qui egressi sunt post Nymbrotum, singuli cum familiis & coloniis suis, relinquentes nomina sua locis in signum expeditionis à Iano patre commissæ, & ad monumentum posteris vt scirent quis eorum fuerit cōditor. Hi iuxta mandatum Iani coloniis turri constru-
B *cta pro metropoli, ipsi in veiis & cauernis casas habebant. Solus noster Saturnus idcirco excessit mandatum, quia vrbem vrbium & regnum regnorum voluit esse Babyloniam. Rursus his temporibus Ianus cum omnes in colonias missi abiuissent, eos qui remanserant bipartitus est. Nam secum retinuit filios plu-*
C *rimos, quos post salutem ab aquis genuit, & item maximam gentium multitudinem quum secum in colonias conducturus erat. Scytha cum matre sua Araxa & aliquot coloniis qui Armeniam incolerent, rex primus relictus est constituto summo pontifice Sabbatio Saga ab Armenia vsque in Bactrianos: quæ longitu-*
D *do à nobis ad hanc ætatem vocatur Scythia Saga. Postremus omnium ipse Ianus ab Armenia per orbem colonias seminaturus, egressus est. Hæc nostri maiores multis libris tradiderunt. Nunc de temporibus eorum ac posteritatibus dicemus, iuxta id quod in nostra*

Chaldaica & primordiali Scythica historia fideli memoria conseruatum est. A

Post Nymbrotum dicit supradictos duces iuisse ad loca sibi assignata. Nam antea Ianus ipse loca exploraturus circum littora mediterranea colonias posuerat, vt supra exposuimus. Memoratu verò dignum est, quod subdit, singulos duces imposuisse nomina sua locis, quæ tenuerunt, scilicet montibus, fluminibus, & vrbibus. Vnde Hieronymus in commentario super Genesim, & Eusebius de vocabulis gentium: Iapetus, inquiunt, tenuit in Asia & Europa. In Asia quidem tenuit ab Amano Tauróque montibus Syriæ ac Ciliciæ vsque Tanaim. In Europa verò totum tenuit à Tanai ad Gadiram, relinquens locis ac gentibus vocabula, ex quibus quædam mutata sunt à posteris, alia permanent vt fuerunt. Hæc dicti authores. Tribus autem ex caussis imposuerunt nomina gentibus & locis. Primam & secundam ponit Berosus in litera. Et ideo argumentum à nominibus vetustis gentium & locorum, est validius quocunque authore, quia authores quandoq; fallũtur & fallunt, non autem nomẽ impositum. Et ideo Liuius in quinto ab vrbe condita, quanquam multos haberet authores asserentes Thuscos imperasse toti Italiæ, solo tamen nomine Turreno imposito toti circa Italiam mari, pro validiore authoribus argumento vsus est, dicens: Mari supero & infero, quibus Italia insulæ modo cingitur, terra mariq; Thusci quantum potuerint, nomina sunt argumento, quòd alterum Thuscum communi vocabulo gentis, alterum Atriaticum ab Atria Thuscorum colonia vocauére Italicæ gentes. Græci eadem Turrhenum Atriaticum vocant. Tertia ratio imponendi nomina est, ad fulgorem & memoriam eorum & præcedentium maiorum, vti Lactantius in vndecimo capitulo primi libri Institutionum, arguens contra Minutium Felicem. Potest, inquit, etiam sic argumentari: Saturnus, cum potentissimus esset rex, ad retinendam parentum suorum memoriam, vtriusque nomina cœlo & terræ indidit, cum hæc prius aliis vocabulis appellarentur:

B

Tres caussæ imponendorum noim.

C

D

Nominum imponendorum ratio tertia.

A qua etiam ratione montibus & fluminibus nomina sunt imposita, & mari: vt mare Icarium, Ægæum, Hellespontus: & in Italia, Auentinus & Tyberis. Ita Saturnus natus est ex homine, cui nomen fuit Vrano siue Celo. Quod esse verum Trimegistus author est, qui cum diceret admodum paucos extitisse in quibus fuisset perfecta doctrina, in his Celum, Saturnum & Mercurium nominauit. Hæc Lactantius. Nota hoc loci lector, hunc Trimegistum Ægyptium fuisse longe ante primum Saturnum, Græciæ antiquissimũ Apteram. Et ideo de Ægyptiorum etiam orbis priscus deis Celo, Saturno ac Mercurio dicit: Nam Mercurius perfecta prudentia extitit, vt Diodorus in primo libro docet. Saturnus verò pater Osiridis Cameses perfecta physica & Magica floruit, à quibus & Zoroast & Magus appellatus est, vti Berosus & Hebræi atque catholici tradunt. Celus vero omnium rex sempiternus Ianus docuit perfectam physicam Theologiam & ritus atque naturalem Magicam, vt Berosus tradit: adeò vt teste Macrobio in primo Saturnalium: Eum physici miris efferant argumentis diuinitatis & perpetuam promeruerit præfationem in omni sacrificio, & Mythici prædicent eo regnante religione ac sanctimonia omniũ domos fuisse munitas. Diodorus quoque in quarto libro cum Beroso consentit etiam Astronomiam, & alia plura Cælum regem docuisse. Rursus Ianus, inquit, mandatum dedit, quod præuaricatus fuit Nymbrotus, vt Turrim pro metropoli construerent. Dionysius Halicarnasseus in primo scribit moris fuisse antiquis, vt vrbes non magnas, sed paruas, & locis munitas conderent, non quidem lapidibus, sed vt ait Berosus, solum præter turres veiis & cauernis. Veias appellat currus & cauos truncos arborum & tuguria, vt de priscis aureo sæculo natis in Latio Aboriginibus Vergilius insinuat in octauo Æneidos, dicens: Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæq; tenebant, Gensq; virûm truncis & duro robore nata. Turris autem ab Hetruscis proferebatur Tursis, à quibus Tursena & Etursia, vt Myrsilus & Dionysius Halicarnasseus in primo libro dicunt. Est autem Tursena & Etursia vrbs turritis ædibus constructa

Trimegistus. Mercurius B Saturnus Celus homines. C Ianus. D

ſtructa. Eas poſteri mutata ſ, in r, protulerunt Turrenā, A *Eturiam: Romani Etrurriam, vt probauimus in Annia quæſtione. xvi. vſque in xx. & ſuper Myrſilum atq; Xenophontem de æquiuocis, vbi & omnem vrbem tetrapolim turritam fuiſſe probauimus. Ergo Ianus docuit humiles vrbes ad cœtum & communionem politicam, non ad pompam & dominationis libidinem. Vnde omnes vrbes quæ ante Romanorum imperium in Thuſcia antiquiſſimæ perſeuerant, hæ paruæ ſunt. Quas verò magnas cernimus, vt nouas ſcimus, aut poſt deſtructionē Gothorum adauctas legimus. Quòd verò Beroſus dicit* B *Ianum poſtremū omniū colonias per orbem traduxiſſe, hoc intelligitur de ſecunda profectione ab Armenia poſt conditam Babylonium, quia antea primus omnium exploraturus littora tranſportauit, vt in præcedentibus oſtenſum eſt.*

DEFLORATIO BEROSI CHALDAICA,

Liber quintus.

IN præcedenti libro, iam Beroſus expoſuit omnium regnorū & prouinciarum antiquitates & origines in communi, nunc in particulari eas diffinit, à Saturno primo Nymbroto rege Babyloniæ, vſq; ad decimum octauum regem Aſcatadem. Vnde totus hic liber diuiditur in decem & octo partes, quarum prima eſt, quæ antiquitates & origines fuerint ſub Nymbroto primo Saturno atq; rege Babyloniæ, dicens: C

VT ſupra diximus, anno à ſalute humani generis ab aquis centeſimo trigeſimoprimo, cœpit regnum Babylonicū, ſub noſtro Saturno, patre Iouis Beli: qui imperauit annis. 56. Anno huius decimo Comerus Gallus poſuit colonias ſuas in regno, quod poſt Italia dicta eſt. D

A *Et regionem suam à suo nomine cognominauit, docuitq; illos legem & iustitiã. Anno eius duodecimo Iubal cõdidit Celtiberos, & paulo pòst Samothes, qui & Dis Celtas colonias fundauit: neq; quisquã illa ætate isto sapientior fuit, ac propterea Samothes dictus est. Anno Nymbroti* XV. *Oceanus ad Ninũ Ægypti cõ*
B *sedit, & multos ex sorore Tethyde edidit liberos. Inde superuenit ille corruptor humani generis Chemesenuus, vbi Telchines magicã docens, maxima opinione celebratur. Anno decimooctauo eiusdẽ Babylonici regis, Gogus Sabeam Arabiam Felicem cum Sabo suo patre puer tenuit, & Triton Lybiam, & Iapetus*
C *priscus Atalaa Aphricã, Cur Æthiopiam, & Getulus Getuliã. Anno eiusdem.* XXV. *Thuyscon Sarmatas maximos populos fundauit, & Mesa cũ filijs Istri priscos Mesios posuit, vsq; ponticam Mesembriã ab Adula monte. Anno trigesimooctauo eiusdem regis Sagæ Armeni multiplicati possederunt omnẽ Caspiam*
D *regionem, Ab Armenia vsque in Bactrianos, & Ianus pater Ianeos colonos traduxit in Hircaniam, & Ianilos in Mesopotamia versus mare sub Babylonia. Anno quadragesimo eiusdem regis aliquot coloni ex filijs Comeri in Bactrianis sibi sedes quæsiuerunt. Et Ganges*

in

in India sedē sui nominis. Anno XLV. *eiusdē* A
regis aliqui ex filijs Mesæ ac Getuli iuncti simul primi Mesagetas in India propagauerūt. Eadē tēpestate Saturnus rex Babyloniæ misit principes coloniarū Assyriū, Medū, Moscū et Magogū: qui regna condiderunt Assyriū, Medū, & Magogum in Asia, Moscos verò & in Asia simul & Europa. Anameon quoque ado B
lescentulus Mæones à se dictos condidit, & regnauit centum quinquaginta annis.

Babyloniam tetrapolim posuit Nymbrotus, quorum partes teste Moyse Gene.x.cap. dictæ erant, Babel, Arat Acat, Calanne. Omnis enim ciuitas regia, & caput regni tetrapolis condebatur, vt in fine Xenophontis de æquiuocis probauimus. Babylonia verò fuit initium & caput sedesque regni Nymbroti, vt ibidem scribit Moyses. Comerus fuit primogenitus Iapeti post diluuium, Babylonia tetrapolis. C
vt tam Berosus quàm Moyses scribunt. Gallus epitheto paterno dictus est. Est autem Gallus nomen, vt de æquiuocis Xenophon docet, plurium originum. Nam vt Latinæ originis, significat maritum gallinæ: vt Græcæ, candidum: vt Celticæ, Francigenas à Galethe filio Herculis, teste Diodoro in VI. *libro. Vt Phrygiæ, castratum, vti Galli Cibeles, & Gallus fluuius, quia ad insaniam secandi testes inducit. Vt autem Arameæ & Hebrææ originis, significat inundatum. Ergo Comerus Gallus Inundatus epitheto paterno dicitur. Vnde Ianigenæ, qui Vm* Gallus. D
bros vetustissimos Italiæ genuerunt. Gallos veteres progenitores Vmbrorum vocat Cato in secundo fragmento originum. Et Solinus in collectaneis: Veterum, inquit, Gallorum prolem Vmbros esse, M. Antoninus asseuerat. Hos eosdem quia in clade aquosa imbribus superstites fuerunt, Græcè Vmbros dictos, scilicet epitheto paterno veterū Gallorū Ianigenorum. Comerus loca. s. vbi Ianus suus antè colonias posuerat, à se cognominauit Nam in

A *Vetulonienſi agro eſt Vallis Comera, & Ry Comerinas. In Phaliſcis eſt regio Comerſan, à qua oppidum Iſola Comerſana. Cluſium quoq; antea Comerſolum dicebatur, vt author eſt Liuius in x. ab vrbe condita. Docuit autem Thuſcos legẽ atq; iura, quæ ſcilicet ante viginti annos & amplius auus eius Ianus in ſcriptis illis mãdauerat, licet breuibus abſolutas. Hiſpanos condidit Iubal. Hic frater Comeri ex Iapeto patre, à Moyſe vocatur Tubal. Primum locum tenuit in Betica à ſe dictum Tubal, quẽ mutata ob ſimilitudinem literarum in prolatione T in D poſteri dixerunt Dubal, vt ſcribitur à Pomponio Mela de* B *vrbibus Beticæ. Hunc eundem Tubal quidam nominauerunt Taracon, à quo vrbs Taracona Cum eo veniſſe Sagas, argumento eſt vetuſtiſsimum Saguntum, amicitia populi Romani illuſtre. Celtas ſiue Gallos Francigenas condidit Samothes. Samothes fuit frater Comeri atque Tubalis ex Iapeto patre à quo primum Britones, inde Galli Samothei dicti fuerunt, & præcipue Philoſophi atque Theologi ſectatores eius. Vnde Diogenes Laërtius in principio de vita Philoſophorum. Philoſophiam, inqt, à Barbaris initia ſumpſiſſe complures authores aſſerunt.* C *Conſtat enim apud Perſas claruiſſe Magos, apud Babylonios & Aſſyrios floruiſſeChaldæos, apud Celtas & Gallos Dryudas & qui Samothei dicuntur, qui teſte Ariſtotele in Magico & Secione.* XXIII. *ſucceſsionum libro, diuini atque humani iuris fuere peritiſsimi, & ob id religioni deditiſsimi, ac propterea Samothei appellati ſunt. Verum iratus Diogenes Græculus ſubdit. Qui, inquit hæc Barbaris tribuunt, hi profecto recta factaq; neſciunt. A Græcis nempe non Philoſophiá modo, verumetiam hominum genus initio manauit. Nam Muſeo Athenæ, Lino verò Thebæ inclytæ ſunt. Horum primus inuenitur de deorum generatione & initio rerum tractaſſe, alterum de curſu dierum & ſyderum deq; animalibus, et* D *mundi generatione ſcripſiſſe affirmant. Ita Philoſophia initium à Græcis habuit. Hæc ridiculus & indoctus arguendi Græculus Diogens. Sic enim arguendum eſt Linus & Muſeus, & Orpheus ab Ægyptijs & in Ægypto didicerũt Orgia et Theologiã, & rerum ſcientiã. Et ea in*

Iubal.

Saguntum.

Samothes.

Britones.

Samothei.

In Diogenẽ Laërtium.

rudi ſi

rudißimã & absq; literis Græciã retulerunt, vt in 1. lib. A & alijs testatur Diodorus ex Ægyptia hist. Quare Philosophia à Barbaris initiũ sumpsit, non à Græcis. Præterea à septẽ sapientibus Philosophia Græciæ cœpta est, qui omnes ab Ægyptijs didicerunt, vti idẽ Diod. & alij asserunt. Quare à Barbaris non Græcis, initiũ habuit Philosophia. Rursus Orpheus & Linus & Museus, quos primos Græciæ philosophantes & theologizantes faciunt, fuerunt paulò ante Troiæ excidium, quia Orpheus cum Hercule & Argonautis nauigauit, & præceptores Herculis fuerunt socij Orphei Linus Thebanus, & Museus B Atheniensis, vt omnes Græci conscribunt. Porrò ab his ad antiquissimum regem Græciæ Phoroneum priscum, qui primo anno Nini regnauit, vt in principio & proœmio diximus, numerantur in Eusebio de temporibus, anni fermè octoginta supra septingentos, & ante eundem Phoroneum septingentis viginti annis inuenti sunt coctiles Laterculi inscripti astrorum obseruatione physica, vt Epigenes grauis author docet, & Plinius in septimo naturalis historiæ cap. vltimo refert. Ergo Phœnices atq; Assyriæ literæ artes & disciplinæ, ante priscos Græciæ C theologizantes fuerunt annis non minus quingentis supra mille. Rursus Strabo qui floruit Octauiani ætate scribit in Geographia Iberica, Hispanos circa Beticam eruditos ætate sua fuisse, et eos affirmare sex millibus annis ante se habuisse leges, & carmina, atque literas. Sũt aũt sex millia Iberorum anni, qui teste Xenophonte vtũtur quadrimestri anno, ex solaribus duo millia. Quòd si ab Octauiano retro supputes duo annorũ millia, peruenies ad initia Nini, à quo vsque ad Argonautas colliguntur D anni, non minus septingentis, tam secundũ Eusebium de temporibus, quàm alios Chronographos. Quare philosophia & literæ non minus septingentis annis fuere ante Hispanis quàm Græcis. Initiũ ergo philosophiæ à Barbaris non à Græcis fuerit. Quadrant aũt traditiones Hispanorum, & Berosi dicentis, quòd Tubal Samothes, & Thuyscon anno quarto Nini formant legibus sua regna. Et vt ait Strabo, circa Beticam doctiores Hispani ea tẽpora tradunt. Tubal autem vrbs à primo Hispaniæ

A duce dicta, est in Betica, vt notat Pomponius Mela, quã corruptè vocant Dubal. Quare, vt complures authores tradunt, verum est quòd philosophiæ initium & literarum simul, non à Græcis, sed antiquissimis Phœnicibus, Assyriis, Chaldæis, Ianigenis, Hispanis, & Samotheis atq; Germanis, & Ægyptijs emanauit. Ergo quoniam Galli vtebantur literis quibus & Græci, vt testatur Cæsar in. 6. libro commentariorũ, easq; à Samote patre Dite habuerunt, vt ibidem dicit, consequens necessario est, vt non à Cadmo, sed à Gallis tam Galathæ quàm

Galli Græcis tradiderunt literas.

B Mæones & Gallogræci & tota simul Græcia easdem habuerint. Argumento sunt quæ authores produnt Xenophon, Archilochus, & Iosephus. Nam Xenophon in libro de æquiuocis cũ plures Cadmos distinxisset, hæc subdit Quintus Cadmus fuit paulò ante ruinas Troiæ Armonia Samothraca inclytus, qui ob Armoniam à prisca vxore certamen passius, rediẽs à Phœnicia, retulit in Græciã primus sexdecim numero rudes literas, non Phœnicas, sed characteribus Galatharum & Mæonum persimiles. Et Archilochus in Epitheto temporum cum octo

C discreuisset Homeros, hæc intulit: Vltimum hunc Homerũ ætas nostra cernit, qui Olympiade. XXIII. et ab excidio Troiæ quingentesimo anno patria Mæon, Olympico certamine victor iudicio totius Græciæ eximius poëtarum est habitus, & ei soli ius tributum emendandi characteres & nomina, & linguam Græcam, quæ (vt ferunt) Cadmus Samothrax ferè Barbara & plena ruditatis attulit, nihilq; Phœnicum habebant, sed Galatharum & Mæonum figuras retinebant. Iosephus item, à publica fide sacerdotum, & bibliothecarum probat, non habuisse

D literas à Cadmo, quia nulla certa & publica fide, sed priuata posteraq; opinione id dicunt. Sic enim contra Appionem grammaticum arguit: Græci gloriantur se à Cadmo habuisse literas, cuius vestigium non possunt ostendere, aut in archiuis sacerdotum, vel publicis armamentarijs & bibliothecis. Hactenus de Tubal, Samote, & Tuyscone, de quo plura etiam in præcedentibus libris dicta sunt, sicut & de Oceano, Iapeto prisco, Comeris, Mesa, Istro, Gange. Porrò etiã de Tritone supra exposuimus.

Cætera

Cætera clara sunt, exceptis quibusdam obscurioribus. A
Primum est de Thelchinibus, qui etiam ab Ægypto in Telchines.
Rhodũ colonias miserunt, de quibus Diodorus in VI libro ex Rhodiana historia hæc scribit: Fertur Rhodios cũ Calfurnia Oceani filia Neptunum nutriuisse, ab Rhea illis datũ, primumq; inhabitatam fuisse insulam ab his quos vocant Telkines filios maris. Telkin Lydi dicunt Apollinẽ, & Alysiy Iunonem, & nymphas Telchinias. Et apud Camereos ibidẽ Iuno appellatur Telkinia. Et subdit: Volunt Telkines fuisse incantatores, & tanquam magos inducere nubes, imbremq;, & grandinem, ac mutare solitos proprias formas cum vellent, & artium inuidos extitisse. B *Rursus dubitatur de eo quòd ait, Assyrium fuisse missum à Saturno, qui Assyrium constituit imperium.* Assyrius. *Quis fuit iste Assyrius, & quando constituit imperiũ? Respondetur ex dictis Xenophontis in libro de æquiuocis, quòd Assyrius fuit proprium nomen filij Beli Iouis, cognomen verò lingua Assyria Ninus, id est Iuppiter, quia is qui fuit Babyloniis Hercules, idem & Iuppiter Assyrijs, vt ipse dicit, & nos in cõmentarijs super ipsum exposuimus. Et vt ait, auus eius & pater condiderunt* C *oppidulum in quod ipsum miserunt: Et cum bello domuisset Asiam, ipse Ninus, id est Iuppiter, & oppidum in vrbem regiam maximam vertit, & à cognomine Ninum vocauit, vt etiam Diodorus in tertio libro est author. Moyses item confirmat Assyrium egressum à Babylonia, ædificasse magnam Niniuen vrbem tetrapolim, cuius quatuor partes nominat, Niniuen siue Ninum, Resem, Forũ, Cale. Cætera plana sunt.*

Sequitur Berosus de secundo rege Babyloniæ Ioue Belo, filio Saturni Nymbroti, & quæ gesta et antiquitates sub eo contigerint, dicens: D

DE BELO IOVE.

SEcundus rex Babyloniæ Iuppiter Belus filius dicti Saturni, regnauit annis. 62. & fundamenta designata Babyloniæ oppidi magis q̃ vrbis erexit. Pace fruebatur vsque

A *circa finem imperij sui. Anno. 3. huius, Comerus more Scythico vnde venerat docuit suos Italos vrbem curribus componere. Et idcirco Veij appellati sunt vocabulo Sago, qui Veias plaustrum appellant, & vrbem ex his composi tam si parua sit Veitulam, si magna Vlurdũ, si metropolis Cy Ocholam ad hæc quoque tem-*
B *pora Scythæ plaustris & curru pro domibus vtuntur. Et sub solario quidem stabulum, supra verò habent officinas domus. Concludit & loca à se cognominata Tyras, postquam Tyrum fundauit, cum principibus coloniarũ littora maris tenuit, fundauitq́; Thraces Archadius Archadiam, Emathius Emathiam te*
C *nuit. Anno. 45. huius Beli Ianus pater posuit colonias in Arabia felice, & à suo nomine vnas vocauit Noam, & à cognomine Ianineas. Qui verò ex posteritate Comeri erant Galli ab Auito cognomine illos appellauit Gallos. Anno. 56. huius Beli Chemesenus venit in Italiam ad Comeros, & non comparente Co-*
D *mero, cœpit colonias regere atque corrumpere suis impietatibus & sceleribus. Ianus verò pater circa Arabiæ Felicis fluuium plures colonias relinquens, & à se Ianineas cognominans, in Aphricam ad Tritonem venit. Hac ætate Iuppiter Belus cœpit libidine dominãdi*

torqueri

torqueri. Et paulò ante Araxa cum filio Scytha, creato omnium gentium Sagarum rege Sabatio Saga, atque in Armenia relicto, ipsa occupauit omnem partem Occidentalem ab Armenia vsque in Sarmatiam Europæ. At verò Iuppiter Belus quum non possit alios subiugare nisi subacto & trucidato Sabatio Sagarum rege, clam molitus est illum perimere. B
Cumq́ Saturnus prospiceret se non posse euadere quòd innumeras insidias sibi parauerat Iuppiter Belus, clandestina fuga se tutabat, in Sagis Caspiis delitescendo. Cumq́ naturæ concederet, iussit filio Nino vt Sabatium Sagam funditus deleret, & omnes populos Babylonico regno subiiceret, quia omnium in orbe primum fuisset. Quo accepto Sabatius delitescebat in Bactrianis Sagis, quousque cerneret tempus idoneum vel ad regnũ vel ad fugam. C
Ita arma Iouis contra eum parata illum regno pepulerunt circa tempora Semiramidis. Eodem tempore Triton reliquit filium Hammonem regem Lybiæ, qui accepit coniugem Rheam sororem Camesenui Saturni Ægyptiorum, sed tamen ex Almanthea adolescentula clam Rhea Dionysium sustulit, & in Nysam vrbem Arabiæ educandum misit. D

Non dissentiunt qui dicunt vrbem Babyloniæ conditam à Semiramide, quoniam Nymbrotus territus con-

A *fusione linguarum designauit Babyloniam paruam tetrapolim, & Belus fundamenta erexit, & Semiramis amplissimam reddidit, quo pacto illam describit Diodorus in III lib. Comerus vero Veis cœpit vti more Scythico, in Tetrapoli à Iano condita, vbi habitabatur tuguriis & cryptis. Vnde & illam partem tunc Veitulam, nunc Veituletum dicimus, à quo Veitulonia, quæ posteri per Syneraicam diphthongon protulerunt Vetuletum & Vetuloniã. Et in hoc loco nõ superflue repetit quod ante dixit: Loca à se cognominauit, quia in agro Vetulono cogno-*
B *minauit vallem Comeram & alueum Ry Comerium, cum primum venit sub Nymbroto. Hoc verò anno Beli condidit Comersolum quod tunc Clusium & Comersanam nunc Phaliscam, vt in præmissis diximus. Quòd verò Tyras condidit Tyrum, nomen est argumento. Porrò Syri & Hebræi à principatu Phœniciæ ac maris vocant eum Zor. Or enim collem montemq; significat, Zi verò à consilio dignitatis deriuationem habet, vt Talmudistæ periti asserunt, & D. Hieronymus insinuat libro de in-*
Zor. *terpretationibus. Hinc Zor est consularis collis, Tyrus*
C *enim est insula parua in modum magni & ampli collis, vbi ciuitas est, quã continenti iunxit Magnus Alexander, vt Curtius refert, & Ouidius confirmat* XV. *Metamorphoseos dicens: Fluctibus ambitæ fuerant Antyssa Pharosque. Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est. De Iano verò præter id quod Plinius libro sexto naturalis historiæ à suo cognomine Ianibeos & Ianineos descripsit esse Arabiæ Felicis fluminis accolas, etiam & vrbem Gallam, & Gallim insulam à proprio nomine Iani Noa. Noam vrbem enumerat* XXXI. *capite. Quinetiam diuinæ literæ in patria Ogygia Phœnica Noæ, quæ*
D *postea ab Hebræis dicta est tribus Iuda, vrbes versus Edom quidem, alteram à nomine dictam Noam, alteram à cognomine Ianum in præfectura Gazæ, vt patet Iosue* XV. *capite. Et Ianiam portum Palæstinæ in eadem tribu notant Ptolemæus & libri Machabæorum. Ex quo intelligimus veracem esse Berosum qui Noam Ogygem eundemq; cognomine Ianum patrem toto orbe profectum posuisse colonias, & à se denominasse, ac proptea*

rea

rea mythice id significasse Ouidium, qui eum in primo de Fastis inducit dicentem: Me penes est vnum vasti custo dia mundi. Cameses item circa finem Beli venit in Italiam. Quare paulò post, scilicet circa principia Nini cœpit regere. Existimo eum litasse, vbi Rispanpanos Græco vocabulo dicitur. Nam quum pro inito reginiue antiquitus ad littora fluminum litarent, & illis nomina sua imponerent, vt Ry, Ianus. Ry Ciutus. Ry Comerius. Ry Osiris. Ry Atlaus. Equidem & Camesenuus Ryspanpano nomen per interpretationem dedit. Rys enim Græce fluentum est. At Panpanos Arameè Camesenuus est. Cui est argumento, quòd Cam siue Chem Græci Pan dicunt, vt patet ex Diodoro in primo libro, qui ChemMyn interpretatur Panos vrbem, & Ptolemæus Panopolim. Quinetiam alteram vrbem ipsi Camesi dicatam, tanquam vniuersali Ægyptiorum Pani, & Inuo, Panpanos appellant tam Ptolemæus quàm alij Geographi. Ergo eundem quem Ægyptij Camesenuum, Latini olim Camesem, Græci Panpanos dixerunt. Quare Ryspanpanos per inexpugnabile ab interpretatione argumentum, est riuus & fluentum Camesis. Quod verò subdit, circa finem imperij sui Iouem Babyloniæ Belo insidias parasse atque arma, contra Sabatium Sagam, id est regem Armeniorum, iam facit atque ostendit aureum seculum è proximo finiendum, quo teste Trogo & Iustino, mos erat regibus imperij fines tueri, non proferre, & cuique intra suam patriam regnum finiri, de quo super Fabium Pictorem ad longum loquuti sumus. Quæ verò de Hammonis adulterio & Almanthea & Dionysij Lybici ortu, hoc loco Berosus breuibus absoluit, Diodorus in quarto libro multa verbositate narrat. Vnde ibi quisque legat historiam. Hoc loci satis est notasse, quòd Cameses Saturnus Ægyptiorum, quem in eodem libro Diodorus cùm Beroso sentiens asserit regnasse in Italia Sicilia & Lybia, prius in Italiam venit, quàm ab eo pulsus à Iano in Sicilia regnaret, & à Sicilia sumpta militia Hammoni bellum in Lybia inferret, vt in sequentibus videbitur.

A — B — C — D (margin section letters)

Pan.

Saturnus Ægyptius.

A De Nino filio Beli.

TErtius rex Babyloniæ à nostris scribitur Ninus, Iouis Beli filius, & regnauit annis. LII. *Hic omnibus suis viribus sumptis armis patris sui Iouis Beli, omnibus bellum intulit, nulli parcēs, & Sabatium Sagam, quòd esset in omnium desiderio omni*
B *studio ad interitum quæritabat, quare etiam toto huius tēpore exul apud suos delituit. Hic omnium primus ex nostris regibus Babylonicum regnum propagauit, & omnium primus templū Belo patri, & matri Iunoni, & Rheæ auiæ, & statuas in medio oppidi Babyloniæ erexit. Anno huius Nini.* IIII. *Tuyscon gi-*
C *gas Sarmatas legibus format apud Rhenum. Idipsum agit Iubal Celtiberos, & Samotes apud Celtas. Econtra Camesenus Saturnus Ægyptiorum Comaros Italos nitebatur corrumpere, iuuantibus illum conuenis & aduenis quos ille pro Italiæ coloniis conduxerat, quos ipsi vocant Montanos Aborigines.*
D *At apud Lybiam lis orta est inter Rheam & Hammonem ob stuprum admissum cum Almanthia, quærebatq; Rhea vbi Dionysius esset vt eum perderet, & diu lis ista rixaq; perseuerauit. Anno Nini.* X. *Ianus pater ex Aphrica in Celtiberos Hispalos venit, vbi duas colonias*

lonias dimisit à se dictas Noëlas & Noëglas. A
His enim etiam antea cognominibus cognominauerat vxores Iapeti & Chemesenui. Nini anno. XIX. *Ianus pater veniens im Italiam quum comperisset Camesenuũ præter opinionem corrumpentem iuuentutem, tribus annis illũ æquo animo tulit. Deinde illi aliquot colonijs assignatis, eum Italia excedere iubet.* B
Ipse omnes colonias diuisit. Etenim omnes colonos Comaros corruptos & conuenas & aduenas, montana trans Ianiculum amnem colere iubet, illisq; filiam suam Cranam Helernam, id est, suffragio ab his electam & exaltatam reginam cum sceptro Albam dat: nanque duos filios suos nouissimos cum illorum posteritate Cranum & Cranam Ianus cum Comaro miserat, coaluerantq; in gentem atque posteritatem maximam, quam nostra ætate Ianigenam vocant, cognominant autem Razenuam, id est, sacram propagatricem incubaq; contra impietatem Camesenui. Itaq; suam posteritatem separatam ab originibus esse voluit cis Ianiculum amnem in planitie atq; maritimis. Cognominauit autem eam Razenuam, vt & Cranum Razenuum. Interea quũ Italia discessisset Camesenuus, ad illum Rhea venit, & illi nupta ambo contra Hammonem C D

cum

A *cum Titanibus pergunt, ibiq; bello commisso pellunt regno Hammonem & in Cretam cogunt. Cum in Lybia Camesenuus regnat, parit ex Rhea sorore Osirim, quẽ cognominauit Iouem. Vigesimosecundo anno Nini Ianus in Thuscia Ianiculum, quod ætate Camesenui condidit, sedem sibi perpetuam statuit vsq; Ar-*
B *num, vbi colonias positas vocauit Aryn Ianas, id est, à Iano exaltatas. Vetuloniæ iura dicebat & docebat atq; regebat anno Nini. 43 Sabatius quũ aduerteret nullo pacto sibi licere vti regnis, creato Armenis Sagis rege filio Barzane, in Sarmaticũ ponti litus concessit. Eadem tempestate Dionysius Hammonis filius*
C *armis sumptis Rheam & Camesenuum regno paterno pellens, & secum Osirim retinens, in filiumq; adoptans, eum à patre suo Hammonem Iouẽ cognominauit, vti à magistro Olympo Olympicum, eiq; totius Ægypti regnum tradidit. Eodem anno virgo Palladon apud Tritonidem lacum infantula exposita ab eodem Dionysio Ioue Lybico etiam cognominato,*
D *adoptata in filiam fuit, quæ omnem militiam prima Lybicos docuit. Eodem tempore Ianus pater Ianigenas Razenuos docuit physicam, astronomiam, diuinationes, ritus, & rituales scripsit, & omnia literis mandauit. Eisdem*

vero

A

vero nominibus & veneratione diuina sunt prosequuti, quibus in Armenia Saga erant vsi. Anno. XLIX. Nini, Celtiberos rexit Iberus filius Iubal, à quo Iberi nominati fuerũt. Nini LI. anno apud Celtas regnauit Samotis filius Magus, à quo illis oppida plurima posita sunt. Vltimo anno Barzanes in Armenia à Nino superatur.

B Ninus

Ninus iste fuit Babyloniis Hercules, et Assyriis Iuppiter. Vnde et Saturnus Saga fugatus armis Iouis dicitur. Nam et Belus Iuppiter Babylonicus ea parauit, et filius eius Ninus Iuppiter Assyrius eadem explicuit. Quòd verò Ninus idem sit et Iuppiter Assyrius, author est Xenophon libro de æquiuocis. Quum verò fermè sexcentis annis post Ninum et aureum sæculum fuerint Saturnus Cretensis Apteras, et filius eius incestuosus Iuppiter, constat Græciam mentiri de Saturno fugato ad Ianum sub aureo sæculo, vt copiose ostendimus super Fabium Pictorem. Sub hoc Nino. XII. fuisse gesta memorat Berosus. Primum quòd toto huius tempore Saturnus Caspius exul delituit, dicente Ouidio in Fastis: Thuscum rate venit in amnem primus pererrato falcifer orbe Deus. Et Virgilius: Primus ab æthereo venit Saturnus olympo, Arma Iouis fugiens, et regnis exul ademptis. Neque tamen mox inito regno intulit Ninus arma gentibus, quia non erant arma et militia aureo sæculo, sed ferme quadraginta annis composita pace ac fœdere cum rege Arabiæ proximo, assuefecit militiæ populum, vt Diodor in. 4. lib. insinuat. Et ideo rudes ad resistendum populos Asiæ, ad Lybiæ vsque terminos facile perdomuit, vt Trogus et Iustinus in primo libro, et Diodorus in eodem IIII asserunt. Secundo notat Berosus quòd Ninus fuit primus author Monarchiæ, & ideo ab eo inchoant Græci, & non à principio aurei sæculi, quod ignorabant qui primi ante Ninum fuerint in orbe reges & literæ. De statuis verò quas Belo patri posuit et Rhea

C

Ninus belli inuentor.

D

A tam Hebræi quàm Lactantius & Catholici cõsentiunt, id fuisse occasionem idololatriæ. Diodorus vero Siculus in. 4 lib. addit à Semiramide vastas & magnitudine mirandas, tam aureas quàm argenteas factas, postquam Babyloniam paruam extruxerat & in prægrandem vrbem fundauerat. Tertio notat Berosus quid anno. IIII. Nini à quatuor Saturnis gestum sit. Tres enim Saturni, Tubal Hispanus, Samotes Gallus, & Tuyscon Germanus, regna sua legibus formant. Quartus verò Saturnus Cameses qui ab Ægypto colonias in Thusciam aduexerat, econtra Thuscos iam legibus & literis a Comaro formatos corrumpere pergebat magica, & vitiis. Vnde Diodorus in quarto ait hunc Saturnum filium Cæli qui regnauit in Italia, Sicilia, & Lybia fuisse summa impietate & auaritia præditum. Quòd verò his temporibus literæ & carmina his populis essent Hispanis, Gallis, Germanis & Italis non solum ex Beroso, sed etiam ex aliis proditur. Nam Strabo qui Octauiani ætate floruit, scribit in quarto libro in Geographia Bætica, quòd asserebant Hispani se habuisse literas, leges & carmina iam ante sex millia annorum Ibericorum, qui efficiunt duo millia solariũ, vt probauimus in editione de origine philosophiæ & literarum. Si verò ab Octauiano retro supputes annos duo millia, equidem peruenies ad vigesimum annum Nini, vt patet in nostra emendatissima Chronographia. Nec etiam distat multum Chronographia Eusebij. Quare fermè Berosus & traditio Strabonis de origine literarum apud Hispanos Bæticos, consentiunt. Quod autem Tubal eas tradiderit, argumẽtum facit prima Hispaniæ vrbs Tubal à conditore nomen habens, quamuis corrupta prima litera impressores posuerint Dubal in Pomponio Mela in descriptione Bæticæ. Quales autem Hispanorum characteres essent, opinio mihi ea est, quòd quales & Sagi & Thusci. Nam & Sagæ Thusci & Hispani origine sunt, apudq; vtrosq; præcipue Sagum nomẽ mansit. Cui argumento est, quòd à Sagis Saguntum vrbs antiquissima fuit Hispanis, vt etiam nominis deriuatio probat. Thuscos item cognomine Sagos fuisse, satis explicauimus superque. XIX. fragmentum Catonis aperuimus.

Margin notes: Idololatria prima. — Saturni quatuor — B — C — Tubal non Dubal. — D

Quam

obrem Etruscæ literæ Sagæ sunt, & sermo fermè illis Sagus, vt in multis vocabulis apparet. Cui argumento est quòd primus præceptor eorum & conditor Ianus ex Saga Scythia Aramea venit, vt in præcedentibus exposuimus. Samothes quoque cognomine Dis literas Sagas dedit quæ Phœnices erant, à quibus Græci suas formauerunt, quas principio Galatis & Mæonibus tradiderunt Galli prisci. Nam vt author est Cæsar in. 6. commentariorum Galli à Dite disciplinas nacti, etiam vsque ad sua tempora eas retinuerunt vsi literis quibus & Græci. Xenophon quoque libro de æquiuocis ait. Cadmum intulisse Græciæ literas similes Galathis & Mæonicis magis quàm Phœnicibus. Igitur ante Cadmum fuêre literæ, philosophia, carmina, theologia, & leges, Hispanis, Gallis, Germanis & Italis per multa sæcula & ætates. Quarto notat Berosus, quòd eodem tempore quo dicti tres duces formabant Hispaniam, Galliam, Germaniam, econtrario Saturnus Ægyptiorum Cameses nitebatur corrumpere Ianigenas iuuantibus conuenis & aduenis, quos ille pro Italiæ coloniis transportauerat, quos Itali vocant montanos Aborigines. Ergo rectè ait Diodorus Siculus in 4. lib quòd Atlas & Saturnus fuerunt filij Cæli primi in Scythia. Et Atlas quidem pius obiit in Mauritania, Saturnus verò summa auaritia & impietate præditus regnauit in Lybia, Sicilia & Italia. Et iste Cameses fuit cum quo Ianus partitus est duas prouincias Etruriam, & cis Tyberim Vmbros, à quibus ducibus nominatæ sunt Ianicula à Ianiculo oppido, & omnem aliam regionem trans Etruriam à Camese Camesenam, vt Macrobius author est in primo Saturnalium. Posteri vt etiã Quintilianus sentit, vsi sunt sæpe litera r pro s, vt Tursis, Tursena, Arbos, Honos, Decos, Cameses, Camesena, dixerunt pro Turris, Turrena, arbor, honor, decor, Camers, Camerena. In Latio circa Albam fuit ab eo cum suis Aboriginibus Vmbris antiquissimis fundata vna Camerena, cuius incolas cõpescuit Romulus, vt testatur Dionysius Halicarnasseus in secundo libro. Secundam Camesenam siue Camerenam posuit in montibus Vmbriæ altis. Et idcirco hos corruptos formauit Saturnus

A — Samothes Dis. — Literæ in Gallia etc. — B — C — D — Camerena

A iustus, & vocauerunt eos montanos Aborigines ad distinctionem Aboriginum in planitie Latij et tractu Sabinorum. Quot sunt genera Aboriginum exposuimus in Fabio pictore, et fragmentis Catonis, et historia Thusca, et in aliis pluribus locis commentariorum. Quæ vero distantia sit inter indigenas, conuenas, et aduenas, legatur

Indigenæ. Seruius super 8. Æneid dicēs: Indigenæ dicuntur ibi geniti

Conuenæ. Conuenæ verò ex vno loco conuenientes in alium.

Aduenæ. Aduenæ autem qui ex diuersis locis in vnum adueniūt,

Aborigines. et vt exposuimus aliis locis, triplex fuit Aboriginum genus post Ianicum Gallis aduentum. Primi indigenæ, qui

B in Sale Vmbrone in tractu Vmbriæ Thusciæ geniti sunt Secundi conuenæ, qui in Sale Vmbrone geniti, ab eo loco in alia loca Thusciæ, Sabiniæ et Latij conuenerunt. Vltimum genus fuit Canesenum aduentitium à diuersis locis Ægypti, Lybiæ, & in colonias deduxit in montibus altis Vmbriæ iunioris. Quinto notat Berosus quod Diodorus Siculus ex historia Lybica scribit Beroso congru-

Rhea nupsit Hammoni. ens, dicens, quòd Rhea Ægyptia soror Saturni denupsit Hammoni regi Lybiæ, qui clam Rhea cum Amalthea nympha congressus, genuit Dionysium Lybicum, eumque

C ad vitandas nouercæ insidias nutriēdum misit in Numidiæ insulam Nysam ad Tritonidem lacum. Qua re comperta Rhea litem intulit Hammoni, ab eoq; discedens venit ad fratrem Saturnum & ei nupsit. Prolixe autem in Diodoro hæc historia texitur. Sexto notat Berosus quòd anno x. Nini regis Ianus trāsportauit colonias ex Aphrica in Hispanias, vbi duas colonias posuit à suo proprio nomine deriuationem habētes, à quo cognominatæ sunt vxores Iapeti & Camesenui. Extabant hæ vrbes cultu, habitatione, & nominibus, tempore Plinij, qui in 4 natu-

D ralis histo cap. 21. enumerat inter vrbes Hispaniæ Noë-

Noela. lam & Noëgam, quanquā aliàs scribatur Noegla. Dedit

Noega. nomen proprium vrbi Arabiæ Felicis Noa, vt supra exposuimus. Lustrauit enim Asiā, Aphricā, & Europam Noa, colonias ductitās. Vnde ex Iberis, Sagis, Hircanis, Scythicis, Phœnicibus, Aphrisq; repleuit Hispanias, quibus nomina perseuerant, vt in his commētariis super Berosum exponitur. Septimo notat Berosus quòd anno 12.

Nini

Nini Ianus venit sessurus in Italiã. Ergo erat tunc Noa qui & Ianus pater natus annos sexagintaocto supra octingentos. Nam ante diluuium erat annorum. 600. vt patet Gen. 6. cap. et à diluuio vsq; ad 19. annum Nini fluxerũt anni. 268. vt Berosus supputat. A diluuio quidem ad conditam Babyloniã annos numerat 131 à condita verò Babylonia vsq; ad Belum annos 56. et à Belo ad Ninũ annos 62. his adde annos 19. Nini cum Noa venit ad Camesem, et reddunt supradictã summam annorũ vitæ Iani siue Noæ sexagintaocto supra octingentos. Quare vixit in Italia et Etruria annis duobus et nonaginta, quia vt scribit Moyses Gene. 9. et. 10. cap. omne tempus vitæ Noæ fuit ante diluuium annis sexcentis, et post diluuiũ annis. 350. Octauo notat Berosus quòd Ianus præter opinionem inuenit in Thuscia Camesem corrumpentem iuuentutẽ. Præter opinionem quidẽ, quia paulò ante reliquerat eũ Ægypti ac Lybiæ Saturnũ. Corrũpebat aũt iuuentutẽ, quia teste Diod. in 4. lib. cum esset auaritia et impietate præditus, regnabat in Lybia, Italia, et Sicilia Docebat igitur quæ ad auaritiam pertinent meum et tuũ, vsuram & furtum, & quæ ad impietatẽ in Deum sunt, magicas artes, & strigas. Passus est igitur Ianus æquo imò dissimulato animo tribus annis, deinde assignatis aliquot coloniis iubet illum ab Italia discedere, & in Sicilia regnare, vbi suo nomini regiam Camesenam siueCamerenam fundauit. Quòd verò Ianus in se cõuerterit totum Italiæ regnum ac reformauerit. Macrob. & Ouid. verba congruentia confirmant. Etenim de participato regno cum Camese, & quòd paulò post non comparente Camese solus Ianus totam Italiam priscã, quæ erat Etruria & omnis regio circum Tyberim vltro citroq; possederit, ita exprimit Macrobius in primo Saturnalium demõstrans circum Tyberim regionem, & dicens: Omnem hanc regionem quæ Italia dicitur, regno Ianus obtinuit. Qui vt Iginus (Protarchum Trallianum sequutus) tradit, vt cum Camese atque indigenis, ita participata potentia possidebat, vt à se oppidum Ianiculum diceretur, residua regio Camesena nuncuparetur. Qui idcirco gemina facie prætẽditur, quia ad ipsius regis prudentiam

A — *Noa qui & Ianus in Italiam venit.*

B — *Cameses impius.*

C — *Ianus totã Italiam tenuit.*

D

A referebant, qui & præterita sciret, & futura prospiceret. Post hæc non comparente Camese, ad solum Ianum regnum redactū est. Hæc Macrobius. Quòd verò post pulsum ab Italia Camesem, Ianus Italiam Camesenam reformauerit, notat Ouidius in 6. Fast. dicens: Adiacet antiquus Tyberino lucus Helerno. Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt. Inde sata est Nymphe Cranam dixere priores, Nequicquā multis sæpe petita procis. Et paulò post: Viderat hanc Ianus, visæq; cupidine captus, Ad duram verbis mollibus vsus erat. Et post stuprum ait: Ius B pro concubitu nostro tibi cardinis esto. Hoc pretium positæ virginitatis habe. Sic fatus virgam qua striges pellere posset A foribus noxas (hæc erat alba) dedit. Et hoc est quod ait Beros. quòd omnes corruptos à Camese impio & mago iussit colere trans Tyberim, & illis filiā suā Cranā pro reformatione Helernam, id est, suffragio regionam electam & exaltatam dat cum sceptro, & albam. Alba sunt fasces imperij cum virgarum fascibus & securi, vt probauimus in multis locis horum authorū super quos supradicta eorum commentaria scripsimus. Dedit C ergo ipsi ius vertendi cardines, coloniarum, principatuū, & castigandi Striges ac Magos Camesenos. De iure vertendi cardines, à quo iure dictus est deus Vertumnus, et eius filia dea Vertumna, diximus ad longum in Propertij commentariis super Elegiam ad Vertumnum. Nec te moueat quòd Berosus dicit Cranam fuisse filiam Iani, & Ouidius à Iano amatam & corruptam, cum quia probatior in antiquitatibus est Berosus, & idcirco sibi magis creditur. Vnde idem Ouidius in principio huius historiæ se excusat, quod res narranda non erat clara, sed obscu-D rior annus, tum vel maximè, quia vt ait Aristoteles in primo Methaphysicæ, multa mentiuntur poëtæ. Et quia oportet mendacem esse memorem, consequens est vt Ouidius fuerit in hac re mendax, qui in primo de Fastis posuit Ianum aureo sæculo regnasse, quādo iustitiam & publicam pudicitiam nondum facinus mortale fugarat, ipsumque pudicissimum prædicat, cuius arma essent Claues & Seræ, ac Ianuæ ad claudendas valuas contra corruptores. Nunc verò ipsum econtra facit impudicum & stupra-

In Ouidium

ſtupratorem,& contra iuſtitiam & pudicitiam vendidiſſe ius cardinis & principatus pro ſtupro. Vnde veraciſsimo Beroſo ſtandum eſt. Octauo notat Beroſus, quòd Cranus & Crana fuerunt vltimo geniti, vt etiam inſinuatur in arbore Genealogiæ eorum. Et quoniam qui vltimo in ſenectute generantur, ſolent à genitoribus ardentius diligi, vt ſacra hiſtoria Geneſeos indicat de Ioſeph, idcirco eos permiſit in regionem circa Tyberim, vbi iam ipſe vltimam ſedem ſibi inſtituerat, vt cum eis conuiueret. Et Ianus gaudens inuenit eos creuiſſe in immenſam poſteritatem Tuſciæ. Hos Etruſcos etiam ætate Beroſi, & adbuc ætate Dionyſij, vt ipſe dicit in primo libro, non Etruſcos à loco Etruria, neque Turrhenos ab aliquo duce Lydorum vocabant, ſed vt ait Beroſus ab auo ſeſe vocabant Ianigenas, & à patre Razenuos, id eſt, ſacros propagatores. Aduerte hoc loci duo. Primum, quòd Dionyſius in primo libro corruptus eſt, vbi impreſſerunt quòd Turrheni vocant ſeſe à quodam Raſenuos. Non enim per literam ſ, ſed per literam z dicendum eſt Razenuos, quia teſte Hieronymo & Talmudiſtis, raz eſt ſacer, & enuus eſt incubus & propagator. Vnde & Seruius tam ſuper Æneida quàm ſuper Georgica pluries dicit eundem eſſe Pana, Syluanum, & Inuum, quòd Arameè profertur Enuus, Latinè Inuus, id eſt, incubus & propagator. Hinc Razenuus eſt incubus ſacerq; propagator. Secundo aduerte quod Seruius ſuper ſexto Æneidos ait quòd Inuus dicitur ab ineundo, quia paſsim cum omnibus animantibus cougrediebatur. Hinc Cam Eſenuus, id eſt, Cam infamis propagator dictus eſt, vt in præcedentibus retulit Beroſus. Et contra hanc impietatem & publicam & infamem libidinem Cameſis coniugia dehoneſtantis, Ianus filios ſuos cognominauit non Eſenuos, id eſt, infames incubos, ſed ſacros propagatores, id eſt, Razenuos. Benedicebant enim nuptias & ſacris ritè celebratis coniugia inibant. Et quanquam origine Latina, vt ait Seruius, Inuus ab ineundo dici poſsit, tamen origo propria & primitiua eſt à vocabulo Arameo Enuo, vt inſinuat Beroſus. Vnde Enuum deum propagationis per compoſitionem dicũt Imeneum, ab im quod

A

Cranus & Craua.

B

C

Inuus.

D

Razenui.

A est secundina, & matrix, & Enuo quod est propago, & fœcundo cubando. Quare proprie Imeneus est deus fœcundator matricis in conceptione. Ex his patet quàm pertinaces fuerint Etrusci in conseruando antiquitates à diluuio vsque ad Cecinam Volturrenum. Neque enim potuerunt allici & persuaderi à Romanis, vt neglectis literis Etruscis susciperent Latinas, vt in fragmentis originum dicit Cato, neque vnquam deos suos vetustissimos mutauerũt Crauum, Razenũ, & Vadimona, & Horchiam, vt Hieremias contra Hierosolymitanos. 2. capite

Imeneus aut Hymeneus.

B notauit, dicens: Ite in Kedar & in insulam Kitin, id est, Italiæ, & videte quia gens non mutauit deos suos, Israel autem mutauit me in idolum. Neque item vnquam voluerũt se vocare à loco principe Etruria Etruscos vt vocabant Romani, neque Thuscos à sacrifico ritu vt Græci, neque Tuscos à Tusco filio Herculis, vt notat Festus, sed à vetustissimo suo patre Razenuos, vt etiam docet in primo libro Dionisius Halicarnasseus & Myrsilus Lesbius. Est etiam in Etruria vrbe nomen fons Carnisius, & à cognomine Crypta Razenua, & turris Razenua, amnis Razenus & prædia regioq; Razenensis. Nono Berosus memorat, quòd Camese Saturno discedente ab Italia in Siciliam in qua etiam teste Diodoro regnauit, ad eum venit Rhea soror, illíque nupsit, & contra Hammonem vterque arma mouentes Lybia potiti sunt. Vnde rectè dicit Diodorus in quarto libro, quòd Saturnus filius Cœli & frater Atlantis, summa impietate & auaritia præditus regnauit in Lybia, Sicilia, & Italia, & in Lybia parit Osiridem, cui cognomina fuerunt Iuppiter iustus, Olympicus, Dionysius, qui vniuerso imperauit orbi. Sed

Razenua. C

Saturnus.

D quoniam Diodorus in quarto libro effusè narrat hoc bellum Saturni & Rheæ Hammonicum, & in eodem libro atque primo de cognominibus Osiridis tractat, & eadem repetit in quinto & sexto libro, cognominans semper illum Iouem iustum, quanquam pater eius impius & infamis & odio habitus fuerit, idcirco ibi legat quisquis id cupit, ne immensus fiat codex. Decimo Berosus annotat, quòd Ianiculum oppidulum Ianus posuit pro limite inter se & Camesem siue prouinciã Ianiculam

Ianiculum.

Etruriam & Camesenam. Latinam et Aboriginum. Et limites sedis suæ statuit in Ianiculo Tyberi ad Arin Ianum Arnum. Hæc sedes prouinciarum prima in Italia fuit, in qua sedem vrbium metropolimq; Vetuloniam instituit, vbi ipse cum 12. Lucumonibus sacerdotibus infulatisq; pontificibus residens docebat diuina et humana iura, eademq; ibi dicebat et reddebat. Vndecimo notat Berosus quòd anno 43 Nini Sabatius siue Saturnus Caspius, quem Ianus præfecerat Caspiis Bactrianis et Armenis, veritus arma Nini, fugit in Italiam ad Ianum. Sed aliquanto tempore substitit in Ponto Euxino, intentus ad arma Nini. Suffecit autem in Armenia filium suũ Barzanem. Aduerte, quòd vt insinuat Diodorus in 3. lib. rex Ninus fermè 40. annis assuefecit militẽ, vt rudes ad resistendũ populos et inermes vno impetu et excursu subigeret. Quod et ad votũ effecit, vt in principio primi Epitomatum Trogus et Iustinus asserunt, et Diodorus in 3. consentit. Cur verò filium Sabatij non interfecerit Ninus, cùm tanto odio patrem persequeretur, Responsio est in promptu ex Diodoro in 3. Quia, inquit, Barzanes occurrit Nino magnis muneribus, & illius potestati permisit se atque regnum Armeniæ, idcirco recepit eum in gratiam. Duodecimo loco notat Berosus, quo pacto Dionysius Hammonis filius armis sumptis pepulit à Lybia Camesem et Rheam, et in Cretam coëgit, et sibi Iouem iustum Osiridem adoptauit in filium: et donauit eum regno Ægypti, et cognominauit eum à multis. Nam à se Dionysio vocauit eum Dionysium, et à patre Hammonem, à magistro Olympicum, à Saturno et Rhea illius genitoribus Iouem. Sed hæc omnia ad longum habes in 4. lib. à Diodoro Siculo et ibidẽ atq; in 1 lib de cognominibus Osiridis, et cur iustus solus epithetũ tenuit: quia, inquit, iustè imperauit Ægypto, vt Diod ait in 1. et 2. lib. Et quia vniuerso imperauit orbi vbique bonos premio, et malos supplicio afficiens, vt in 6. lib. narrat. Hoc loco ambiguitas occurrit, quo pacto Minerua exposita potuit esse infantula iam viro Dionysio, cum econtra iam grandiuscula ipsa Minerua cum patre Aristeo, nutriuerit Dionysiũ, vt Diodorus scribit in 4. lib. Ad hoc dicitur, quòd

Margin: A; *Saturnus Caspius qui et Sabatius*; B; C; *Dionysius.*; D; *Minerua Dionysio minor.*

A plures fuere Mineruæ. Nam sicut (teste Varrone) omnis qui fortiter aliquid egisset dicebatur Hercules, ita & quælibet mulier quæ aliquid noui & admirabile sapiẽter inuenisset, dicebatur Minerua. Et licet plures fuerint, tres tamen adducendæ sunt. Prima fuit filia Iapeti Atlantis Mauri, Mirina nomine: quæ in oceano posuit Gorgones Amazones, quæ ad hanc ætatem perseuerant, vt narrant Hispani nautæ, qui oceanum Apbricum circũquirunt. Quæ Amazones multis antea sæculis fuerunt in Lybia quàm in Scythia, vt asserit Diodorus in quarto

Mineruæ multæ.

B libro. Et hæc fuit dicta Minerua Tritonis & Lybica, nõ quia ibi nata, sed quia vi armisq; subegit Lybiam & Tritonidem Numidiam, vt ibidem indicat Diodorus: vbi et secundam Mineruam Tritonidem ponit filiam Aristei, quæ nutriuit Dionysium. Sed tertia ignotum habuit patrem, & ob id Græca fabulositas finxit eam natam, ex cerebro Iouis, armatámque ex eo prosiliisse. Et de hac loquitur Berosus, dicens hanc fuisse expositam, & simul cum Osiride infantulo à Dionysio Lybico fuisse adoptatam in filiam, et omnem militiam docuisse Lybicos.

C Altera ambiguitas est. Diodorus scribit, Dionysium Lybicum assumpto Ioue siue Osiride traiecisse in Cretã contra Saturnum et Rheam et Titanas, vt eriperet patrem Hammonem, & omnes Titanas Lybicos peremisse. Et in primo et quinto libro dicit, Osiridem lustrato orbe à Titanibus peremptum. Quo enim pacto Titanas cum Dionysio Iuppiter iustus puer interemit, qui iam senex à Titanibus occisus est? Ad hoc breuis est responsio, vt dicamus cum Diodoro in 4. libro quòd Dionysius cum Osiride interfecit omnes Titanas, qui in Cretã contra Hammonem ab Ægypto transfretauerunt. Sed non omnes

D transfretauerunt. Et ideo qui remanserunt, captata opportunitate, Iouem iustum siue Osiridem occiderũt, vt in sequentibus narrat Berosus. Tertiodecimo notat Berosus, quòd eo tẽpore quo apparuit virgo Minerua exposita, et Osiris Iuppiter iustus præfectus est Ægypto à Dionysio, Ianus docuit Razenuos, id est, Etruscos Turrenos vt insinuat primo libro Dionysius Halicarnasseus de nomine Razenua. Docuit, inquã philosophiam. i. Physicam

et Theo

& Theologiam. Docuit item Astronomiam, & diuinationes, id est, oracula habenda. Docuit quoq; ritus sacrorum & rituales Sunt autem Rituales (teste Festo) libri Etruscorum, in quibus traduntur ritus quo pacto sacrãtur ædes, fana, templa, vrbes, exercitus, & huiusmodi. Dubitatur, si Razenui iam docti literas à Scythia profecti sint, & Comerus docuit eos iustitiam & leges, quasi mox diluuium, vt in præmissis Berosus indicauit, quomodo Ianus pater tam serò & quasi post Ninum, dicitur Etruscos docuisse literas & iura? Ad hæc facilis est responsio, quia rudes adhuc non vacabant ordinariè literis & philosophiæ ac theologiæ: neq; literis mandabant, quia carebant gymnasio publico, quod Aramei vocant Cun Ichium, id est, luctam duorum literatorum. Sed Syri dicunt Cun Iechia Cuit enim & Cun dicunt binos luctatores. Verum, vt Talmudistæ dicunt, differunt Iechia & Ichia, vt commune vel particulare, quia Iechia in communi est colluctatio mutua ad alterum, vt etiam consentit Hieronymus de interpretatione nominũ. Sed Ichium (vt aiunt) est colluctatio mutua literarum, quã Latini vocant disputationem vel exercitium literarum. Locus est adhuc in Etruria vrbe non procul arce dictus Scythicè Cun Ichium, id est, locus gymnasij. Ibi erant sacerdotes & vates Etruriæ, doctores & præfecti, inter quos tempore Tarquinij excelluit Calenus Ollenus: ad quem Tarquinius misit pro vaticinio legatos de capite inuento in Capitolio Romæ, & ibi in Etruria primum designat vates, vt scribit Dionysius Halicarnasseus de vita & temporibus Tarquinij, & Plinius in .XXVIII naturalis historiæ. Vnde totam regionem illam vocamus Cunichium & Capitolium vsq; ad hæc tempora. Quartodecimo notat Berosus, quòd anno quadragesimonono Nini Hispanos rexit Iubalis filius Iberus, à quo Hispani Iberi: & quo pacto Barzanes superatus, pacem cum Nino fuerit assequutus, superius breuibus enarrauimus, et Diodorus in 3. libro memoria prodit. Magus vero, qui secundus successit in Gallijs rex, vocabulum Scythicum non Persicum est, quia nondum Persa lingua Gallis erat, sed Scythica. Nam Persæ Magum, philosophum vocant: sed

A Rituales. B Cun Ichiũ. C D Magus.

A Scythæ Magog pronuntiant, & palatium tectum intelli-
Magog. gunt, sicut & Magdel turrim significat. Ita hic Magus,
Magdel id est, domificator & tector dictus est, quia primus Gal
lis tecta & oppida induxit plura, teste Beroso. Cui argumentum facit, quòd plura ab eo oppida, lingua vetusta Gallica magam nominationem habent in Ptolemæo, vt in Aquitania Nouiomagū, in Lugdunensi Neomagum, Rhotomagum, & Niomagum. In Belgica quoque iterum Rhotomagum, Neomagum, Berbetomagum, &
Magum. Breuomagum. Rursus in Narbonensi Vindomagum &
B Neomagum. Hinc Iuliomagum & Cæsaromagum, Iulij & Cæsaris tecta & oppida vocat Ptolemæus in Gallia. Ergo oppida & tecta dicta sunt à primo inuentore Mago, & non Magus ab eis: sicut à primo pudicitiæ custode & introituum seruatore Iano, inuentoreq; Ianua dicta est, & non Ianus à Ianua: quia neq; tunc extabat lingua Latina, quum pater Ianus nomen hoc teneret, & à nocturnis furibus & adulterijs coërcendis, ianuas post discessum Camesis inuenisset domibus, atq; docuisset, & ob id à posteris Deus ianuarum, introituumq; & exituum
C habitus fuerit. Pari forma Iberus secundus Hispaniarum
Iberus. rex, nomen dedit fluuio Ibero: qui ortus in Cantabribus sub radicibus montis Pyrenei in Baleare pontū sub ferrario promontorio mergitur, vt noster magnus Albertus scribit. Estq; nauigabili commercio diues, vt testatur Plinius, Solinus, & Diodorus in sexto libro. Hinc boues Iberas Virgilius in septimo Æneidos vocauit, dicens: Thyrrenoq; boues in flumine lauit Iberas. Hinc Celtibe-
Iberi in ria et Iberia Hispaniæ dictæ sunt. Hic tamen primus Ibe-
Scythia. ros à se dictos in Scythia posuit supra Armeniam inter
D Colchos et Albanos Caspios. De qua Horatius, Herbasq;, inquit, quas Colchis atque Iberia mittit, venenorum ferax. Et Vergilius libro octauo Æneidos: Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Ibera. Quòd verò ab his in Hispanias duxerit Scythicas, Iberas, et Persas, et Syras colonias, satis potest esse argumento, quòd M. Varro peruenisse in vniuersam Hispaniam Iberos, Persas, Phœnices, Celtasq; et Pœnos tradit: vt Plinius refert libro tertio naturalis historiæ. Iber autem, vt Talmudistæ aiunt,

lingua

lingua Aramea dicitur expiatus nubibus & imbribus, quem Græci Vmbrum dicunt, vt intelligas primos Vmbros etiam Hispanias tenuisse vniuersas, ab Scythiæ gentibus Vmbris venientes, vt insinuauit Plinius Varronem sequutus. A

DE QVARTO REGE Assyriorum.

QVarto loco regnauit apud Babyloniam vxor Nini Ascalonita Semiramis annis quadragintaduobus. Hæc antecessit militia, triũphis, diuitiis, victoriis et imperio omnes mortales. Ipsa hanc vrbem maximam ex oppido fecit, vt magis dici possit illam ædificasse quàm ampliasse. Nemo vnquã huic fœminæ comparandus est virorum, tanta in eius vita dicuntur & scribuntur, cùm ad vituperationem, tum maximè ad collaudationem magnifica. B C

Superfluum esset de rebus Semiramidis nos occupare, qui ad nostra exponenda festinamus. Nã ea quæ hic breuissimis absoluit Berosus, copiosissimè leguntur in autoribus qui eum sequuntur: Trogo, Iustino, Diodoro, præcipuè in tertio libro, et alijs Latinis atque Græcis historicis. In hoc commentario, hæc pro sacris literis notãda videntur, quòd Diodorus in tertio scribit Semiramidem natam ex dea Ascalonita, quam Dircetem, id est, semipiscem vocant. Eamq; dictam Semiramidem, quòd Semiramis lingua Syra dicantur aues à quibus nutrita sit, et potissime columba: in quam moriens conuersa est, post quam vixit annos duos et sexaginta, vt Ctesias Gnidius scripsit, cum quadragintaduobus regnasset. Docent autem sacræ hæc duo. Primùm, deam Ascalonitarũ esse D Semiramis.

A Dagon. Dagon lingua Hebræa dictam, quam iidem Hebræi piscem interpretantur. Hieronymus verò melius, piscē mœroris dici asserit. Hoc propinquius congruit Diodoro, qui scribit eam deam cum adulterino concubitu peperisset Semiramidem, pudore atq; mœrore ductam sese in stagnum demersisse: quæ in piscem conuersa, pro numine fuit a Palæstinis habita. Alterum est, quòd Semiramidem, id est, auem & columbam Babylonij, non solum pro conditrice vrbis Babyloniæ habebant, verum etiam vti Romani Romulum, deam venerabantur. Hoc sacer vates

B Hieremias indicat, vbi cum Babylonios Hebræorum vastatores venturos vaticinaretur, columbam illorum conditricem expressit, dicens: Fugite, inquit à facie gladij co-

Columbæ gladius. lumbæ.

Huius primo anno oritur ex Rhea & Camesenuo in Ægypto Iuno Ægyptia cognominata Isis maxima, frugifera, legifera, soror et vxor Osiridis.

C Isis. Cur ista cognomina sortita fuerit Isis Ægyptia, Plinius in septimo naturalis historiæ tradit: copiosius verò

Isidis columna. Diodorus in primo & secundo libro, qui etiam in columna eius triumphali in Ægypto sacris literis inscriptum ita esse asserit: Ego sum Isis Ægypti regina à Mercurio erudita. Quæ ego legibus statui, nullus soluet. Ego sum Osiridis. Ego sum prima frugum inuentrix: Ego sum Ori regis mater. Idem Diodorus paulò superius scribens: Saturnus, inquit, sororem Rheam capiens vxorem, genuit

D Osiridem & Isidem, quos Ægyptij & alij vocant Iunonem & Iouem, qui vniuerso imperauit orbi. Ergo splendidè mentiti sunt cum Orpheo Græci, qui prostitutam à

Io. Phœnicibus Io Inachi filiam Græcam, fabulantur fuisse Isidem hanc reginam Ægypti, vt tam Herodotus quàm Diodorus historici Græci conscribunt, & Beroso atque historiæ antiquiori Ægyptiæ accedunt, non Græcanicis fabulis mendacibus.

Eodem anno Sabatius Saga à Ponto soluit

in

in Italiam ad patrem Ianum, quem exceptũ hospitio post aliquot annos illum Coritum creauit, & Aboriginibus præfecit. Anno sexto Semiramidis apud Rhenisarmatas regnauit filius Tuysconis Mannus: & apud Ianigenas Razenuos Vesta vxor Iani sempiternum ignem custodiendum virginibus puellis edoctis sacra tradidit. Anno. XII. Semiramidis, Sabatius Saba cum Iano regnat. A B

Ad Italiam & Germaniam sermonem Berosus vertit, triaq; nos erudit: quo tempore, secundo regi paruit Germania, & Saturnus ad Ianum classe venit, & Vestales puellas Tuscas Vesta edocuit atque instituit. A duodecimo anno Nymbroti vsq; ad sextum Semiramidis cõputantur anni centum & sexaginta quatuor, quibus regnauit Tuyscon gygas: ad cuius medietatem temporis non peruenerunt Babylonici reges, quia viri sanguinum & dolosi, vt illi, non dimidiabunt dies suos, vt testantur sacra eloquia. Mannum successisse Tuysconi, etiam Tacitus refert de situ et moribus Germanorum, à quo alueus & fluuius Alemannus dicitur, vt nominis interpretatio conuincit. Ale enim Scythicè & Alue interpretantur alueum docti Talmudistæ. Hinc Alemannus, alueus est et fluuius Manni, à quo & Alemannos cognominari nemini dubium esse potest. Ergo Tuyscones filij, Alemanni verò nepotes sunt Cæli et terræ, id est, Iani prisci ac Vestæ. Eodem anno Vesta mater docuit Vestales Tuscas, atque instituit custodire ignem sacrificũ sempiternũ, quem etiã Deus iussit immaculatè atq; innocenter Hebræos olim sacerdotes procurare pro iugi sacrificio, dicens Leuitici VI. Ignis semper in altari meo ardebit. Extat integrũ Vetuloniæ Palladium, ab Iano & Vesta conditum, atque sempiterno igni sacratum, vt inuictissimo argumento sunt, & sacri cineres adhuc perseuerantes, & titulus illis Hetruscis vetustissimis literis inscriptus, quæ à nobis relata

Tuyscon. C *Mannus. Alemannus.* D *Vesta.* *Palladiũ.*

A *lata & prolata sunt in sexagintaseptem resolutionibus. De Sabatio in primo Saturnalium Macrobius tradit, cũ classe aduectum circa Ianiculum, comi hospitio susceptũ fuisse à prisco Iano, qui eum pro eius meritis primo creauit Italiæ Coritum, id est, Iouem hastatum. Nam proprie primi Saturni, successores verò regni Ioues dicti*

Coritus. *sunt, quos Hetrusci Itos, id est, Ioues & Coritos, id est, hastatos Ioues vocabant. Teste enim Macrobio in Saturnalibus, Itum & Itim, Hetrusci fiduciam Iouis siue Iouẽ*

B *& Iunonem dicebant, sicut Ægyptij Isum & Isim. Porrò Corim hastam & sceptrum vocabant, sicut Curis à Sa-*

Quirites. *binis, & Quiris à Romanis proferebatur. Hinc Quirites hastatos Ioues, atque coronatos, reipublicæ gubernatores, antiqui Romani vocabant: quia ante Romulũ reges hasta & sceptro pro corona vtebantur, vt author est Trogus, & post eum abbreuiator eius Iustinus lib. quadragesimotertio. Primo ergo illum comitem Cranæ filiæ assignans, Coritum Aborigmibus creauit, vt melius indocile genus contineretur in officio authoritate pontifi-*

C *cis. Vnde vt illi vires potestatis augeret, secum participata potentia conregnare permisit. Macrobius addit, quia etiam docuit ruris peritiam, eum societate regni munerasse. Quod profectò ei respondet, quod nunc subinfert Berosus, dicens:*

Anno. XVII. Semiramidis Sabatius Saga docet agricultură, & aliquantulumreligionis.

Quod ambiguitatẽ ingerit, hoc est, Ianum primũ do-

D *cuisse agriculturã, & vinũ & religionem, vt sacræ literæ asserunt, & Berosus iam consentit, & Fabius Pictor astipulatur. Non ergo religionẽ & agriculturã docuit in Italia Saturnus Caspius, antequã Comarus & Ianus cũcta docuerant. Rursus Comarus, Cameses, Ianus de more colonias posuerunt & loca à se cognominata. Non videtur igitur Saturnus conregnasse Iano, qui de more initi regni nulla loca & oppida condidit, nec à se nominauit. Nã*

Saturnia. *quòd ab eo tota Italia dicta est Saturnia, non id fuit eo viuente, ac agente aliquid in beneficiũ humani generis, sed à Iano post mortẽ Saturni id nomen Italiæ inditum*

fuit

fuit, vt Macrobius Iginũ & Trallianũ sequutus in primo Saturnalium tradit. Sed hæc non obstant, quippe qa Ianus pater, vt retulit supra Berosus, docuit agriculturã simplicem & rudem, quæ simul ad victũ & exercitiũ esset, non ad vitã voluptuosam. Sed Saturnus Caspius adiecit aliquod adiumentũ ad facilius metendũ, & putandũ vineas & arbores, potissimè falces fœnarias, frumentarias, & cæsiuas ac putatiuas arborũ, ob quod solus vendicauit sibi nomen falciferũ, dicẽte Ouidio, venisse ad Ianũ Saturnũ cũ Cælicolis sedibus pulsus idẽ esset, prius perer rato falcifer orbe Deus Nec exponẽdũ est, Cælicola regna Græciæ, sed Scythiæ, quippe quia Cælicolæ, id est, Ianigenæ primi Scythæ fuerunt. Nam à Iano Ianicolæ, & ab eodẽ cognominato Cælo Cælicolæ iure dicũtur Itaque vt breuibus resumamus, & Ianus primus agriculturam docuit, sed simplicẽ, at verò Saturnus voluptuosiorẽ. Et hãc responsionẽ innuit Macrobius in 1. Saturn. cũ ait: Ianus cũ Saturnus illũ ferũ & rudẽ ante fruges cognitas victũ in melius redegisset, & ab eo edoctus esset peritiã ruris, illũ societate regni munerauit. Quod verò obijcitur de religione, iam Berosus dicit aliquid religionis, & non religionem: & hanc docuit non eruditissimos Cælicolas siue Ianigenas & Hetruriam, sed Latium rude & Camertes. Vmbros indociles, dicente Vergilio in 7. Æneid. de eodẽ Saturno: Is genus indocile, & dispersum montibus altis Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari Maluit, his quoniam tutus latuisset in oris. Fulsum quoq; assumitur, cum fuit oppositũ, ab eo ineunte regnũ non fuisse de more vetusto missas colonias, & loca præbita à se cognominata Nam à Caspijs Bactrijs sua patria, Casperulã dedit, et à se Sabatio Sabũ filiũ nominauit, à quo Sabini dicti fuêre: & à cognomine Saugny Sanctus à Latinis dictus, & loca Sauguynaia & Sabatia proprio nomine extant, & Cures ab auito pronomine positi fuêre. Nam de Casperula & Sancto authore gentis Sabinæ, & Sabo denominatore earum, noster Silius Italicus verba facit hoc modo in octauo libro: Et lati pars Sanctum voce canebant Authorem gentis, pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixisti populos,

A — Saturni Caspij inuẽta.

B

Cælicolæ.

C

Casperula.
D

Sabus.

A populos, magna ditione Sabinos. Et paulò superius de Casperula oppido: Hinc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens Casperula. Marcus Cato de originibus asserit Sabinos dici non à Sebomæ, vt Græci somniant, sed vt ait Silius, à Sabo filio Saugny. Nam Sabatio tria cognomenta à suis Curetibus Sabinis & Thuscis indita fuerunt. Fuit enim dictus à religione atq; fide Pistius, siue Latinè fides & fidius; à participatione regni caussa Ianus Semipater siue Semirex, & à Saga patria Sangy, vt marmora excisa vocant, siue Saugni vt Cato scribit & Tusci proferimus, siue Saugtus & Sanctus, vt Romani pronūtiabant. Huic est argumento in Fastis Ouidius, dicens: Quærebam nonas, Sangto, Fidio ne referrem, An tibi Semipater. Tum mihi Sanctus ait: Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo. Nomina terna fero, sic voluere Cures. Ergo initi regni & originis suæ, contra Græcum Saturnum, Sabius inuictissima monumenta reliquit, à Bactrijs quidem Caspijs Casperulam oppidum, & à Saga gente amnem Sagnynaiam iuxta Agyllam, & Sangnynaiam regionem, iuxta templū lacumq; Vadimonis: C & paulò superius oppidum Sangninam, iuxta Celenum. Rursus quia teste Berofo & Valerio Maximo libro secūdo, cap. primo, à Cure genitus est Sabatius, & à Curetibus & Lydis Thusci trahunt originem, teste Valerio Maximo libro secundo, equidem in propinqua nobis Chyana regione atq; Sabinis, Cures dicta oppida condidit ab auito nomine. Verum quum teste, vt supra Ouidio, in Sabinis oppidum absolutè Cures dicatur, in Hetruria tamen Capenatum per distinctionē veteres à regione Chyana, D vocauerunt CuriChyanum, non Cocleanum, vt quidā originū ignari scribunt. Quinetiam vt intelligas cū Iano Sabatium Caspium, & non fabulosum Græcum Saturnū corregnasse, à suo proprio nomine Sabatiam vocauit totam regionem Ianiculam vsq; ad littus maritimum, prout tensum ab ostijs Tyberinis vsque amnem à suo cognomine dictum Sangnynaiam, prope Cære vetus. Nam in Hetruria proxima Romæ, & secus mare est Sabatia prouincia, vt Strabo in quinto docet, & Silius in octauo libro insinuat: Este procul este prophani Græci, totoq; Hetrusco

Marginalia: Pistius. Fidius. Sangni. Sangtus. — Sabatius. — Curi chyanum.

Etrusco absistite luco, quia nullius vetustatis originē præclaram nobis contulistis, aut Sabinis. Potius æquo animo adhuc veracissimum Berosum excipitote, dicentem: A

Anno Semiramidis vigesimosecundo Sabatius Sabum præfecit Sabinis & Aborigini bus. Ipse iuxta Ianiculum cū alijs Curetibus regionē coluit, & ibi obijt Anno. 34. eiusdem apud Celtiberos regnat Iubelda, filius Iberi, apud montem sui nominis. B

Ergo de originibus Italiæ atq; Thusciæ non audiemus Græcos, in his quæ contra eos sunt argumenta simul & authores inuictissimi, & testimonia locis perseuerantia Nam Curetes Italos Sabatius Caspius filius Curis genuit. Razenos Thuscos, Ianus cumfilio Crano, & sibi ex Iapeto nepote Comaro edidit. Sabinos Sabus Cures protulit, à quibus prodierunt Sabelli, quos Latini Samnites, Græci verò Saunitas appellauerunt, vt Plinius tradit in tertio naturalis historiæ. Germanos quoq; nō Græci fabulosi, sed Ianus & Vesta, siue Cælum & Terra cū Tuyscone filio genuit, vt Berosus scribit, & memoria Germana prodit, & Tacitus refert de situ & moribus Germanorum. Neq; Galli à Græcis, sed potius à Gallis Asia & Græcia, cum colonijs etiam literas et disciplinas consequutæ fuerunt, vt in superioribus commentarijs probatum est Pari forma et Hispania nostra nō habuit genitores fabulosos Pyrenem, Lusum, Herculem, Panaq; et alios Græcos, quia hæc falsa et fabulosa sunt, vt in tertio naturalis hist. Plinius significat Græcos deridens, sed vt ibi asserit, Varronē sequutus et Berosum atque diuinas literas, à Scythis, Iberis, Syrisq; ac Phœnicibus, Iubale cognomento Taracone, et Ibero, et quē nunc tertio loco regnantē Iubelda inducit Berosus. Est nomen compositum ex tribus dictionibus, Iub, el, eda: per synæresim vero, Iubelda. Conuertitur in Latinū, Magus deifica voluptatis, id est, philosophus, theologusq;, quia primus Theologiam & sacra auxit, & in delitijs posuit

[Margin: Sabus. — C — Germanorum. — Gallorum. — Hispanorū origo. — D — Iubelda.]

A *apud Hispanos, vt interpretatio nomnis accusat. Nā teste Hieronymo ac Talmudistis, Iobel magus Dei, Eda verò delitiæ atque voluptas interpretatur. Tenuit montem circa Bæticam, quem in Ptolemæo corruperunt aliquantulum scriptores, imprimentes Iubeda, corruptius verò nunc vernacula lingua profertur Gibetar. Nam proferendum simul & scribendum est vt Berosus, Iubelda, aut Iobelda.*

B *Quintus apud Babylonios regnauit Zameis Nanias, filius Semiramidis, annis triginta octo, In regno Babylonico hic parum resplenduit, ornauit tamen templa deorum, & Chaldæos ampliauit.*

De filio Nini, etiam Nino dicto, sed cognominato Zameis, Diodorus in tertio libro asserit natum fuisse paulò ante patris Nini prisci obitum, & ob id Semiramis sexū virilem mentita, regni curam habuit, vt Trogus & Iustinus scribunt. C *Studuit religioni, & ampliauit Chaldæos, id est, sacerdotes Theologiæ, Physicæ, atque Astronomiæ dicatos. Quòd verò parum fulgoris militiæ adiecerit, cum Beroso scribit Iustinus in primo libro, dicens: Ninus, inquit filius Nini & Semiramidis, contentus elaborato à parentibus imperio, belli studia deposuit, & veluti sexum cum matre commutasset, raro à viris visus, in fœminarum turba consenuit. Idipsum videtur consentire Diodorus in tertio libro scribens: Post obitum, inquit, Semiramidis filius eius cum singulis pacem egit, nequaquam* D *matrem imitatus, sed omne vitæ tempus reclusus in regia, conspectumq; hominum vitaus, inter pellices & eunuchos otium & delitias sequutus, traduxit. Sed aliena & Babylonica dimittat Berosus, & de nostris nos instruat, dicens:*

Eius anno primo cū Sabatius obijt, Ianus pater senissimus filium suum Cranū Coritum creauit, octauoq; post anno obijt, expletis vitæ suæ

tæ suæ annis. CCCL. & Ianigenæ illum Vortumnum appellantes, templum illi & diuinos honores, vt par erat, impenderunt. A

De morte Sabatij quòd ante Ianum obierit testatur Macrobius in primo Saturnaliun asserens Ianum in honorem Saturni post eius decessum iussisse omnem Italiã dici Saturniam, & cum æra signaret illũ in honore habuisse. Nam illius ratem ex vna parte, suam verò faciem ex altera impressit. Quod & bona posteritas imitata, puppim formauit in ære, Hospitis aduentum testificata Dei, vt in primo de Fastis Ouidius concinit. Berosus quoq; de tempore, ætateq; Noæ post terrarum inundationem cũ Moyse congruit. Ex quo consequens est Abraham hoc anno fuisse natum annos octo & quinquaginta, quia totidem supputantur à quadragesimotertio anno prisci Nini quo natus est idẽ Abraham vsque ad octauum huius Nini iunioris quo Ianus naturæ concessit. Redarguuntur quoque de publico mendacio corruptores sacrarum literarum Talmudistæ, qui asserunt post mortem Noæ fuisse conditam à Nymbroto turrim Babyloniæ, cũ Nymbrotus, vt patet, obierit ante octauum annum huius Nini, sub quo è vita Ianus discessit, annis CCXX. vt liquet supputanti annos Beli & prisci Nini & Semiramidis cũ octo annis vitæ huius Zameis Niniadæ. Qui verò honores Iano mortuo fuerint à Thuscis impensi satis ab Ouidio, Macrobio, & alijs dicti sunt, dignantes illum appellatione diuina, eum iustitiæ germen cum nondum sub eo iustitiam facinus mortale fugasset, & item velum cælũq; sempiternũ quod tegit comprehendit regitq; omnia, & eiusmodi Deo digna. De Vertumno Iano diximus super Vertumnianam Propertij quà diuini honores includantur in eo vocabulo.

Saturni Sabatij mors. B

Abrahæ ætas.

C

Iani mors.

D

Hoc anno Osiris inuentis à se & à sorore adolescentula frumẽto & frugibus, cœpit docere illa in Palæstina, inde reuersus in Ægyptum

A *tum & inuento aratro & his quæ ad agriculturam pertinent, sensim vniuersum peragrauit orbē, docens quæcunq; inuenerat, & ita vniuerso imperauit orbi, exceptis gentibus quæ iā in Babyloniorum venerant potestatem.*

Affert dubitationem, cur Osiris iam fermè sexagenarius & Isis iam quinquagenaria dicātur tēpore hoc inuenti aratri & frugum, pueri & adulescentuli, non à Be

B *roso & Ægyptijs modo, sed etiā à Latinis, dicēte Virgil. de eis in Georg. Vnciq; puer monstrator aratri. Et prima Ceres ferro mortales scindere terram instituit: Sed hæc*

Ætates diu viuentium. *ambiguitas soluitur ex his quæ supra diximus. Qui enim giganteo æuo viuebant ad ducentos annos dicebantur adolescentes, ad CCCC. viri ac iuuenes, ad CCCCCC senes, inde decrepiti. Porrò Osiris gigantū æuū cū sorore sequebatur, quippe quòd Isis ad sexcentos peruenit, vt inferius edocebit noster Berosus, cum de Iasianis & Cybelicis nuptijs memoriam faciet. Inuenerunt autē casu fruges*

C *Isis & Osiris, & illorum animaduersa vtilitate, tradiderunt eā mortalibus, ac propterea dij & imperatores orbis habiti sunt, vt Diodorus asserit in primo & secundo et quinto libro. Nam qui mortalibus beneficia impendissent duces, eos in imperatorū et deorū numerum homines habebant, vt Diodorus et alij conscribunt. Ergo Iupiter iustus Osiris imperauit vniuerso orbi, quia cum sorore de vniuerso orbe benemeritus fuit, quippe quia vniuersum peragrauit orbē docēs, et impios tollens, et iustos*

D *præmijs donans, vt in quinto lib. Diodorus est author, ꝙ*

Columna Osiridis. *et in primo lib. asserit, in eius Ægyptia triumphali colūna, ita inscriptum esse: M. inquit pater est Saturnus, omniū deorū iunior. Sū verò Osiris rex, qui vniuersum peragraui orbem vsq; ad Indorū desertos fines. Ad eos quoq; sum profectus, qui septentrioni subiacent, et vsq; ad Istri fontes, et alias partes vsq; Oceanum, nec fuit in orbe locus quem non adiuerim, docens ea quorum inuentor fui. Quæ autem docuerit, etsi plura fuerint, hæc tamen breuibus refert Tibullus, dicens;*

Primus

Primus aratra manu solerti fecit Osiris, A
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere vitem,
Et viridem dura cædere falce comam.

Ergo Sabatius falsem, Osirus putare melius docuit, orbẽ non eodem tempore, sed alijs et alijs temporibus et sensim vt exprimitur à Beroso. Potuit autem in Palæstina docuisse Samum Iani filium quem Hebræi cognominant Melchisedech, id est, regem iustitiæ, quasi epitheto Iani. Nam Samus quingentis annis vixit post diluuium, vt Moyses asserit. Quare viuebat hac ætate. Et quia vt idẽ Moyses perhibet, erat sacerdos Dei altissimi, idcirco est valido argumento pro primis inuentis in Palæstina panibus, gratias egisse Deo, et panem et vinum Deo in sacrificium offerri instituisse, quia ob panem inuentum genus humanum fuerit erectum à mutua cæde, vt Diodorus scribit in primo libro, figurans Messiæ cæde, atque pane Deifico, et sacerdotio secundum ordinem Melchisedech, orbem à morte cæcitatis animarum liberandum. Post hæc ad Europam se vertens, Berosus ait:

Samus qui Melchisedech. B C

His temporibus regnauit apud Celtas Sarron, qui vt contineret ferociam hominum tum recentum, publica literarum studia instituit, et apud Tuyscones Inghaeuon.

Nomen arguit à Sarrone duce Sarronidas dici Gallos doctos, de quibus in sexto libro Diodorus sic scribit: Sunt inquit apud Celtas theologi ac philosophi, quos vocant Sarronidas, qui præcipuè ab eis coluntur. Nam moris est apud eos, nullum absq; philosopho sacrificium facere. Existimant enim per diuinæ naturæ cõscios sacra fieri oportere, tanquam dijs propinquiores. Horum intercessione, bona à dijs censent petenda, quorum consilio et bello et pace fruuntur. Hæc Diodorus. Sane non est existimandum ante Sarronem non fuisse literas et Theologiam atque Philosophiam apud Gallos, cum supra demonstratũ

Sarronidæ. D

Gymnasia Gallorum.

A *fuerit ea extitisse Samothei ætate, sed vt Berosus ait, nō erant gymnasia publica, quæ sola mitigant humanam ferociam. Hac eadem ætate Germanis fuit rex Inghaeuō, de quo in Genealogijs diximus: Inghaeuon hœdiculus incertus interpretatur à Talmudistis doctis, quia more Scythico vagas ædes docuit habitare, vt insinuat Tacitus de moribus Germanorū, dicēs: Nullas Germanorū populis habitari vrbes notum est, ne pati quidē inter se iunctas ædes. Colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt cāpus, vt nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem connexis et cohærentibus ædificijs. Suam quisque domū spatio circundat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum est vsus. Materia ad omnia vtuntur informi, et citra speciem aut delectationem. Quædam loca illinunt terra ita pura ac splendente, vt picturam ac liniamenta colorum imitetur. Solent et subterraneos specus aperire, et eos multo insuper fimo onerant, suffugiū hyemi, et receptaculum frugibus. His similia plura Tacitus prosequitur, argumenta vetustæ rudis originis, quæ postea Romanis moribus introductis deleta fuerunt, et in melius redacta.*

Germanorum mores. B C

De VI. rege Assyriorum.

SExtus Babyloniæ rex Arius regnauit annis.30.qui adiecit imperio omnes Bactrianos. Nam paulò ante mortem Niniæ Camesenuus pulsus ab omni fermè orbe in Bactrianos sese contulerat, & illos Magico præstigio sibi deuinxerat, adeò vt apud illos maximis viribus imperaret. Coacto autem Camesenuus maximo populorum exercitu inuasit Assyrios, contra quem Ninus dimicans superior fuit, & Camesenuum obtruncauit, inde

D

paulò

paulò post ipse obijt. Quare Arius collecto exercitu, post patris Niniæ obitum, Bactrianos & omnes Caspios subiecit. A

Si Ninus iunior inter pellices omne æuum exegit, pace cum gentibus composita, quomodo bella contra Bactrianos gessit? Sed huic quæstioni hoc fit satis, Ninum iuniorem nunquam bella gessisse, aut in conspectum hominum à pellicibus prodiuisse, sed militiam per suos principes egisse, vt in tertio libro Diodorus est author. Verũ id fuerit dissonum, quod omnes authores excepto Beroso, scribunt, à Nino prisco fuisse interemptum Camesem dictum Zoroastem. In qua re existimo adhærendũ esse Beroso, cum quia de Babylonicis bellis Babylonico magis credendum est, tum vel maxime quia tempora conuincunt pro Beroso. Non enim Isis Ægyptia nata esset primo anno Semiramidis, si à Nino patre Cameses fuisset interemptus, quandoquidem adhuc Rhea et Cameses nondum ex Ægypto discesserant. Æquiuocatio tamen nominis Nini in patre ac filio, causa discordiæ fuit. Sed hoc ad Europanos nihil attinet, potius de Thuscis Europanis audiamus Berosum dicentem: B Zoroastes. C

Cranus Ianigena sororem suam mortuam cũ Ianigenis Razenuis suis & omnibus simul Aboriginibus solenni pompa celebrat. Et illi Lucum iuxta Ianiculum amnem, solennesq; ritus & diem sacrat, ipse senex filium suũ Aurunum Coritum creat. D

Supra Berosus significauit Cranũ successisse patri Iano in Vetulonia, vbi ab eius nomine hac ætate Cranisa pars Vetuloniæ est, à qua fontem Cranisum dicimus. Porrò à cognomento eius Razeno, amnem Razenum et Razenensem regionem tenemus. Inter Coruuetum quoque atque Mont Atum, regio Cranichensis est, vt cõtractus in archiuis nostri conuentus nominat atque seruat, quã vulgo quidam vocant Cranchensem. Cæterum in sexto Cranisa.

A Fastorum Ouidius abunde canit solennia Cranæ, quam à posteris asserit transposita litera r dici Carnen, à qua nomen Cardinis habet originem, vt ipse ait: Ergo à Iano Ianua, à Crano et Crana, ianuarum orti sunt cardines, ac propterea fuit secūdus Ianus Cranus, et Iana soror eius Crana. Quod Facius de Vbertinis Florentinus historicus simul et præclarus Cosmographus peruidit atque significauit, quum apud Tyberim Noæ patri, successisse asserit Ianū, supple iuniorem, quem Berosus cognominat Cranū Razenuum, à quo Thusci vocati sunt Razeni, vt Dionysius Halicarnasseus in primo libro est author.

Crana et Cranus.

B Neq; tamen arbitretur lector Cranum sorori statuisse Lucū et annuos ritus diuinos, sed parentalia, quia nōdum idololatria Thuscanico pectori insederat, vt paulò post videbimus. Cranus inquit senex creauit filiū suum Aurunum Coritum, id est, coronauit eum Iouem sibi successorem in Hetruria, à qua Berosus in Hispanos proficiscitur dicens:

Arij xx. anno apud Celtiberos regnat Brygus, qui multa oppida suo nomini fundauit, ad
C *iectis nominibus capitum originum, quibus illa consignabat.*

Brygium.

Brygum Asiani Phrygum pronuntiauerunt, quoniā teste Plin. in. v. naturalis histo. Brygos qui ab Europa in Asiam pro sedibus traiecerunt, equidem Phrygios dixerunt. Cum Brygi Hispani colonias in Asiam mitterent, etiā in Thuscana Sabatia colonias consanguineis relique re apud lacum Sabatium, cuius portio vna ab eis Brygia

D na est, à qua conditum est oppidum Brygianum, quod corruptè proferimus Braccianum, sed ante Arcennū et prius Barcenum. Nam vt argumento Cosmographico vtamur, quo pacto vocatæ sunt coloniæ in Alpinos à Thuscis missæ teste Liuio in 5. ab vrbe condita, equidem eodem vocatæ sunt illarum origines, vt à Rheto Rhetij, et ab Hetruscis Catbenacus Catbenaces, et eiusmodi, quas Plinius in Alpinis enumerat. Seruarunt enim originum suarum nomina, de more vetusto, vti par erat.

Ergo

Ergo quia Plinius Alpinos Thuscos vocat Brigianos et & non Bracchianos, consequens est, vt regio in Hetruria sit, & dicatur Brigiana à Brigis Hispanis consangui neis, & non à Bracchio Bracchiani, vt ignari originum suspicantur. Vt autem intelligamus Brigos in immẽsum coaluisse in Hispania, argumẽto sunt, quòd opus fuit eos quærere nouas sedes & in Europa & in Asia, vt insinuat Plinius, & in Hispania multa capita originis Brigianæ fuère, vt Berosus scribit. Quinetiam vt memorat Ptolemæus cum Plinio, in Asia sunt Phrygij. In Vindelicia Brigantes & Bartobriga, quam quidam Ratisbonã nunc dici existimant. Item in Thuscia Brigianos. In Hibernia Brigantes populos, & Brigum fluuium ab eodem duce ac gente scribit Ptolemæus. Rursus describit in Lusitania quidem Laccobrigam, Mirobrigam, Arcobrigam, Merebrigam, Arabrigam, Talabrigam, Cotgacobrigam, Deobrigam, & in Taraconensi, Brigantium, Nemorbrigam, Tungobrigam, Volubrigam, Celiobrigam, Iacobrigam, Dobrigulam, Nertobrigam, & Sigobrigam. Itaq; vt Magus, quia multa oppida in Gallis condidit, idcirco Galli oppida ab eo Maga vocabant, vt in præcedentibus fuit expositum, pari forma Hispani à ducis proprio nomine vrbes vocabant Brigas. Hinc & Iuliobriga, & Flauiobri ga in Hispaniis à Ptolemæo scribũtur. Nunc ad alios Berosus se confert dicens: A Brigi. B C

Apud Lybiam regnauit priscus Hyarbas vir ferox armis & militia Paladuæ.

Priscum Hyarbam dicit, ad distinctionem sequentiũ, qui regnauerunt in Numidia vsq; ad Didonem. Ab hoc Numidas appellãt Hyarbas, vsq; ad hanc ætatem, quamuis quidam paulò minus assueti ex nostris Arabas vocent. Nam Genuenses Tunisium colentes, expresse Hyarbas vocant, & similiter ipsi Numidæ seipsos Hyarbas à duce nominant. D

Anno. XXIIII. Arij apud Ianigenas Razenuos regnat Aurunus filius Crani. Anno. 29

A *apud Celtas Dryius peritiæ plenus.*

Supra retulimus, quid Cæsar in. 5. commentariorum
Dryiudæ. *de Dryiudis huius successoribus scribat. Porrò Diodorus in 6. libro de eisdem ait: Celtæ vtuntur diuinatoribus Dryiudibus, qui apud eos dum auguriis & sacrificiis futura prædicant, plurimi existimantur omni eis obtemperante plebe. Quum verò de magnis rebus consulunt, mirabilem, incredibilemq; consuetudinem seruant. Iugulant enim ense hominem. Quo decidente quum ex casu*
B *tum ex membrorum laceratione, & sanguinis fluxu, ex quadam rerum antiqua obseruatione, norunt futura. De eis quoq; Lucanus in primo libro multa prosequitur. Plinius item in fine. XVI. libri naturalis historiæ: Nihil, inquit, habent Dryiudæ. Ita enim Galli suos appellant Magos. Sed vt ait Suetonius in vita Claudij, apud Gallos Dryiudarum religionem diræ immanitatis interdictam sub Augusto, eam Claudius penitus aboleuit. Huius Dry*
Aurunus *iudis ætate etiã Thuscis imperauit Aurunus. Hetrusci dicunt Aurunus, Latini Auruns. Vnde cùm inito regno*
C *de more posuisset colonias, à se vocauit Aurunas, siue Auruntas. Teste Plinio in tertio naturalis historiæ, vrbem in Thuscis Aurunum posteri vocauerunt Saturniã quam nuper restituere dirutam Senenses, quos Thusciæ vetustissimos testes induxit Euander in septimo Æneidos ad Æneam loquens: Fama, inquit, est obscurior an-*
Arunti *nis Auruntos ita ferre senes, his ortus in agris Dardanus, Ideas Phrygiæ penetrauit ad vrbes. Neque vt qui-*
Arunci. *dam somniãt, inducit Latij populos Aruncos, qui Æneæ aduentu non extabant, cum diu post conditos historici eos referant, & falso demonstrasset ac dixisset, his ortus*
D *in agris Dardanus. Neque etiam consuetudinis est de rebus domesticis inducere testes externos. Et idcirco Auruntos Thuscos producit testes qui vetustissimi de domesticis suis, & eorum origine testimonium ferre, & originis locum vere demonstrare poterant & dicere, his nostris agris atque planitie Dardanus ortus fuit, & hinc à Turrhena sede Coriti patris sui, profugit in Samothraciam et Phrygias vrbes. Non solum autem has*

vnas colonias in Thuscia, sed plures etiam per Italiam misit, quarum regiones vocabulo Scythico Mont Auronas ad hanc ætatem vocamus. Nam vt Talmudista quidam retulit, Scythæ veteres municipes & societatem vocabant Mont, Aramei verò Maont. Porrò etiã nunc nostri Genuenses, Municipiũ & societatem insulæ Chij, vocant Maonam, & municipes Maonenses. Itaq; Mont Aurunum, municipium Auruni dicitur, sicut & Mont Dirimanum, & Mont Italianum, & Mont Heranum, & Mont Atum, & Mont Tethym in hac planitie, interpretantur municipium Dyrim, id est, Atlantis soceri Coriti & patris Electræ, quippe quia Mauri Dyrim vocant Atlantem, vt est author Plinius in 5. naturalis historiæ. Neque vt quidam putant Mont dicitur à monte, quia ex his quædam non sunt in monte, vt Mont Auru nus, Mont Atus & eiuscemodi. Quare est barbarum no men et Municipium dicitur. Quare et reliqua municipia sunt, Itali, Heræ, Atus, et Tethyos. Nã et pater Tethyos Ianus hic regnauit, sicut et Tyrrhenus filius Atus. Et nõ est dubium cum patre profectos per orbem filios Iani Tethym et Oceanum, nomina simul et colonias reliquisse multis in locis, ex quibus (vt diximus) in hac planicie est Mont Tethys, et prope Vetuloniam templum, quod hac ætate templum fatale in Vadimonia dicimus, et Plutarchus id dicatum Tethydi asserit, dum in vita Romuli dicit, Albanorum regem misisse ad templum fatidicum Tethyos in Hetruria. Porrò et Oceani, Tethyos fratris et coniugis coloniæ sunt Cupranica oppidum, nunc Capralica, cuius amni capo Oceanum nomen est inditum.

A
Mont.
Maont.
B
Mont Aurunus.
C

DE VII. REGE ASSYR.

SEptimus Assyriis imperat Aralius annis XL. vir iste claruit ingenio & studio militari, & primus adauxit pompas & gemmas, & muliebres delitias. Apud Libyam Hyarbas cum Paladuis fœminis belligerans, non fuit illis par. Quare donis occurrens

D

se

A *se ac regnum illarum permisit potestati.*

Paladui. *De Paladuis, id est, initiatis ad militiam Dymonnis Tritonidis Mineruæ, vt in multis lucubrationibus explicatum est, & superioribus commẽtariis memoratum*
Hyarbas *extitit, quas Græci Amazones vocãt, Diodorus in quarto libro commemorat, nulla ibi facta Hyarbæ memoria. Ex his tamen quæ ibi dicit, colligere possumus, aut hoc Hyarbæ cum eis bellum fuisse primum, aut prius à regina illarum Myrina subactos Numidas, nunc cum Hyarba rebellantes iterato ab eisdem in potestatem redactos.*

B *Apud Tuyscones regnabat Herminon vir ferox armis, & apud Celtas Bardus, inuentione carminum & musicæ apud illos inclytus.*

Cum Germanos semper Tuyscones appellet Berosus, argumentũ facit, ante Romanos cæsares fuisse Berosum, quia nomen Germanum circa tempora Cæsaris cœpit, vt Tacitus author est de situ & moribus Germanorum. Cum ergo apud Germanos illorum rex ferocia militari
C *notatus militiam suos doceret, apud Celtas carmen & Musica docebatur à Bardo. De vtroq; rege hæc inuenio.*
Herminones. *Ab Herminone Germani Herminones appellationem in partibus habent, vt Plinius in naturali historia, & Ta*
Ger. mores *citus perhibet in libro de situ & moribus eorum, de quorum militia & edocta instructaq; ferocia sic scribit: Acies, inquit, per cuneos permittitur cedere loco, dummodo rursus instes. Nam hoc consilij magis quàm formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis præliis referunt. Scutum reliquisse præcipuum flagitium, & huic*
D *ignominioso, neque aut sacris adesse, aut certum conciliumq; adire fas est. Quare multi superstites, bellorũ infamiam laqueo finierunt. Hæc Tacitus. Quisq; plura de institutione militari & bellica à duce Herminone tradita legere cupit, perlegat prædictum authorem. Porrò de Bardica secta apud Gallos in 6. li. Diodorus Siculus, sunt inquit, apud Celtas melodiarum Poëtæ, quos appellant Bardos. Hi cum organis veluti cum lyra cantant, hos laudantes, & alios vituperantes. Et paulò post, sunt inquit, hi poëtæ*

hi poëtæ tanti apud eos, vt cum extructa acie, exercitus eductis ensibus, coniactisq; iaculis propinquant, non solum amici, sed hostes quoq;, eorum interuentu, à pugna conquiescant. Ita apud agrestiores barbaros ira cedit sapientiæ, & Mars reueretur musas. Hæc Diodorus, quanquam agrestiores Barbaros falsitate Græca nostros consanguineos Gallos scribat, qui ante Græcos literas & musas habuere, & Asiæ atque Græciæ illas cõtulere, vt in præcedentibus est comprobatum. A

Aralij anno x. Armeni Ianigenæ Griphonij cum coloniis suis ad Aurunum Ianigenũ venerunt, quos exceptos hospitio, etiam sedem cum Ianigenis Razenuis aßignauit. Classe quoque Auson eodem tempore ab Auruno fuit exceptus anno octauo sequente, & ipsi sedes in orientali Italia ab eodem consignata fuit. B

Mendaces in historia Græci quidam atque Latini Græculi asserunt Ausones Apulos dictos ab Ausone Vlyssis filio conditos, post Troianum excidium. Horum falsitas & figmentum refellitur, authoribus aliis Græcis & Chaldæis Dionysius enim Halicarnasseus in primo libro Græcas historias referens ait, primas colonias ex Græcia in Italiam transportatas fuisse, ab Oenotrio Arcade, decem & septem ætatibus, id est, quingentis & decem annis ante Troianum excidium. Nam teste Diodoro Siculo in secundo libro, ætas & generatio perficitur spatio triginta annorum apud Ægyptios & xxv. apud Græcos, vt supra Xenophõtem scripsimus. Is asserit eundem Oenotrium, reperisse iam Barbaros colonos, qui (vt ait) tunc Ausones dicebantur. Quo ergo pacto potuere condi & dici nuper Ausones, post Troianum excidium à filio Vlyssis, qui ante idem excidium Troianum, & conditi & Ausones dicti erant plus quàm quingentis annis? Ergo & veracissimus noster Berosus Græcam vanitatem C *Ausones.* D

tatem

A tatem elidat dicens, ante etiam Oenotrium Ausones con ditos in Apulia, anno Aralij XI. Auson, Aus Hebraice

Aus. à Moyse profertur, qui antea in Syria curua posuit Au

Iob. sitides, ex quibus Iob sanctissimus oriundus fuit, vt te stantur Hebræi. Nam eius prouincia & vrbs ab Hebræ is non Vs, sed Aus scribitur. De eius ducis origine satis

Perusia. in genealogiis expressimus. Porrò de Perusinis mentiun tur Græci, à se conditos fuisse, quippe quia ante Pelasgos Perusia nomen Scythicum, & fermè Hebræum erat. Pe rus enim Griphon & Perusia Griphonia dicitur ab insi-

B gni. Non negamus Græcos Pelasgos cepisse Cortoniam & partem auxisse Perusiæ, & Turrheniam, & bis coha bitasse, vt scribit in 1. libro Dionysius Halicarnasseus, sed reiicimus mendaces, qui fingunt Perusinos primum aut à Pelasgis conditos, aut vocabulo Græcanico dictos, vt author verax Berosus explicat, & interpretatio nomi nis sempiterno illorum insigni congruens, efficacissime conuincit. Tanta est Græca vanitas & gloriosa ambi tio, vt quum in contrarium extent authores & argu menta, non pudeat illos de Italiæ origine quàmplurima

C scribere, & nihil probare, & multa palam mentiri. Ergo à Iano oriundi Perusini, ab insigni cognomentū habent, & anno priore Italiam tenuere quàm Ausones Apuliæ.

Idem Aurunus in Vetulonia Lucum sacra uit Crano, & inter Isos, id est, deos annumera uit. Iano quoq; Vortumno templum & statu am non procul vrbe dedicauit, & deo Raze nuo in Vetulonia sacellum condidit.

D Exponit Berosus dici Isum & Isim deum & deam,

Isus et Isis. quæ Itum & Itim proferunt Hetrusci, & interpretan tur Iouem & fidutiam Iouis siue Iunonem, vt Macrobi us indicat in Saturnalibus. Lucum in parte Vetulo niæ ad perennē aquā de more vetusto sacrasse Crano, no men Cranisus. i. Cranus Deus est argumento. A cogno mento verò Razenuo, id est, sacro Inuo non extat nomē in parte Vetuloniæ. Extat tamen Etrusca Ryyella inscri ptio, asserens Ichiū siue disputatricē vrbem proximā Sur

rhenæ

rhenæ fuisse dicatã Iuno Vetusto huius patriæ regi, Vt pro batè tradidimus in de origine literarũ & philosophiæ. Nam Vt etiam sæpe probauimus, quem Aramei Razenu um, eundem Græci Sceuaston Pana, Latini sacrum Syluanum dicunt. Ergo Vicus Etruriæ, quem ad hæc tempora Vocamus Sceuaston Pana, est locus sacer Razenuo De Iano Vertumno supra explicauimus. A

Nouißimis annis Aurunus Malot Tagetem filium creauit Coritum, &.35. Aralij anno obiit & succeßit Malot Tages.

Apud Arameos simul & Hebræos Malot dicitur Vates, angelus, nuntiator, responsor. Rex igitur Tages cognomentum Malot sortitus est, quòd futura præcinebat, de quo Lucanus in primo libro dixit: Fides nulla fibris, sed conditor artis finxerit ista Tages. Hic Vnum proximum Vetuloniæ collē inferis sacrauit inter Surrhenam Iani ac Vestæ Vrbem, et Kiteos siue Itali tumulos sub fanum Volturrenæ. Eum ad hæc tempora Vocamus antra et cryptas Malot Tayetis cum Tagetis scribere debeamus per g literam, Vt Berosus et prædictus contractus et poëtæ et historici scribunt. B Malot. Tages. C

Anno penultimo Aralij classe venit ad Malot Tagetem Ianigenum Razenuũ Phaëton cum filiis suis, qui inueniēs omnia ab Ausoniis occupata ab Oriente, & montana à Gallis & Aboriginibus possessa, planitiem verò à Razenuis Ianigenis habitatam, donatus fuit parte Occidentali, posseditq́ cum sua posteritate montes & totum Eridanum vsque in regionem proximam, istis relinquens nomina locis. D

Certat Dionysius Halicarnasseus Græcus contra Catonem & Sempronium & alios Latinos de originibus, asserens hos nostros scriptores similia fabulis scribere, In Dionysium Halicar.

quia

A quia dicunt Lygures duce Phaëtonte, primos Græcos ex Attica in Italiam venisse ante Oenotrium Arcadem, quum ipse nullas colonias reperiat in Italiam è Græcia traductas priores Oenotrij, qui adnauigauit in Italiam fermè quingentis annis ante Troianum excidium. Sed pro Catone atq; Latinis respondent Plinius in tertio naturalis historiæ, & Iuuenalis in Satyra, quòd rationem & originē Italiæ pudet mutuari à Græcis, & Latini nō fabulas texunt nisi quum sequuntur fabulosam Græciā mendacem in historia. Itaque vt Cato de originibus asserit, per multas ætates ante Oenotrium Phaëtonteæ Lygures coloniæ ex Attica venerunt in Italiam, non tamē ex Attica oriundæ, sed Ægypto. Nam teste Moyse & supra in Genealogiis Beroso. Cur filius Camesis Saturni Ægyptij genuit Phaëtontem, quem prolatione Hebræa Moyses Phut, Aramei Phet, Latini Phaëton pronunciant. Ab hoc prodiit Lygur. Primum posuisse colonias in Ægypto & Lybia nomen est argumento, quia Lybii ante Lybium Ægyptium Herculem, dicebātur à duce Phutei siue Phaëtontei, vt Hieronymus asserit in commentario x. cap. supra Genesim. Ptolemæus quoq; memorat in Æthiopia Ægypti vrbem Phut Iur, & in Marmarica Phut Enuti, & in Lybia Phut fluuius, & vocabulo Arameo non Græco fluuius in Lyguria iuxta Genuam Phet Riton, vernacula olim lingua Phe Ritō, vt Plinius notat in tertio naturalis historiæ. Est autem Ritos (teste Hieronymo & Talmudistis) bonus siue religiosus, à quo Rituales libri Etrusci dicuntur teste Festo. Itaque Phet Riton, id est, Latina lingua Phaeton bonus siue religiosus, indicat Berosum veracem æque ac Græcos mendaces. Existimo autem præbuisse occasionem mentiendi Græcis nominis similitudinem, qui nomina et gesta Ægyptiorum furati, suis nouitus nuper et heri ducibus tribuerunt, vt ingenuè confitetur Græcus Herodotus in tertio historiarum libro. Ergo cum Catone de originibus fatemur per multas ætates ante Arcades, venisse Phaëtonteos Lygures, et cum Beroso definito anno penultimo Aralij Assyriorum regis ante Troianum excidium annis fermè octoginta supra sexcentos, vt in Eusebio de tempo-

Phaetōteæ coloniæ.

B

C

Phaeton quid.

D

temporibus supputatur. Ergo si, vt ait Dionysius, Oeno- A
trius classe nauigauit in Apuliam ad eos qui tunc dicebā
tur Ausones, decem & septem ætatibus, id est, decem
supra quingentos annos ante res Troianas, & ante eas-
dem Phaëton Lygures traduxit annis sexcentis octogin
ta, vt cum Beroso Latini consentiunt, consequens neces
sario est, vt Lygures multis ætatibus, id est, annis cen-
tum & septuaginta Italiam ante Oenotrium coluerint,
quod teste Dionysio & Cato de originibus scripsit, & Ca
ius Sempronius testatur, & alij illustres Latini scripto-
res consentiunt. Ex his patet multa Latinos de origini- B
bus contra Græcorum traditionem memoria prodidisse,
secutos Berosum & alios vetustatum certissimos scripto
res. Constat quoq; Lygures paucos à Iano Ianigenas po-
sitos inuenisse, qui etiam montana & Galliam Cisalpinā
vsq; Istriam coluêre, vt in sequentibus exponemus.

Eo tempore Italia in tribus locis arsit mul
tis diebus circa Istros, Cymeos, & Vesuuios
vocataq; sunt à Ianigenis illa loca Palensa- C
na, id est, regio conflagrata.

Quæ hoc loci Berosus interpretatur nomina, satis ac
cedunt conuersioni nominum Hebræorum & aliarum
gentium à Hieronymo & Talmudistis traditæ. Aiunt
enim Esai & Esan ignem & incendium dici, quod Græci
phlegram vocant. Pilam verò & palen, ostium & origi-
nem percussionis interpretantur. Hinc Etrusco vocabu- Palensana.
lo à Ianigenis composito Palensana, est ostium percussi- Conflagrationū causæ.
onis incendij, vbi cœlestis afflatus primū exorbitans per
cussit. Eiuscemodi enim conflagrationes fiunt ab exorbi-
tatione octaui circuli, dum extra orbitationes ab occidē- D
te in orientem, iteratoq; ad occidentem, accedit & rece-
dit supra centrum Arietis & Libræ duos paruos circu-
los describendo, vt Thebit astrologus docet. Nam cum
motu accessus & recessus peruenit ad cardines parui cir
culi, si cardo aspicitur ab syderibus aquosis inducit dilu-
uia exorbitātia. Si verò aspicitur à sydereo afflatu igneo,
gignit incēdia & cōflagrationes in locis sulphureis aptis

A incendio, vt in Pyreneo Hispaniæ, aut Sodomis, vbi erāt putei bituminum. In locis verò non aptis incendio, non flagrat sed exæstuat hæc cœlestis exorbitatio, de qua Plato in Timæo scribens, illa, inquit, quæ vobis quoq; cōperta est, Phaëtontem solis filium, quondā solis currus ascendisse luciferos, illosq; exorbitasse ac incēdisse terrena, fabula quidem putatur, sed est vera historia. Fit enim cœlestium longo circuitionis tempore orbium exorbitatio, quam vastitas conflagrationis sequatur necesse est. Hoc loco Plato æquationem, motumque accessus & recessus

Phaetontis historia nō fabula.

B vocat cælestium orbium exorbitationem, cùm quia hæc sola orbitatio fit longissimo tractu temporis, vt patet ex eius motu & æquatione, tum præcipuè quia extra omnem orbitationem aliorum syderum & orbium, quæ in longitudinem ab ortu ad occasum semper currit, hæc etiam circum latitudinem & altitudinem vndique girat. Verum quia ex incendio salsedo gignitur, vt testimonio est experientia & Aristoteles in Metheoris, consequens est, vt omnes montes isti, & hæc diffusa planities dicantur montes salsi, vallisque salsa Latino vocabulo, quam

C teste Hieronymo & Talmudistis Aramei Gemeam & Gemellam, Scythæ verò & Etrusci Cymeam & Cymellam vocabant & proferebant, & Romani Cyminiā pronuntiant. Nunc vetusta vocabula manent loco quidem originis, Palensanæ, mōtibus & iugis & lacui Ciminiis, & subsidēti planitiei & campo Cymeo & Cymello Nam & clarus Viterbensis miles Bartholomeus Berardi legat conuentui nostro vallem Cymellam, & rupes prati Cymellæ regionis inter diruta vetusta oppida Volcenam et Aralidon, ac amnes Veias ad Cybellariam, vt in testamē

D to eiusdem exprimitur, seruato in archiuis conuentus in sacculo contractuum eius, ac domini Viscontis Gatti. Itaque, quoniam hæc nostra planities sulphurea & thermalis est, & Vesuuia suapte natura incendia eructat, & in Istria aliquid his simile est, diameterque circuli parui exorbitationis igneo afflata sydere solam hanc longitudinem in Italia repercutiebat, in qua hæc tria loca continebantur, iure palensana, id est, primum repercussa cœlesti incendio, & à salsedine per incendium relicta Cymea &

Cymella

Cymella dicta fuêre vocabulo Ianigeno. Ex his patet fabulam Phaëtontis mystice acceptam veram esse. Nam Phaëton exorbitationis incendium est. Ceciditque in Eridanum, casumque defleuere sorores, quia circa partem Italiæ primum Eridano oppositam Istriam cecidit, & sorores eius duæ aliæ partes Italiæ Cymea & Vesuuia idem incendium passæ gemuerunt. Nam quoad Phaëtontem Lygurum genitorem, certissimi (vt in aliis produximus commentariis) authores sunt Berosus Chaldæus, & Theophrast. Græcus, & Plinius Latinus in naturali historia & oraculum Phaëtontis ac sepulchrum in Æthiopia, illum non in Eridanum submersum fuisse, sed in Æthiopiam reuersum ibidem cessisse vitæ. A Palensana. Phaetontis fabula. B

DE OCTAVO REGE Assyriorum.

Octauus rex Babyloniæ fuit Baleus cognomento Xerses & regnauit annis 30. hunc appellauerunt Xersem, id est victorem & triumphatorem, quòd imperauerit duplo plus gentibus quàm Aralius. Erat enim militia ferox & fortunatus, & propagauit regnum vsque prope Indos. C

Iustinus probat Persas esse Scythas exules, non modo quia ad hanc ætatem Scythice loquuntur, verum etiam quia Persa est vocabulum Scythicum & significat exulem. Apud eos Xersem & Artaxersem sæpe legimus, et teste Herodoto in sexto libro, Xerses est bellator, Artaxerses maximus bellator. Verumtamen non absolute bellatorem significat, sed vt significantius exprimit Berosus significat debellatorem, atq; in bello victorem. Arthem ergo Scythiæ, Hetrusci autem Larthem propagati à Scythis proferunt, & maximum significat. Teste enim Seruio super. 7. Æneidos, & nos probauimus in de origine situq; ac moribus Hetruscorũ, in annuo magistratu erãt Tuscis. XII. reges quos Lucumones Scythice appellabant Baleus. Persæ. Xerxes. Artaxerxes. D Larthes. Lucumones.

A quibus vnus siue tertius decimus perpetuus rex & dictator praerat in fano Volturrenae, vt Caesar olim, nunc Pontifex Romae, quae est publica regia regum & Pontificum. Hunc dictatorem siue in principatu maximum, lingua Scythica Arthem siue Larthem vocabant, vt nunc Papam. Verum inuenio in Liuio Tolumnium Veientem Larthem, Porsenam Clusinum Larthem, & in fragmentis quibusdam Mezentiū Larthem, & in inscriptione Ryyella Hetrusca & Cthesium Larthem In alia verò inscri-
Ial. ptione scribitur yellum Larth Ial. Et hoc existimo fuisse
B proprium Hetrusci regis regum Epithetō. Vnde vt vno vocabulo communi papam, & proprio titulo maximum pontificem exprimimus dei monarcham in toto orbe, pari modo, Hetruscum monarcham regum Lucumonū vno communi vocabulo vocabant prisca lingua Larth, id est maximum omnium, proprio verò Epitheto Larth Ial, id est omnium maximum inuictum. Ial enim vt Talmudistae asserunt non absolute fortem, sed significātius inuictum significat. Vnde Leonimus populus Hetruscus cum Iasiū
Gulni Ial. regem creauit, eidem acclamauit Gulni Ial, & per synco-
C pam Guln Ial i. corona inuicta, vt Iasiana triūphalis inscriptio probat, & Talmudistae interpretantur. Ita Scythae Persiani suum regē regū Arthem, Hetrusci consanguinei eorum Larthem i. maximum communi vocabulo nuncupabant, propria vero adiectione, illi à bello Xersem, isti à sempiterna troſſola victoria Ial, id est, inuictū vocitabant. Deridendus est igitur in hac parte Dionysius Halicarnasseus, aut certe danda est venia ignoratio nimorum gentis Hetruscae ac eius nominum. Asserit enim Porsenam fuisse regis cognomen, Larth verò nomē
D proprium, cum econtra Larth sit dignitatis cognomentum commune, & Porsena regis Clusini propriū nomen. Sed cum Beroso reuertamur ad mutuos consanguineos Italos, Celtiberos & Germanos.

Huius Balei Xersis temporibus, regnat apud Celtiberos Tagus cognomento Orma, ex quo patria dicta fuit Taga. Apud Tuyscones

regnat Marsus, & apud Lygures Phaëton, re licto filio Lygure, regressus est in Æthiopiam Maloth Tages ritus sacros à Iano traditos, & aruspiciam auxit. A

Ergo satis conueniunt Tagus & Tages nomine, tempore, & interpretatione. Differunt verò cognomento et arte, quòd ille Orma, iste Maloth cognomentum sortitus fuerit, pro differēte arte ac studio. Sane sciendū Tagum interpretari auulsionem. Orma coloniā vel incolas. Hinc Hierony. de interpretatione nominū. Togorma interpretatur auulsionem incolarū. Idem autem est quem in Geneal. Beros. vocat Tagum Orma, & Moses Togorma, vt patet Gen. 10. ca. Ergo studiū huius fuit ex indigenis & incolis Hispaniæ auellere colonias, & deducere ad alias Hispaniæ partes tum inhabitatas, vbi ab eo dictus est fluuius Tagus aureis arenis. Quare hic primus cœpit colere partes Hispaniæ circa Carthagineam & Toletum, quia Tagus Toletum radit, & oritur prope Hispaniæ Carthaginē, & ob auriferas arenas cæteris amnibus antefertur, vt author est Plin. in 3. nat. hist. Hinc Iuuenal. Tanti inquit tibi non sit opaci, omnis arena Tagi, Opacum dixit ob aureas arenulas præ vbertate amnem obumbrantes, quo pacto Virg. turbidū Hermon dixit in 1. Geor. Atq; inquit, auro turbidus Hermus. Hic Tagus non modo in Hispaniam, sed in Albaniā, Caspiā, Lybiāq; & Aphricam colonias misit, vt argumento sunt in Ptolemæo & Cosmographis nomina Taga & Tagorma locis de regum priscorum more indita. Consanguinei enim erant Hispani Caspiis, Phœnicibus & Pœnis, vt Varro prodit, & Plin. in 3. lib. naturalis histo. Tages verò auulsor Maloth. i. responsionum & vaticiniorū erat, vt supra diximus, & ob id studuit aruspiciæ, eo pacto quo profuse monstrauimus in aliis nostris ab Hetruria condita. Porrò vt in præcedentibus commentariis ac libris disseruimus, Phaëton non mansit in Italiis, sed regressus in Æthiopiam dicitur, creato Lyguribus duce filio Lygure, à quo dicti sunt Lygures, & non à legumine vt quidam som-

Tagus. Tages. B Togorma. Tagus. C D Maloth. Lygur.

A niant, quia extabat Lygur nomen, cum non extaret lingua Latina, vt tempora conuincunt. De Marso verò Germanorũ rege in Genealogiis retulimus, à quo regio Marsorum est in Germania, vt Plinius in naturali historia scribit, & Tacitus de situ ac moribus Germanorum insinuat. Est autem Arameum vocabulum Maresus, &

Marsi. per syncopam Marsus. Duæ sunt per compositionem syncopatam dictiones, Mares us, id est, princeps duxq; consiliorum, vt vocabula interpretantur D. Hieronymus & Talmudistæ. Nomen ergo accusat hunc primum Germa-

B nis dedisse consilia, cœtusq; principum, & consulendi instituta. De quibus non pauca insinuat Tacitus de moribus Germanorum, si quis eum spectate perlegat.

DE NONO REGE Assyriorum.

NOnus rex Babyloniæ Armatritis imperauit annis. XXXVIII. Qui magis ad voluptates & delitias conuersus, ea quæ ad li-

C bidinem spectant, cum inuenit tum maxime inuenta ampliauit. Huius ætate apud Celtas Longho regnauit, & apud Celtiberos Betus, à quo regnum habuit nomen: & apud Ianigenas Sicanus filius Maloth Tagetis, à quo cognominata fuit Vetuloniæ regio.

Armatritis. Quatuor eo tempore maximos reges refert Berosus, quorum primum præcipuè sequuti sunt Sardanapalus

D ex Chaldæis, Nero ex Romanis, & alij complures. A Lõ-

Longho. gho verò Gallorum rege, Longones & Lyngones dictos nomen accusat, quos in Galliis à Ptolemæo & Geographis comperimus non prætermissos. Arbitror autem per compositionem dictum Longho, id est, Lomnigo, quod interpretatur princeps coaceruans. Quid verò coaceruauerit cum non reperiam, doctioribus exponendum relinquo. Apud Ianigenas rex erat Sicanus filius Maloth Tagetis, Ergo nostra vallis Sicania, non à Sicanis Italis dicta est,

* Eta est, qui multis post sæculis in Italiã cum illo ex Sicilia venerunt, etsi fortè cum his habitauerunt, vt locis suis explicabitur. Nunc de rege Bero, à quo Betica Hispania est, aliquid breue dicamus. Aiunt Talmudistæ, qui etiã Latinam linguam nouerunt, Bætum per diphthongon, æ, Bætum debere scribi: quod Hebræi & Syri propriè behin dicunt, id est, locus vitæ meæ: vt etiam diuus Hieronymus consentit de interpretatione Hebraica. Cæterum Bætus interpretatur ab Arameis dici locum vitæ felicis. Est enim Hispania Bætica delitiarum hortus, & ab Homero Campus Elisius vsq; in angustias oceani Gadium dictus. Vnde Strabo in primo: Elisium, inquit, campum Hispanias Homerus appellat, ad quem mittendum asserit Menelaum his versibus: Elisium ad campum, summas telluris ad oras. Numina te mittent, Victus vbi est facilis non nix hybernáue multa Cercinus & Zephyrus, sed suaues excitat auras. In hoc est oceanus, id est, fluuij fluxus ac refluxus, vt rectè suspicatus est Possidonius, quo pacto ait poëta: Oceani fluxum fluuij cum cymba reliquit. A Bæto ergo .i. vitæ meæ felici duce, Bætica quasi beatica Hispania, & Bætis fluuius in oceanum fluens dictus est, dicente Seneca in Medea: Nomen qui terris dedit Bætis suis, Hesperia pulsans maria languẽti vado. Huius fluuij quũ vires multæ sint, præcipuè tamẽ felicitat lanas tingendas, & mulierũ pulchritudinem, dũ facies illarum lacteas & candidas reddit, id significante Iuuenale, dũ in Satyra Natali scribens: Præcipitare (inquit) volẽs, etiã pulcherrima vestem. Atq; alias, quarum generosi graminis ipsum Infecit natura pecus, sed & egregius fons. Viribus occultis, & Bæticus adiuuat aër. Et Martia. Bætis (inquit) olifera crinẽ redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.*

A — Bætus. — B — Elisij in Bætica. — Bætica. C — D

Anno vigesimo Armatritis Lygur misit Cydnum & Eridanum cum coloniis, cum fratribus & nepotibus: & occupauerunt vsque Istrum in Italia.

Supra dixit de Phaetonte & eius posteritate, quòd

A *occupauerunt vsque Istriam relinquentes nomina locis. Itaque primum videamus, si quid in Geographis ex horum vetustis cognomentis Scythicis relictum est locis à Lyguria in Istriam. Et Lyguria quidem à ducis nomine argumentum habet, à quo post Ianum principio Lyguriæ nomen desumpserit. In Galliam Cisalpinã, quæ à Longobardis vltimam cognominationem assumpsit Longobardiam, & de more vetusto per synæresim Longbardiã, siue Lombardiam iuniores dixerunt. Cydnus certè Cydnomanos prolatione Scythica, & Cednomanos, siue per synæresim Cenomanos condidit. Cydnus à diuersis gentibus, aliter & aliter pronuntiatur. Babylonij Cednum, Scythæ Cydnum, Græci Cycnum, Latini Cygnum, Hetrusci verò vt sæpe diximus, de more in compositione synæresim faciunt, & consonantem literam, d vel c, aut g, abiiciunt. Nam quod integrè compositum sonat Cygnomani, vel Cycnomani, aut Cydnomani, et Cednomani, per synæresim profertur Cenomani et Cynomani, videlicet vetustissimæ originis Cenomanæ, à Cydno ortæ.*

Cydnus. Cenomani. B

C *In hac gente illustriores sunt: Bergomũ, Brixia, Cremona, et alia loca vetustis Scythicis nominibus appellatæ. Porrò longitudinem Galliæ Cisalpinæ, quæ per Padum excurrit, vltro citroq; coluisse Eridanum, nomen est argumento, quia Padi priscum nomen Eridanus est à duce, sed à profunditate Bodyna dictus est à Lyguribus vocabulo Scythico, vt insinuat Plinius in 3. naturalis histo. Significat enim, vt ait, fundo carens: esseq; argumento, quia vbi altitudo incipit, oppidum est Bodyn Comacum. Inde teste Metrodoro Sceptio, à Gallis dictus est Padus à multa circum eum olim arbore picea, quam Galli Pades vocant, vt ibidem Plinius scribit libro tertio naturalis historiæ, cap.* XVII. *Ergo Padus à Gallis, ob piceas arbores vltimo dictus fuit: prius verò à Lyguribus ob profunditatem Bodynais, sed initio omnium à duce Phaëtonte Eridanus. Berosius in Genealogiis ait Eridano fuisse filium Ventum, nepotem Venetum, pronepotem Tylam. Ergo Tylauẽtus, et Venetia regiones vsq; Istrum, vt vetustissimæ Phaëtontidũ propagines sunt, et præclarissima proles Eridana, vt nomina et Berosi. conuincunt.*

Padus. D

Eridanus dux.

Et Ca-

A

Et Cato de originibus scribens asserit, multas à Lyguribus Galliæ Cisalpinæ gentes initio manasse, errantq; vehementer Cornelius nepos & alij fabulas Græcas secuti, Venetos ab Enetis Asiæ venisse, cum ècontra à Gallis & Europanis illi Eneti sint orti. Quærendũ est enim ab istis qui fuerint illi Padi & Venetiarum accolæ, quos Dionysius in primo libro Barbaros appellat, qui vetustissimos Pelasgos aduauigantes ad Spineti Padi ostium pepulère. Nam Græci non potuerunt esse, quos Barbaros appellant, neq; item Eneti Asiani, quos ab Europa genitos non Europæ genitores probamus, neque rursus eos Enetos Asiæ vnquam Barbaros Græci appellauerunt. Erant igitur illi Eridani & Venetiarum Barbari, vetustissimi Italiæ indigenæ, aduenæ Eneti. Eorum ergo originem vetustissimam & præclarissimam Phaëtonteam, quia Græca fabula & disciplina nuper & heri orta & tradita teste Herodoto, scire non potuit, saltem æquo animo Berosum, veracissimos Chaldæos de gentium & regnorum antiquitatibus referentem audiant, & ipsi eti am nominibus Scythicis Phaëtõteis extantibus ac perseuerantibus locis victi, cedant iam suis fabulis & caliginosis non illustrosis figmentis. Veneti vnde. B C

Sicanus deificauit Aretiam, & nominauit eam lingua Ianigena Horchiam.

Horchia, non est nomen Græcum, sed Scythicum & Hetruscum, quia teste Liuio in septimo ab vrbe condita, Horchia est dea Hetruriæ. Scythæ autem Hor proprie celsitudinem siue montem & longam rem ad modum turris significant, sicut & Chiat coronam, quam Chiarot alij dicunt, vt Talmudistæ asserunt apud Arameos dici. Hinc diuus Hieronymus de interpretatione Hebraica dicit horchiarot esse longam coronam, quam turritam significantius dici Talmudistæ consentiunt. Ergo Titea vxor Iani dicta est Vesta & terra siue Aretia, vt Berosus scribit, & Ouid in Fast. & Diodorus in IIII. libro testantur. Nam à genitura omnium cum Cælo coniuge dicta Aretia siue terra, & à sempiterna holocaustomatum sacro igne Vesta, & quia erat regina sacrorum materq; Horchia. D Aretia.

A Deûm, atque Vestalium princeps, abbatissa, vt laico voca bulo exprimamus, equidem ab insigni de more sacrorum & dignitatis gestamine dicta est Horchia, id est, turrita corona. Argumentum scilicet, cur omnes Cibeles cũ quin que fuerint, dicantur turritæ? quia videlicet donabãtur turrita corona, cũ reginæ sacrorum matresq; deorum ac Vestalium virginum crearentur, cuius ritus et nominis prima origo fuerit Vesta Horchia vxor Iani, dea Hetru riæ, vt nũc et in præcedentibus fuit expositũ. Extat dirutũ vetustissimũ oppidũ & magna regio ad hanc ætatem B Horchia à Vetuloniensibus dicta. Eius regionis maxima pars, ad ius cõuentus mei Viterbensis spectat. In diruto oppido Horchia domus adhærẽs S. Petro nostra est donatione facta inter viuos ab Archipresbytero eiusdẽ ecclesiæ, pro cõuentu sanctæ Mariæ ad gradus Viterbẽsis, vt donationem in nostris archiuis seruant contractus depositi.

Osiris in Thracia peremit gigantem Lycurgum.

C Osiris. Berosus hoc loci proximum Italiæ fieri sensim Osiridem scribit. Author est Diodorus Siculus in primo libro, & secundo, & quinto ac sexto. Osiridem fuisse cognomento Iouem iustum, qui vniuersum lustrauit orbẽ, & illi imperauit beneficia impendendo, gigantes et impios tollendo, bonos et iustos sublimando, ad originẽ Istriq; fontes supra Macedoniam et propinquos Italiæ accedendo, et in Italia tyrannos gigantes subigendo. In primo quoque libro narrat, quòd quum peragrata omni Æthiopia et India, in Europam per Hellespontum ab Asia tra D iecisset, cum immenso coloniarum exercitu, obsistentem sibi in Thracia Lycurgum Barbarorum regem peremit: Lycurgi cædes. et illi prouinciæ creauit regem Maronem iam senem, qui Maro rex. de more vetusto pro inito regno ædificauit ciuitatem, quam ab se Maroneam nominauit. Consentit itaq; Diodorus Beroso pro Thracia. Nunc ad Hispanos Berosus et Gallos simul reuertitur, dicens:

Anno Armatritis trigesimosecundo apud Celti-

Celtiberos tyrannidem assumpsit Deabus. Qui hoc cognomentum promeruit à fodinis auri & diuitijs, quas primus ibi cepit & inuenit opprimens colonias. Et post duos annos apud Celtas regnauit Bardus iunior. A

De Bardo Galliarum rege, quòd iunior dictus sit ad distinctionem prisci, cuius supra meminimus, nō est dubiū. De Deabo verò tyranno, quòd is fuerit pater Gerionū cognomento Chryseos, supra in. XVII. *parte Genealogiarū explicauimus. De quibus sic ait Diodorus in quinto lib. Vulgata erat per orbem fama, Chryseum (hoc enim nomen à diuitijs traxerat) qui vniuersæ Iberiæ imperaret, tres habere propugnatores filios, cum robore corporis, tum armis egregios. Exercitum præterea cuilibet fortissimorum militū esse. Hos Hercules ad singulare certamen prouocans, sustulit. Hæc Diodorus. Ab his Gerionibus vrbs Gerunda, et à Lomnimis Lomnimia dicta est in Plinio et Ptolemæo, quamuis alteram scriptores corruptè scripserunt Laminiā, pro Lomnimiā. Gerion autē vocabulo prisco à Gera deriuatur, quod est aduena, vt Hieronymus interpretatur. Nam filius prisci Hiarbæ Numidæ fuit, vt supra in Genealogijs exposuimus. Ergo adueniens classe in Hispaniam, Gerionæ, id est, aduenæ nomen accepit, et à diuitijs Aureus Latinè, siue Chryseus Græcè, aut Deabus Mauricè siue Numidicè, et à principatu exercituum Lomnimi Geriones.*

Bardus. B *Deabus. Chryseus. Gerunda. Lomnimia.* C *Gerion.*

DE DECIMO REGE Assyriorum.

D

Decimus Assyriorum rex imperat Belochus, annis trigintaquinque. Qui idcirco à Belo sumpsit cognomen, quia cum imperium voluit exercere maximum pontificum Beli Iouis, & maxime circa auspicia & diuina-

A *diuinationes occupatus fuit eius animus. Apud Tuyscones regnauit Gãbriuius, vir ferocis animi.*

Æque ac Belochus, id est, Beli amator apud Chaldæos, etiam Iulius Cæsar humana diuinis commiscuit. Porrò Gambriuium hunc esse non dubitamus, à quo Plinius in naturali historia, & Tacitus de moribus Germanorũ, appellant Germanorum quosdam populos Gambriuios, & regionem Gambriuiam. Est nomen tribus Scythicis & Arameis dictionibus. Gun beri vius, per syncopam Gunbriuius, & ab alijs Gambriuius. Est autem apud Arameos Gun & Guni corona, beri verò hymber siue expiatio nubiũ, & vio ab suis vt periti Talmudistæ asserunt. Hinc Gambriuius interpretatur Latinè coronatus, ab Vmbris suis. Nam & à principio omnes dicebantur Vmberi, quanquam auita hæreditate soli Comaro & illius posteritati nomen perseuerauerit, vt in præcedentibus est habitum. Existimo hunc fuisse primum, qui corona insigni regio totius Germaniæ consensu pertulerit.

Gambriuius. B *Gumbriuius.* C

Apud Emathios cœpit regnare Macedon filius Osiridis, à quo nunc nomen retinet prouincia: atque circa hoc regnum Osiris depressit gigantes, qui iam tyrannidem cœperant.

Iam Osiris Iuppiter iustus vniuersum orbem lustrãs à Thracia in Emathiam properat, & gigantum potestatem, cũ Hercule ac Macedone filijs suis, iuuantibus ad id Macedonibus sustulit: præfecitq; illi Macedonem, à quo nomen habet, testante Diodoro in primo libro. Osiridem, inquit, proficiscentem duo filij virtute dispari, Anubis & Macedon prosequuti sunt. Vterque armis vsus est & insignibus aliquo animali, haud ab eorum natura dissimili. Nam Anubis canem, Macedon lupum insigne armorum tulit. Qua ex re, hæc animalia Ægyptij in summo honore habent. Et infra: Thraciæ, inquit, Maronem iam senem, Macedoniæ verò filium regem statuit, quæ ab eo Macedonia dicta est. Et in sexto libro inquit:

D *Anubis. Macedon.*

Mace-

Macedones Ioui iusto aduersus gigantes præsidium tulêre. De huius iustitia ibi multa præclara dicit, quæ non conueniunt Ioui Cretensi, qui non fuit in primo ortu generis humani quum gigantes essent, vt in primo arguit Diodorus: neque primus vt Osiris iustitiam per orbem docuit, & lites sustulit, cum iniurijs finitimos pulsauerit: neque virtutibus omnes vt Osiris excessit, quia stupris, furtis, & incestu semper fuit vsus: neque bellum impijs in vniuerso orbe indixit vt Osiris, quia intra limites Creticis septus, solum finitimis pijs Pyraticum bellum indixit, rapiens pueros & puellas contra omne ius fasq́ue. Sed de his hactenus. Nunc Berosum de nostris referentem accipiamus. A B

Vigesimonono huius Belochi anno, apud Celtiberos Lomnimi florebant, & ædificauerunt à suo nomine vrbem magnam Lomniniam. Anno autem sequente Itali oppreßi à tyrannis gigantibus in tribus Palensanis, aduocauerunt Osirim, qui cum colonijs ad Istri vicinios fontes peruenerat. Osiris tota Italia potitus, decem annis illam tenuit, & à se nominauit in triumphum: & sub ditione positis gigantibus, regem Ianigenis reliquit Lestrigonem gigante, sibi ex filio Neptuno nepotem. C

Plura nos hæc litera connotare admonet. Primum, quòd præmisimus Lomnimium oppidum à tribus fratribus conditum philarchis exercituum. Gerundam verò à cognomento Chryseum patrem illorum fundasse. Deinde tam Berosus quàm Diodo Sicu Italos certiores efficiũt. Osiridem Italiam liberasse à tyrannis, & docuisse agriculturam & frumentariam. Et quidem huius sunt hæc argumenta. Primum est in commune inscriptio sacra Ægypti, quæ asserit Osiridem Iouem iustum vniuersum lustrasse orbem, nec fuisse in orbe locum quem non adiuerit: docens D

Osiris Italiam liberauit à gigantibus.

A quia dicunt Lygures duce Phaëtonte, primos Græcos ex Attica in Italiam venisse ante Oenotrium Arcadem, quum ipse nullas colonias reperiat in Italiam è Græcia traductas priores Oenotrij, qui adnauigauit in Italiam fermè quingentis annis ante Troianum excidium. Sed pro Catone atq; Latinis respondent Plinius in tertio naturalis historiæ, & Iuuenalis in Satyra, quòd rationem & originē Italiæ pudet mutuari à Græcis, & Latini nō fabulas texunt nisi quum sequuntur fabulosam Græciā mendacem in historia. Itaque vt Cato de originibus asse

Phaetōteæ coloniæ.

B rit, per multas ætates ante Oenotrium Phaëtonteæ Lygures coloniæ ex Attica venerunt in Italiam, non tamē ex Attica oriundæ, sed Ægypto. Nam teste Moyse & supra in Genealogiis Beroso. Cur filius Camesis Saturni Ægyptij genuit Phaëtontem, quem prolatione Hebræa Moyses Phut, Aramei Phet, Latini Phaëton pronuntiant. Ab hoc prodiit Lygur. Primum posuisse colonias in Ægypto & Lybia nomen est argumento, quia Lybii ante Lybium Ægyptium Herculem, dicebātur à duce Phutei siue Phaëtontei, vt Hieronymus asserit in commenta

C rio x. cap. supra Genesim. Ptolemæus quoq; memorat in Æthiopia Ægypti vrbem Phut Iur, & in Marmarica Phut Enuti, & in Lybia Phut fluuius, & vocabulo Arameo non Græco fluuius in Lyguria iuxta Genuam Phet Riton, vernacula olim lingua Phe Ritō, vt Plinius notat in tertio naturalis historiæ. Est autem Ritos (teste Hieronymo & Talmudistis) bonus siue religiosus, à quo Rituales libri Etrusci dicuntur teste Festo. Itaque Phet Riton, id est, Latina lingua Phaeton bonus siue religiosus, indicat Berosum veracem æque ac Græcos mendaces.

Phaeton quid.

D Existimo autem præbuisse occasionem mentiendi Græcis nominis similitudinem, qui nomina et gesta Ægyptiorum furati, suis nouitus nuper et heri ducibus tribuerunt, vt ingenue confitetur Græcus Herodotus in tertio historiarum libro. Ergo cum Catone de originibus fatemur per multas ætates ante Arcades, venisse Phaëtonteos Lygures, et cum Beroso definito anno penultimo Aralij Assyriorum regis ante Troianum excidium annis fermè octoginta supra sexcentos, vt in Eusebio de tempo-

temporibus supputatur. Ergo si, vt ait Dionysius, Oenotrius classe nauigauit in Apuliam ad eos qui tunc dicebãtur Ausones, decem & septem ætatibus, id est, decem supra quingentos annos ante res Troianas, & ante easdem Phaëton Lygures traduxit annis sexcentis octoginta, vt cum Beroso Latini consentiunt, consequens necessario est, vt Lygures multis ætatibus, id est, annis centum & septuaginta Italiam ante Oenotrium coluerint, quod teste Dionysio & Cato de originibus scripsit, & Caius Sempronius testatur, & alij illustres Latini scriptores consentiunt. Ex his patet multa Latinos de originibus contra Græcorum traditionem memoria prodidisse, secutos Berosum & alios vetustatum certissimos scriptores. Constat quoq; Lygures paucos à Iano Ianigenas positos inuenisse, qui etiam montana & Galliam Cisalpinã vsq; Istriam coluêre, vt in sequentibus exponemus. A B

Eo tempore Italia in tribus locis arsit multis diebus circa Istros, Cymeos, & Vesuuios vocataq; sunt à Ianigenis illa loca Palensana, id est, regio conflagrata. C

Quæ hoc loci Berosus interpretatur nomina, satis accedunt conuersioni nominum Hebræorum & aliarum gentium à Hieronymo & Talmudistis traditæ. Aiunt enim Esai & Esan ignem & incendium dici, quod Græci phlegram vocant. Pilam verò & palen, ostium & originem percussionis interpretantur. Hinc Etrusco vocabulo à Ianigenis composito Palensana, est ostium percussionis incendij, vbi cœlestis afflatus primũ exorbitans percussit. Euiscemodi enim conflagrationes fiunt ab exorbitatione octaui circuli, dum extra orbitationes ab occidẽte in orientem, iteratoq; ad occidentem, accedit & recedit supra centrum Arietis & Libræ duos paruos circulos describendo, vt Thebit astrologus docet. Nam cum motu accessus & recessus peruenit ad cardines parui circuli, si cardo aspicitur ab syderibus aquosis inducit diluuia exorbitãtia. Si verò aspicitur à sydereo afflatu igneo, gignit incẽdia & cõflagrationes in locis sulphureis aptis D

Palensana.

Conflagrationũ causæ.

A incendio, vt in Pyreneo Hispaniæ, aut Sodomis, vbi erãt putei bituminum. In locis verò non aptis incendio, non flagrat sed exæstuat hæc cœlestis exorbitatio, de qua Plato in Timæo scribens, illa, inquit, quæ vobis quoq; cõperta est, Phaëtontem solis filium, quondã solis currus ascendisse luciferos, illosq; exorbitasse ac incẽdisse terrena, fabula quidem putatur, sed est vera historia. Fit enim cœlestium longo circuitionis tempore orbium exorbitatio, quam vastitas conflagrationis sequatur necesse est. Hoc loco Plato æquationem, motumque accessus & recessus

Phaetontis historia nõ fabula.

B vocat cælestium orbium exorbitationem, cùm quia hæc sola orbitatio fit longissimo tractu temporis, vt patet ex eius motu & æquatione, tum præcipuè quia extra omnem orbitationem aliorum syderum & orbium, quæ in longitudinem ab ortu ad occasum semper currit, hæc etiam circum latitudinem & altitudinem vndique girat. Verum quia ex incendio salsedo gignitur, vt testimonio est experientia & Aristoteles in Metheoris, consequens est, vt omnes montes isti, & hæc diffusa planities dicantur montes salsi, vallisque salsa Latino vocabulo, quam

C teste Hieronymo & Talmudistis Aramei Gemeam & Gemellam, Scythæ verò & Etrusci Cymeam & Cymellam vocabant & proferebant, & Romani Cyminiã pronuntiant. Nunc vetusta vocabula manent loco quidem originis, Palensanæ, mõtibus & iugis & lacui Cyminiis, & subsidẽti planitiei & campo Cymeo & Cymello Nam & clarus Viterbensis miles Bartholomeus Berardi legat conuentui nostro vallem Cymellam, & rupes prati Cymellæ regionis inter diruta vetusta oppida Volcenam et Aralidon, ac amnes Veias ad Cybellariam, vt in testamẽ

D to eiusdem exprimitur, seruato in archiuis conuentus in sacculo contractuum eius, ac domini Viscontis Gatti. Itaque, quoniam hæc nostra planities sulphurea & thermalis est, & Vesuuia suapte natura incendia eructat, & in Istria aliquid his simile est, diameterque circuli partui exorbitationis igneo afflata sydere solam hanc longitudinem in Italia repercutiebat, in qua hæc tria loca continebantur, iure palensana, id est, primum repercussa cœlesti incendio, & à salsedine per incendium relicta Cymea &

Cymella

Cymella dicta fuère vocabulo Ianigeno. Ex his patet fabulam Phaëtontis mystice acceptam veram esse. Nam Phaëton exorbitationis incendium est. Ceciditque in Eridanum, casumque defleuere sorores, quia circa partem Italiæ primum Eridano oppositam Istriam cecidit, & sorores eius duæ aliæ partes Italiæ Cymea & Vesuuia idem incendium passæ gemuerunt. Nam quoad Phaëtontem Lygurum genitorem, certissimi (vt in aliis produximus commentariis) authores sunt Berosus Chaldæus, & Theophrast. Græcus, & Plinius Latinus in naturali historia & oraculum Phaëtontis ac sepulchrum in Æthiopia, illum non in Eridanum submersum fuisse, sed in Æthiopiam reuersum ibidem cessisse vitæ. A Palensana. Phaetontis fabula. B

DE OCTAVO REGE Assyriorum.

OCtauus rex Babyloniæ fuit Baleus cognomento Xerses & regnauit annis 30. hunc appellauerunt Xersem, id est victorem & triumphatorem, quòd imperauerit duplo plus gentibus quàm Aralius. Erat enim militia ferox & fortunatus, & propagauit regnum vsque prope Indos. C

Iustinus probat Persas esse Scythas exules, non modo quia ad hanc ætatem Scythice loquuntur, verum etiam quia Persa est vocabulum Scythicon & significat exulem. Apud eos Xersem & Artaxersem sæpe legimus, et teste Herodoto in sexto libro, Xerses est bellator, Artaxerses maximus bellator. Verumtamen non absolute bellatorem significat, sed vt significantius exprimit Berosus significat debellatorem, atq; in bello victorem. Arthem ergo Scythiæ, Hetrusci autem Larthem propagati à Scythis proferunt, & maximum significat. Teste enim Seruio super. 7. Æneidos, & nos probauimus in de origine situq; ac moribus Hetruscorũ, in annuo magistratu erãt Tuscis. XII. reges quos Lucumones Scythice appellabant Baleus. Persæ. Xerxes. Artaxerxes. D Larthes. Lucumones.

A quibus vnus siue tertiusdecimus perpetuus rex & dicta tor praeerat in fano Volturrenae, vt Caesar olim, nunc Pontifex Romae, quae est publica regia regum & Pontificum. Hunc dictatorem siue in principatu maximum, lingua Scythica Arthem siue Larthem vocabant, vt nunc Papam. Verum inuenio in Liuio Tolumnium Veientem Larthem, Porsenam Clusinum Larthem, & in fragmentis quibusdam Mezentiũ Larthem, & in inscriptione Ryyella Hetrusca & Cthesium Larthem In alia verò inscri-
Ial. ptione scribitur yellum Larth Ial. Et hoc existimo fuisse
B proprium Hetrusci regis regum Epithetõ. Vnde vt vno vocabulo communi papam, & proprio titulo maximum pontificem exprimimus dei monarcham in toto orbe, pari modo, Hetruscum monarcham regum Lucumonũ vno communi vocabulo vocabãt prisca lingua Larth, id est maximum omnium, proprio verò Epitheto Larth Ial, id est omnium maximum inuictum. Ial enim vt Talmudistae asserunt non absolute fortem, sed significãtius inuictum significat. Vnde Leonimus populus Hetruscus cum Iasium
Gulni Ial. regem creauit, eidem acclamauit Gulni Ial, & per synco-
C pam Gulu Ial i. corona inuicta, vt Iasiana triũphalis inscriptio probat, & Talmudistae interpretantur. Ita Scythae Persiani suum regẽ regũ Arthem, Hetrusci consanguinei eorum Larthem i. maximum communi vocabulo nuncupabant, propria vero adiectione, illi à bello Xersem, isti a sempiterna trossolã victoria Ial, id est, inuictũ vocitabant. Deridendus est igitur in hac parte Dionysius Halicarnasseus, aut certe danda est venia ignoratio ni morum gentis Hetruscae ac eius nominum. Asserit enim Porsenam fuisse regis cognomen, Larth verò nomẽ
D proprium, cum econtra Larth sit dignitatis cognomentum commune, & Porsena regis Clusini propriũ nomen. Sed cum Beroso reuertamur ad mutuos consanguineos Italos, Celtiberos & Germanos.

Huius Balei Xersis temporibus, regnat apud Celtiberos Tagus cognomento Orma, ex quo patria dicta fuit Taga. Apud Tuyscones

regnat

regnat Marsus, & apud Lygures Phaëton, re A
licto filio Lygure, regressus est in Æthiopiam
Maloth Tages ritus sacros à Iano traditos,
& aruspiciam auxit.

Ergo satis conueniunt Tagus & Tages nomine, tempore, & interpretatione. Differunt verò cognomento et arte, quòd ille Orma, iste Maloth cognomentum sortitus fuerit, pro differẽte arte ac studio. Sane sciendũ Tagum interpretari auulsionem. Orma coloniã vel incolas. Hinc Hierony. de interpretatione nominũ. Togorma interpretatur auulsionem incolarũ. Idem autem est quem in Geneal. Beros. vocat Tagum Orma, & Moses Togorma, vt patet Gen. 10. ca. Ergo studiũ huius fuit ex indigenis & incolis Hispaniæ auellere colonias, & deducere ad alias Hispaniæ partes tum inhabitatas, vbi ab eo dictus est fluuius Tagus aureis arenis. Quare hic primus cœpit colere partes Hispaniæ circa Carthagineam & Toletum, quia Tagus Toletum radit, & oritur prope Hispaniæ Carthaginẽ, & ob auriferas arenas cæteris amnibus antefertur, vt author est Plin. in 3. nat. hist. Hinc Iuuenal. Tanti inquit tibi non sit opaci, omnis arena Tagi, Opacum dixit ob aureas arenulas præ vbertate amnem obumbrantes, quo pacto Virg. turbidũ Hermon dixit in 1. Geor. Atq; inquit, auro turbidus Hermus. Hic Tagus non modo in Hispaniam, sed in Albaniã, Caspiã, Lybiãq; & Aphricam colonias misit, vt argumento sunt in Ptolemæo & Cosmographis nomina Taga & Tagorma locis de regum priscorum more indita. Consanguinei enim erant Hispani Caspiis, Phœnicibus & Pœnis, vt Varro prodit, & Plin. in 3. lib. naturalis histo Tages verò auulsor Maloth. i. responsionum & vaticiniorũ erat, vt supra diximus, & ob id studuit aruspiciæ, eo pacto quo profuse monstrauimus in aliis nostris ab Hetruria condita. Porrò vt in præcedentibus commentariis ac libris disseruimus, Phaëton non mansit in Italia, sed regressus in Æthiopiam dicitur, creato Lyguribus duce filio Lygure, à quo dicti sunt Lygures, & non à legumine vt quidam som-

Margin: *Tagus. Tages.* B *Togorma.* *Tagus.* C D *Maloth.* *Lygur.*

Eta est, qui multis post sæculis in Italiã cum illo ex Sicilia venerunt, etsi fortè cum his habitauerunt, vt locis suis explicabitur. Nunc de rege Bero, à quo Betica Hispania est, aliquid breue dicamus. Aiunt Talmudistæ, qui etiã Latinam linguam nouerunt, Bætum per diphthongon, æ, Bætum debere scribi: quod Hebræi & Syri propriè bebin dicunt, id est, locus vitæ meæ: vt etiam diuus Hieronymus consentit de interpretatione Hebraica. Cæterum Bætus interpretatur ab Arameis dici locum vitæ felicis. Est enim Hispania Bætica delitiarum hortus, & ab Homero Campus Elisius vsq; in angustias oceani Gadium dictus. Vnde Strabo in primo: Elisium, inquit, campum Hispanias Homerus appellat, ad quem mittendum asserit Menelaum his versibus: Elisium ad campum, summas telluris ad oras. Numina te mittent, Victus vbi est facilis non nix hybernáue multa Cercinus & Zephyrus, sed suaues excitat auras. In hoc est oceanus, id est, fluuij fluxus ac refluxus, vt rectè suspicatus est Posidonius, quo pacto ait poëta: Oceani fluxum fluuij cum cymba reliquit. A Bæto ergo. i. vitæ meæ felici duce, Bætica quasi beatica Hispania, & Bætis fluuius in oceanum fluens dictus est, dicente Seneca in Medea: Nomen qui terris dedit Bætis suis, Hesperia pulsans maria languẽti vado. Huius fluuij quũ vires multæ sint, præcipuè tamẽ felicitat lanas tingendas, & mulierũ pulchritudinem, dũ facies illarum lacteas & candidas reddit, id significante Iuuenale, dũ in Satyra Natali scribens: Præcipitare (inquit) volẽs, etiã pulcherrima vestem. Atq; alias, quarum generosi graminis ipsum Infecit natura pecus, sed & egregius fons. Viribus occultis, & Bæticus adiuuat aër. Et Martia. Bætis (inquit) olifera crinẽ redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

A — Bætus. — B — Elisij in Bætica. — Bætica. — C — D

Anno vigesimo Armatritis Lygur misit Cydnum & Eridanum cum coloniis, cum fratribus & nepotibus: & occupauerunt vsque Istrum in Italia.

Supra dixit de Phaetonte & eius posteritate, quòd

A occupauerunt vsque Istriam relinquentes nomina locis. Itaque primùm videamus, si quid in Geographis ex horum vetustis cognomentis Scythicis relictum est locis à Lyguria in Istriam. Et Lyguria quidem à ducis nomine argumentum habet, à quo post Ianum principio Lyguriæ nomen desumpserit. In Galliam Cisalpinã, quæ à Longobardis vltimam cognominationem assumpsit Longobardiam, & de more vetusto per synæresim Longbardiã, siue Lombardiam iuniores dixerunt. Cydnus certè Cydnomanos prolatione Scythica, & Cednomanos, siue per synæresim Cenomanos condidit. Cydnus à diuersis gentibus, aliter & aliter pronuntiatur. Babylonij Cednum, Scythæ Cydnum, Græci Cycnum, Latini Cygnum, Hetrusci verò vt sæpe diximus, de more in compositione synæresim faciunt, & consonantem literam, d vel c, aut g, abiiciunt. Nam quod integrè compositum sonat Cygnomani, vel Cycnomani, aut Cydnomani, et Cednomani, per synæresim profertur Cenomani et Cynomani, videlicet vetustissimæ originis Cenomanæ, à Cydno ortæ.

Cydnus. Cenomani. B

C In hac gente illustriores sunt: Bergomũ, Brixia, Cremona, et alia loca vetustis Scythicis nominibus appellata. Porrò longitudinem Galliæ Cisalpinæ, quæ per Padum excurrit, vltro citroq; coluisse Eridanum, nomen est argumento, quia Padi priscum nomen Eridanus est à duce, sed à profunditate Bodyna dictus est à Lyguribus vocabulo Scythico, vt insinuat Plinius in 3. naturalis histo. Significat enim, vt ait, fundo carens: esseq; argumento, quia vbi altitudo incipit, oppidum est Bodyn Comacum. Inde teste Metrodoro Sceptio, à Gallis dictus est Padus

Padus. D à multa circum eum olim arbore picea, quam Galli Pades vocant, vt ibidem Plinius scribit libro tertio naturalis historiæ, cap. XVII. Ergo Padus à Gallis, ob piceas arbores vltimo dictus fuit: prius verò à Lyguribus ob profunditatem Bodynais, sed initio omnium à duce Phaëtonte Eridanus. Berosus in Genealogiis ait Eridano fuisse filium Ventum, nepotem Venetum, pronepotem Tylam. Ergo Tylauetus, et Venetia regiones vsq; Istrum, vt vetustissimæ Phaëtontidũ propagines sunt, et præclarissima proles Eridana, vt nomina et Beros. conuincunt.

Eridanus dux.

Et Ca-

Et Cato de originibus scribens asserit, multas à Lyguribus Galliæ Cisalpinæ gentes initio manasse, errantq; vehementer Cornelius nepos & alij fabulas Græcas secuti, Venetos ab Enetis Asiæ venisse, cum è contra à Gallis & Europanis illi Eneti sint orti. Quærendū est enim ab istis qui fuerint illi Padi & Venetiarum accolæ, quos Dionysius in primo libro Barbaros appellat, qui vetustissimos Pelasgos adnauigantes ad Spineti Padi ostium pepulère. Nam Græci non potuerunt esse, quos Barbaros appellant, neq; item Eneti Asiani, quos ab Europa genitos non Europæ genitores probamus, neque rursus eos Enetos Asiæ vnquam Barbaros Græci appellauerunt. Erant igitur illi Eridani & Venetiarum Barbari, vetustissimi Italiæ indigenæ, aduenæ Eneti. Eorum ergo originem vetustissimam & præclarissimam Phaëtonteam, quia Græca fabula & disciplina nuper & heri orta & tradita teste Herodoto, scire non potuit, saltem æquo animo Berosum, veracissimos Chaldæos de gentium & regnorum antiquitatibus referentem audiant, & ipsi etiam nominibus Scythicis Phaëtōteis extantibus ac perseuerantibus locis victi, cedant iam suis fabulis & caliginosis non illustrosis figmentis. A Veneti vnde. B C

Sicanus deificauit Aretiam, & nominauit eam lingua Ianigena Horchiam.

Horchia, non est nomen Græcum, sed Scythicum & Hetruscum, quia teste Liuio in septimo ab vrbe condita, Horchia est dea Hetruriæ. Scythæ autem Hor propriè celsitudinem siue montem & longam rem ad modum turris significant, sicut & Chiat coronam, quam Chiarot alij dicunt, vt Talmudistæ asserunt apud Arameos dici. Hinc diuus Hieronymus de interpretatione Hebraica dicit horchiarot esse longam coronam, quam turritam significantius dici Talmudistæ consentiunt. Ergo Titea vxor Iani dicta est Vesta & terra siue Aretia, vt Berosus scribit, & Ouid in Fast. & Diodorus in IIII. libro testantur. Nam à genitura omnium cum Cælo coniuge dicta Aretia siue terra, & à sempiterna holocaustomatum sacro igne Vesta, & quia erat regina sacrorum materq; Horchia. D Aretia.

 Deūm

A *Deûm, atque Vestalium princeps, abbatissa, vt laico voca bulo exprimamus, equidem ab insigni de more sacrorum & dignitatis gestamine dicta est Horchia, id est, turrita corona. Argumentum scilicet, cur omnes Cibeles cũ quin que fuerint, dicantur turritæ? quia videlicet donabãtur turrita corona, cũ reginæ sacrorum matresq; deorum ac Vestalium virginum crearentur, cuius ritus et nominis prima origo fuerit Vesta Horchia vxor Iani, dea Hetru riæ, vt nũc et in præcedentibus fuit expositũ. Extat diru tũ vetustissimũ oppidũ & magna regio ad hanc ætatem*
B *Horchia à Vetuloniensibus dicta. Eius regionis maxima pars, ad ius cõuentus mei Viterbensis spectat. In diruto oppido Horchia domus adhærẽs S. Petro nostra est donatione facta inter viuos ab Archipresbytero eiusdẽ ecclesiæ, pro cõuentu sanctæ Mariæ ad gradus Viterbẽsis, vt donationem in nostris archiuis seruant contractus depositi.*

Osiris in Thratia peremit gigantem Lycurgum.

C *Osiris.* *Berosus hoc loci proximum Italiæ fieri sensim Osiridem scribit. Author est Diodorus Siculus in primo libro, & secundo, & quinto ac sexto. Osiridem fuisse cognomento Iouem iustum, qui vniuersum lustrauit orbẽ, & illi imperauit beneficia impendendo, gigantes et impios tollendo, bonos et iustos sublimando, ad originẽ Istriq; fontes supra Macedoniam et propinquos Italiæ accedendo, et in Italia tyrannos gigantes subigendo. In primo quoque libro narrat, quòd quum peragrata omni Æthiopia et India, in Europam per Hellespontum ab Asia tra*
D *iecisset, cum immenso coloniarum exercitu, obsistentem*
Lycurgi cædes. *sibi in Thracia Lycurgum Barbarorum regem peremit: et illi prouinciæ creauit regem Maronem iam senem, qui*
Maro rex. *de more vetusto pro inito regno ædificauit ciuitatem, quam ab se Maroneam nominauit. Consentit itaq; Diodorus Beroso pro Thracia. Nunc ad Hispanos Berosus et Gallos simul reuertitur, dicens:*

Anno Armatritis trigesimosecundo apud Celti-

Celtiberos tyrannidem assumpsit Deabus. Qui hoc cognomentum promeruit à fodinis auri & diuitijs, quas primus ibi cepit & inuenit opprimens colonias. Et post duos annos apud Celtas regnauit Bardus iunior. A

De Bardo Galliarum rege, quòd iunior dictus sit ad distinctionem prisci, cuius supra meminimus, nō est dubiū. De Deabo verò tyranno, quòd is fuerit pater Gerionū cognomento Chryseos, supra in. XVII. parte Genealogiarū explicauimus. De quibus sic ait Diodorus in quinto lib. Vulgata erat per orbem fama, Chryseum (hoc enim nomen à diuitijs traxerat) qui vniuersæ Iberiæ imperaret, tres habere propugnatores filios, cum robore corporis, tum armis egregios. Exercitum præterea cuilibet fortissimorum militū esse. Hos Hercules ad singulare certamen prouocans, sustulit. Hæc Diodorus. Ab his Gerionibus vrbs Gerunda, et à Lomnimis Lomnimia dicta est in Plinio et Ptolemæo, quamuis alteram scriptores corruptè scripserunt Laminiā, pro Lomnimiā. Gerion autē vocabulo prisco à Gera deriuatur, quod est aduena, vt Hieronymus interpretatur. Nam filius prisci Hiarbæ Numidæ fuit, vt supra in Genealogijs exposuimus. Ergo adueniens classe in Hispaniam, Gerionæ, id est, aduenæ nomen accepit, et à diuitijs Aureus Latinè, siue Chryseus Græcè, aut Deabus Mauricè siue Numidicè, et à principatu exercituum Lomnimi Geriones.

Bardus. B Deabus. Chryseus. Gerunda. Lomnimia. C Gerion.

DE DECIMO REGE Assyriorum.

D

DEcimus Assyriorum rex imperat Belochus, annis trigintaquinque. Qui idcirco à Belo sumpsit cognomen, quia cum imperium voluit exercere maximum pontificum Beli Iouis, & maxime circa auspicia &

diuina-

A *diuinationes occupatus fuit eius animus. Apud Tuyscones regnauit Gābriuius, vir ferocis animi.*

Aeque ac Belochus, id est, Beli amator apud Chaldaeos, etiam Iulius Caesar humana diuinis commiscuit. Porrò Gambriuium hunc esse non dubitamus, à quo Plinius in naturali historia, & Tacitus de moribus Germanorū, appellant Germanorum quosdam populos Gambriuios, & regionem Gambriuiam. Est nomen tribus Scythicis & Arameis dictionibus. Gun beri vius, per syncopam Gunbriuius, & ab alijs Gambriuius. Est autem apud Arameos Gun & Guni corona, beri verò hymber siue expiatio nubiū, & vio ab suis vt periti Talmudistae asserunt. Hinc Gambriuius interpretatur Latinè coronatus, ab Vmbris suis. Nam & à principio omnes dicebantur Vmberi, quanquam auita haereditate soli Comaro & illius posteritati nomen perseuerauerit, vt in praecedentibus est habitum. Existimo hunc fuisse primum, qui corona insigni regio totius Germaniae consensu pertulerit.

Gambriuius. B Gumbriuius. C

Apud Emathios coepit regnare Macedon filius Osiridis, à quo nunc nomen retinet prouincia: atque circa hoc regnum Osiris depressit gigantes, qui iam tyrannidem coeperant.

Iam Osiris Iuppiter iustus vniuersum orbem lustrās à Thracia in Emathiam properat, & gigantum potestatem, cū Hercule ac Macedone filijs suis, iuuantibus ad id Macedonibus sustulit: praefecitq; illi Macedonem, à quo nomen habet, testante Diodoro in primo libro. Osiridem, inquit, proficiscentem duo filij virtute dispari, Anubis & Macedon prosequuti sunt. Vterque armis vsus est & insignibus aliquo animali, haud ab eorum natura dissimili. Nam Anubis canem, Macedon lupum insigne armorum tulit. Qua ex re, haec animalia Aegyptij in summo honore habent. Et infra: Thraciae, inquit, Maronem iam senem, Macedoniae verò filium regem statuit, quae ab eo Macedonia dicta est. Et in sexto libro inquit:

D Anubis. Macedon.

Mace-

Macedones Ioui iusto aduersus gigantes præsidium tulere. De huius iustitia ibi multa præclara dicit, quæ non conueniunt Ioui Cretensi, qui non fuit in primo ortu generis humani quum gigantes essent, vt in primo arguit Diodorus: neque primus vt Osiris iustitiam per orbem docuit, & lites sustulit, cum iniurijs finitimos pulsauerit: neque virtutibus omnes vt Osiris excessit; quia stupris, furtis, & incestu semper fuit vsus: neque bellum impijs in vniuerso orbe indixit vt Osiris, quia intra limites Creticis septus, solum finitimis pijs Pyraticum bellum indixit, rapiens pueros & puellas contra omne ius fasque. Sed de his hactenus. Nunc Berosum de nostris referentem accipiamus. A B

Vigesimonono huius Belochi anno, apud Celtiberos Lomnimi florebant, & ædificauerunt à suo nomine vrbem magnam Lomniniam. Anno autem sequente Itali oppreßi à tyrannis gigantibus in tribus Palensanis, aduocauerunt Osirim, qui cum colonijs ad Istri vicinos fontes peruenerat. Osiris tota Italia potitus, decem annis illam tenuit, & à se nominauit in triumphum: & sub ditione positis gigantibus, regem Ianigenis reliquit Lestrigonem gigantem, sibi ex filio Neptuno nepotem. C

Plura nos hæc litera connotare admonet. Primum, quòd præmisimus Lomniniam oppidum à tribus fratribus conditum philarchis exercituum. Gerundam verò à cognomento Chryseum patrem illorum fundasse. Deinde tam Berosus quàm Diodo Sicu Italos certiores efficiũt. Osiridem Italiam liberasse à tyrannis, & docuisse agriculturam & frumentariam. Et quidem huius sunt hæc argumenta. Primum est in commune inscriptio sacra Ægypti, quæ asserit Osiridem Iouem iustum vniuersum lustrasse orbem, nec fuisse in orbe locum quem non adierit: docens D

Osiris Italiam liberauit à gigantibus.

cens

A cens ea quorum inuentor fuit, & Istri fontes illum accessisse affirmat, teste Diodo. in 1. lib. Secundũ augmentũ est in specie, à descripto itinere à Thracia in Macedoniã & fontes Istri, depressis gigãtibus in Thracia & Macedonia, et suffectis regibus Marone atq; Macedone, et in Italia Lestrigone. Quòd autẽ Osiris proximus Italiæ ad fõtes Istri in tribus Palensanis siue Phlegræis in Italia cum gigantibus pugnauerit, testes sunt & authores de tribus quidẽ simul Berosus: de duabus verò, Diodorus in v & vi.

B Nã in v. pugnasse Iouẽ iustum cõtra gigantes in Vesuuia Palensana siue Phlegræo cãpo, adiuuãte illũ Hercule asserit: et in vi. lib. in Cymea Phlegræa cãpoq; Cymella ad hãc ætatem dicto, non solũ Hercule, sed omnibus Italis auxilium ferentibus, de gigantibus triumphasse clarissimè tradit. Nam cum tradidisset in primo libro Osiridem Iouem iustum à Macedonibus magno auxilio adiutũ, etiam idẽ ipsi in Italia præstitũ fuisse contra gigantes scribit in 6. lib. his verbis: Ioui iusto, & Herculi ac dijs non solum in Creta Museum, sed & alios populos præsidium tulisse cõ-

C tra gigantes constat, vt Macedones circa suam Palenẽ, & Italos in campo quem olim à loci conflagratione Phlegræũ, postea Cymeum campũ cognominauerunt. Hæc Diodorus. Quare siue Macedones afferas iuuisse in Palene Macedonica Osiridem, siue eundẽ in Creta Museũ, siue eundẽ ipsum in campo Cymella siue Vesuuio Italiæ Italos, necessario consequens est, vt Osiris idem & Iuppiter iustus fuerit profectus in Macedoniam, Cretam & Italiam. De his amplè diximus circa vltimas institutiones Etruscas & alijs commentarijs.

Phlegreus campus.

D

Anno. 33. Belochi, rex Lucus regnare cœpit apud Celtas. Nouissimis annis Belochi, tenuit mare Atticũ, & ebulliens inundauit Atticã.

Lucenses ad Parisios

Neminem posse contradicere arbitror hunc Lucum esse, à quo Lucij & Lucenses prope Parisium describit Ptolemæus & Cosmographi. Neque tamen à luce Latino vocabulo, sed potius eorum tum Etrusco Scythico sermoni cognato verbo, à quo vt alibi expressimus Lukios, Lu-

ceres

ceres & Lucumones deriuatos ostendimus super tabulā Faul Faluceres. A

De vndecimo rege Assyriorum.

VNdecimus rex Babylonis fuit Baleus annis quinquagintaduobus. Hic post Semiramidem supra cæteros enituit. fama, splenduit imperio vsq; intra Indiā. Libri multi de eius gestis sunt à nostris conscripti. Huius anno decimo Porcus Cados Sene insulam compleuit Vetulonicis colonijs, partem reliquit posteritati Lygures. B

De Baleo Assyrio, ipsi libros suos perlegant, quia nihil de eo in Latinis aut Græcis reperio. Exponenda verò sunt, quis iste Porcus, quæ illius coloniæ in Lyguria, quæ insula Cados Sene, & quæ illius Vetulonicæ coloniæ. Porcus Latino vocabulo, est sus animal. Sed hic filius Neptuni Ægyptij frater Lestrigonis, vt in Genealogijs Berosus expressit. Idem Varro scribit & Seruius super. v. Æneidos. Non pertinet igitur ad linguam Latinam, sed priscam Arameam. Asserunt autem docti Talmudistæ Porcum dici per syncopam, nam Porecun dicunt Aramei, & significat portitorem de loco ad locum, quia vt insinuat hoc loci Berosus, transportabat per Italiam & insulas colonias. Nam in Thuscia, & Latio, & Lyguria nomina locis extant Porcareces, Porcarilium, & Porcifera. Hinc Plin. in 3 natur. histo. ait Genuam Lygurū esse inter amnē Phe Ritonē atq; Porciferā. Verū posteri aut proprietate linguæ patriæ, aut ad distinctionem suis animalis primā literā aspiratè protulerunt, dicentes Phorcū vocabulo Scythico, et portitorē vocabulo Latino, & Porthmeus Græco. Deum portitorem maris & inferni fecit eum loquacitas Græca, vt Varro & Seruius scribunt. Huius ducis tria vocabula trium linguarū, Portitorē, Prothmea, Porcū Aramee, siue Phorcū Scythice, apud authores Latinos inuenio. Vergil. in primis in 5. Æneid.

Porcus. C

D

Phorcus. Porthmeus.

A Phorcum exprimit, dicens: Tritonesq; citi Phorciq; exercitus omnis. Et super eundem locum Seruius inducens Varronẽ: Phorcus, inquit, fuit primus rex Corsicæ atque Sardiniæ, & filius Neptuni ex Tosea nympha, qui nauali prælio ab Atlante victus, et in mari submersus, marinus Deus vocatus fuit, eiq; fuerunt filiæ Italæ Gorgonides, non Mauritanæ. Et vt referunt, hæ quatuor filiæ miræ pulchritudinis fuere Scylla, Euryale, Stenio & Medusa. Ab his nomina in Italia sunt, insula Gorgonidum prope Pisas, & Scylla inter Siciliam & Italiam. Vna ergo Scythica lingua illum Phorcum vocauit in quinto Æneidos Vergilius, lingua verò Latina in quarto Georgicorum portitorem nominat, dicens: Nec portitor Orci Amplius obiectam patitur transire paludem. Cæterum tertia lingua Græca, Porthmeo vsus est Iuuenalis in Satyra tertia. Iam (inquit) sedet in ripa, tetrumq; nouissimus horret Porthmea. Ergo quem Scythæ Phorcũ, Aramei Porcum, Græci Porthmea, eundem Latini portitorẽ vocant. Quæ sit verò insula Cados Sene, & interpretatio nominis & authoritas manifestat. Nam Aramei & Hebræi Cados, Græci thiam, Latini sacram intelligunt. Et quod Hebræi Sene, Græci sandalium, Latini vocant crepidam. Hinc à Barbaris Cados Sene, à Græcis Sandaliothim, à Latinis sacra crepida dicitur. Porrò Timæus & Græci Sandaliothim vocant insulam, quam nos Sardiniam, à Sardo Herculis Tospiadæ filio nominamus, vt tam Plinius in tertio naturalis historiæ quàm cæteri scribunt. Ergo Cados Sene atque Sardinia, est eadem insula. Cui argumento est, quod Varro & Seruius asserũt, Phorcum illum fuisse primum regem Corsicæ atque Sardiniæ. Quòd si opponis principio coluisse Sardiniam Iolaum cũ Sardo & alijs Tospiadibus, vt præmisimus, respondet Strabo in quinto falsum esse quod assumitur. Nam vt ait tam Iolaus quàm Tospiades cohabitauerunt Barbaris quos ibi inuenerunt natione Tuscos. Quare vt veracissimus Berosus ait, primus omnium Phorcus cum colonijs Vetulonicis insulam tenuit, ante Herculem atque Tospiades. Fuisse verò Veios Vetuloniæ hos Tuscos, argumento sunt in primis Berosus in hac parte, deinde Plutarchus

Margin: Gorgonides. B C Cados Sene. Sandaliothis. Sardinia. D

A

chus, qui in vita Romuli scribit Etruscos fuisse Sardinianos colonos, quibus sunt ad hæc tempora Veiuzum nomen, & Veta prædia & amnes, ac propterea Romulum vocasse Veientes Sardinianos, non quia isti Veij Sardiniani essent, quum Aenetani dicerentur, vt in Vita Camilli scribit, sed quia à Veijs Etruscis orti sunt, qui verè Sardiniani Coloni, & primi Sardiniæ cultores extiterunt. Cui est argumēto quòd dicta est insula Sādaliotis siue sacra crepida, non solū quia est ad similitudinē vestigij & crepidæ, vt Timæus scribit, sed etiam quia ibi fuit à principio crepida sacra, id est, Thuscorum principum sacrum vestigium. Nam teste Gellio in XIIII. noctium Atticarum: Crepida est genus calciamenti, quod à principio plātarum calces in fine tegebat, cætera prope nuda, & teretibus habenis vincta erant. Thuscorum verò vetustissimorum fuisse crepidam principibus solis ornamentum, ex eo constat, quòd crepidam Turrhenam & Thuscam nomen ab origine habet, & soli sacri principes his vtebantur, etiam à principio dignitates Romanæ. Vnde in octauo Æneidos, vbi Virgilius de Euandro dicit: Turrhena pedum circundat vincula plantis. Seruius ita interpretatur: Crepidæ, inquit, sunt Thusca calciamenta, quæ corrigijs ad pedes ligabantur, quas post Romanorum habuēre primi Senatores, inde Romani equites, nunc milites. Hæc Seruius. Hinc Sene Gallia crepidata Vmbria est, sed non sacra. Vetulonia enim regia regum sacra erat. Quòd si Thusci primi habitauerunt Sardiniam, et hi nō crepidati modo et calciati pedes, sed etiam sacro calciamento vtebantur, quod ad solos principes Lucumones spectabat, vt diximus, consequens necessariò est, quod scribit Berosus esse certissimum, vt qui primi habitauerunt Sardiniam ex Thuscis, essent Vetulonienses, quia cum crepidati principes dici poterant solis Vetuloniensibus sacri epitheton dicatum erat. Quinetiam Etrusci Veij Sardiniani coloni esse dicuntur, à quibus Veientes Enotanos, Romulus Sardonianos cognominauit, vt clarissime scribit in vita Romuli Plutarchus. Satis ergo expositum fuerit, quis fuerit Phorcus, quæ insula sacræ Crepidæ, quæ primæ Coloniæ Phorci in Lyguria et Sar-

B

Crepida.

C

D

A dinia, nunc Osiridem monarcham ab Hispanis in Ægyptum reuertentem à Beroso discamus hoc modo dicente:

Huius Balei temporibus Indi sua obtulerunt Babylonijs. Osiris in Ægyptum reuersus columnam quæ permanet inscripsit in monumentum expeditionis suæ per totum orbem.

B Exploratum esse regressum vltimum Osiridis in Ægyptum par est. Nam egressum Diodorus & alij authores certum effecerunt, dum ab Ægypto illum profectum referunt lustrasse primum Æthiopiam & Aphricam, deinde Asiam vsque Indorum desertos fines, postremo Europanos Thraces, Macedones, Italos, Germanos, Gallos, & Hispanos. Ibi in Tarcessiorum saltibus vltimum bellum cum Titanibus gessit, qui superfuêre tempore belli cum Rhea & Camese initi à Dionysio Hammonis filio, vt iam exposuimus in præmissis. Huius vltimi belli meminit Trogus, cuius sensum Iustinus abbreuians vltimo

Osiridis expeditio.

C Epitomatum libro, sic scribens: Saltus, inquit. Tarcessiorum in quibus Titanas bellum aduersus deos gessisse proditur, incoluere Curetes. Hoc vltimum igitur bellum cum impijs à Deis habitum est. Deuicto verò orbe, hoc epitheton Osiris retulit in Ægyptum, teste Diodoro in sexto libro. Iuppiter iustus pater consultor. Nam vt ibi scribit, animaduersum in Gigantes à Ioue dicunt, quia ex magnitudine ac robore corporis confisi aduersíq; legibus, multa egerant in homines iniusta, & gentes in seruitutem redegerant & his bonis bellum intulerant, qui ob

Tarcessij campus.

D singularia in omnes beneficia, fuerunt Dei existimati. Quare feruntur à Ioue impij nefarijq; deleti, & dijs Heroibusq; ac hominibus benemeritis honores ab eo impensi. Quare propter eius beneficentiam, & imperij magnitudinem, omnium consensu, tam regnum perpetuum tributum est quàm habitatio in Olympo. Et quoniam vitæ hominum auxilio fuit Iuppiter, & quòd omnium curam suscepit pater, & quòd imperio orbis potitus est, dux & rex, & quòd prouide consuluerit consultor appellatus.

Osiridis epitheta.

Ex

Ex his Diodori verbis manifestum est omnium consensu fuisse tributum Osiridi epitheton Iuppiter iustus pater, dux, rex, & consultor, cuius regnum perpetuum & habitatio in Olympo iuxta mare rubrum. Non enim vnus est mons Olympus, aut in vna prouincia, sed plures in his & alijs regnis cosmographi poëtæque & historici tradunt, vnum circa Thessaliam in Macedonia, alium in Gallogræcia, tertium in Mysia Asiæ iuxta vrbem Prusam, quartum verò hunc in Æthiopia secus mare rubrum non longe ab Heliopoli, qui vt aiunt ab ortu solis vsque ad quartam diei horam flammas emittit, vt etiam Tortellius noster Aretinus retulit. Et in hoc Olympo cōtermino Ægyptijs & Æthiopibus tributa & existimata est Osiridis mortui habitatio. Nam teste eodem Diodoro in primo libro, quia Æthiopes Osiris docuit agriculturam, insignes vrbes ædificauit, præfectos dedit, tributa præstari instituit, & in Æthiopiæ montibus vtrasque ripas Nili aggere cinxit, propterea ab Æthiopibus potissimum colebatur. Igitur dum orbe peragrato victisque Titanibus in Hispania, & Gerionibus principatu permisso, Peloponnesum adnauigauit ab Hispania, vbi Apis dictus regnauit, teste Eusebio de temporibus annis trigintaquinque Argiuis. Postea vt notat Eusebius de temporibus Balei regis Assyriorum, eiusdem Balei anno quadragesimotertio fratrem suum Ægialeum, vnum ex dijs Ægyptijs regem creauit Achaiæ, & ipse cum populo in Ægyptum adnauigauit, vbi teste Beroso expeditionis suæ triumphalem columnam erexit, quam literis excidit sub hac sententia, quam Diodorus in primo refert ita exprimi. Mihi pater Saturnus, deorum omniū iunior. Sum verò Osiris rex, qui vniuersum peragraui orbem, vsq; ad Indorum desertos fines. Ad eos quoq; sum profectus qui arcto subiacent, et ad Istri fontes, et vsque Oceanum, Sum Saturni filius antiquior, germen ex pulchro et generoso ortum, cui genus non semen fuit. Nec fuit in orbe locus quem non adiuerim, docens ea, quorū inuentor fui. Hæc in columna legi posse asserunt sacerdotes Ægyptij de Monarchia Osiridis.

A

Olympi.

B

C

Baleus.

D

A *Apud Tuyscones regnat Suæuus, & apud Celtas Celtes, à quo nomen habuerunt montes illorum maximi à conflagratione syluarum, qui diuidunt Celtas & Celtiberos.*

Pyrenei. *De conflagratione montium qui Pyrenei dicuntur in sexto libro Diodorus sic habet: Montes, inquit, qui Pyrenei dicuntur, & longitudine ac magnitudine longe alios excellunt. Nam à mari eorum quod ad meridiem iacet,*
B *vsque ad Oceanum ad Arctos situm, Galatiam siue Galliam ab Iberia diuidunt. Per Celtiberiam quoq; protenduntur stadiorum tribus millibus, in quibus cum sint frequentes syluæ, ferunt priscis temporibus igne à pastoribus iniecto montanas omnes regiones esse combustas, ac propterea montes aiunt cognominatos esse Pyreneos. Ardente autem continuis diebus igne, plures à montibus riuuli argenti puri flammarum vi effluxere, quod incolis ignotum Phœnices mercatores vili rerum permutatione emptum, in Græciam Asiamq; ac cæteras natio-*
C *nes deferentes, magnas ex eo commercio opes contraxerunt. Hæc Diodorus, qui hæc notanda tradit. Primum quòd priscis temporibus Iberia Pyrenea versus arcticum Oceanum, pastores & armenta pro diuitijs non argentum existimabat, ac propterea Nomadæ quasi Numadæ appellati sunt ab Homero Hispani ad septentrionale Oceanum versi. Vnde in primo scribens Strabo de Hispania: Poëta, inquit, à viuendi ritu septentrionales populos Nomadas appellat, in pascendo pecore assuetos. Hinc diuitiæ Gerionis quas Hercules abstulit, armenta fuêre, ar-*
D *gumentum vetustatis Hispaniarum & Gigantum Gerionum. Rursus quòd Phœnica lingua Celtæ quasi Celitæ conflagratio Iouis dicitur, vt perhibent Talmudistæ. Quod adeo verum est, vt diuus Hieronymus Celion incendium interpretetur, sicut Macrobus ait Itum Iouem à Thuscis dici. A dictionibus igitur Phœnicibus*
Celtus. *Cœli, & Itus per syncopam componitur Celtus & Celtæ, id est, Iouiniana conflagratio, non quia à Ioue facta sit, quam pastores procurauere, vt ait Diodorus, sed quia*

sub

ſub Ioue Galatha, ſiue Gallo facta eſt. Reges enim Ioues & Saturnos appellauerunt antiqui. Ergo quia Phœnices mercatores frequentabant Iberiam tanquam conſanguinei, à quibus pro magna parte erant Iberi, vt Varro ſcribit, & Plinius refert in tertio naturalis hiſtoriæ. Item quoniam Celtæ nomen eſt Phœnicum, vnde originem traxit Noa qui & Ianus, idq; nomen Phœnicum Cæli & Itus commune fuit Etruſcis & Gallis & Hiſpanis, à quo duces Cælij & Coriti nomen habent, certum eſt argumentum, hos populos à Phœnice Iano, qui ereptus à diluuio ex Scythia colonias miſit, firmam habere originem. Amplius quoniam Pyreneus nomen eſt Græcum priſcis ſeculis impoſitum, magnum argumentum facit Gallos linguam ſimul cum literis tradidiſſe, Galatis & Gallogræcis, vt ſupra Xenophontem & Archilochum retulimus. Nec acceptandi ſunt Græci, & ab his pendentes Latini, qui aiunt Pyreneos dici à Pyrene ſocio Herculis Græci, quia hæc fabuloſa ſunt, vt in tertio naturalis hiſtoriæ Plinius eſt author, & ante res Troianas quibus Hercules & Pyrenes & Cadmus & Orpheus extitere, fuit nomen Celtæ ac Pyreneum. Regio proxima his montibus corruptè nunc Pyrpiniana dicitur, cum ſcribenda ſit & dicenda Pyrepiniana, id eſt, conflagrationis & incendij oſtium & origo, quia ibi cœpêre paſtores ignem inijcere. Nam pyre ignis, pini os originis dicunt etiam Phœnices, vt teſtantur Talmudiſtæ, qui etiam hoc addunt, vt pi, os & origo dicatur. Ni verò & no magni nominis & famæ interpretetur. Hinc Pyrepini cōbuſtionis origo magni nominis eſt, à quo Pyrepiniana regio ſcribi debet, niſi forte quòd vſitatiſsimū eſt in compoſitione, per ſynæreſim & ſyncopam e litera abijciatur, ſicut à Celite & Turrheno & Volturrena, & dicatur atque ſcribatur rectè Pyrpiniana Celtæ Turhno Volturhna. Hæc de rege ac geſtis Galliæ. De Suæuo verò Germanorum rege non eſt dubium, eum eſſe qui Suæuos condiderit, quorum meminerunt Plinius in naturali hiſtoria, & Tacitus de moribus Germanorum. Ad huius patrem Gambriuium veniſſe Oſiridem, & docuiſſe arbores putare & frumentariam atque ceruoſam, ſuperius

A B C D

Pyrpiniana regio.

Suæuus.

A rius diximus ex Diodoro in primo libro asserente, vbi non vites nascuntur docuisse Osiridem conficere potum ex ordeo & herbis. Porrò ad eosdem Sueuos venisse Isi dem tempore Alemanni Herculis & Thuscani Iasij locis suis demonstrabimus. Sunt argumento præualido Lyburnum siue Cymba, qua Osiris & Isis ad eos per Rhenum & fluuios alios nauigauerunt, & à frugiferæ arboris ramis putatis, quibus Isidi sacra faciunt, & diuinas sortes exposcunt, de quibus Cornelius Tacitus de moribus Germanorum referens: pars, inquit, Sueuorum etiam Isidi sacrificat, vnde autem causa sit & origo peregrino sacro parum comperi, nisi quòd simulachrum in modum Lyburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Cæterum nec cohibere parietibus deos, neque in vllam humani corporis speciem assimilare ex magnitudine cœlestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant, deorumq; nominibus appellant, sacrumq; illud est, quod sola reuerentia vident. Et post aliqua: sortium, inquit, consuetudo simplex. Virgam frugiferæ arboris decisam in surculos computant, eosq; notis quibusdam discretos, super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox si publice consulitur sacerdos ciuitatis, sin priuatim, ipse paterfamilias precatus Deos, cœlumq; suspiciens ter, singulos tollit, & sublatos secundum præmissam notam interpretatur. Multa alia refert Tacitus, quæ ad principes, quæ ad sacerdotes, quæ ad alios spectant, hoc præcipue quod ad Osiridem & Isidem spectat est, quòd sacras sortes putata frugifera virga diuinat, & eorũ Lyburnum venerantur. Est autem Lyburnum proprie cymba & nauicula, qua flumen traijcitur, quod in Satyra Iuuenalis significat dicens: Diues & ingenti curret super ora lyburno. Traductum est tamen ad significandum magna nauigia, vt in Oda Horatius: Ibis, inquit, lyburnis inter alta nauium amice propugnacula. Est autem lyburnum nomen barbarum, quod Latine sonat nauicula velocissime currens, quam nunc proprie vocamus fustam velocissime excurrentem siue mare siue flumen. Sequitur de morte Osiridis.

Alij ceruisiam vocant.

Sueuorum religio.

B

Deos parietibus non contineri.

C

Lyburnum.

D

Typhon Ægyptius, omnibus orbis giganti bus conscijs, fratrem suum Osiridem Iouem iu stum Ægyptium peremit, & ipse in Ægypto assumit tyrannidem, Busiris in Phœnicia, in Phrygia verò alius Typhon, in Libya Anteus in Celtiberia Lomnimi, in Italia Lestrigones, & in toto mari Milinus Cretensis. A

Titanes Diodorus vocat hos gigantes tyrannos, quos postea Hercules sustulit, non quia ipsi Tyteæ filij essent, sed quòd à Titanibus orti, etiam eorum partes sequerentur. Eos ipse Osiris iustè imperans reges præfecit in dictis regionibus, vt significat idem Diodorus in primo & sexto libro. Et idcirco iustus Iuppiter est appellatus, qa etsi sustulit illorum parentes impios Titanas, filios tamen illorū pro patribus præfecit, Libyæ quidē Anteū, Phœniciæ Busiridem, Phrygiæ iuniorem Typhonem pro patre suo Typhone, sicut Milinum iuniorem in Creta pro Milino prisco quem peremerat, vt in sexto libro insinuat. Similiter in Italia pro Neptuno patre Lestrigonem & Phorcū substituit, & pro Chryseo Gerione Tarcesiisq; Titanibus deletis, eius Geriones filios regnare in Hispania permisit. Ita Apis Osiris orbis monarcha effectus, & orbe composito in Ægyptum regressus, trium phalem columnam inscripsit, & Memphim in triumphū aut fundauit, aut ampliauit, vt notat Eusebius de tempo ribus supradicti Balei regis Assyriorum. Itaq; Typhon Ægyptius, et vt Berosus ait, et Seneca de sacris Ægyptiorū, frater ipsius Osiridis inuidia accēsus, in Ægypto Libya, Asia, & Europa, dictos præfectos reges solicitauit in necem fraternam, pollicitus cuilibet præfecturam perpetuā suis locis, & liberum regnū, sic contra se nō ferrēt Osiridi, Isidi, & Herculi opem. Itaque conscijs cædis futuræ dictis regibus, frater Osiridis Typhon illum per insidias & dolū peremit, de cuius nece in primo libro Diodorus breuibus refert his verbis: Ex vetustis sacerdotum archiuis, qui Osiridis tempore fuerunt, compertum est

B Titanes. C Typhon. D

A *Osiridem Ægypto iuste regnantem à Typhone fratre impio atque nephario interemptum. Quem ille in sex ac viginti partes dissectum, cuilibet eorum qui secum tanti sceleris participes fuerant partem dedit, veluti tanti facinoris conscijs, & vt simul ipsos defensores, custodesque regni fidos haberet. At verò Isis eiusdem sui fratris simul & viri necem auxilio filij, (Oros ei nomen erat) vlta, Typhone simul & qui cædis conscij fuerant interemptis, Ægypti regnum restituit. Commissa est ea pugna iuxta fluuiū in parte Arabiæ, quam vicum Antei appellant, quod nomen sortitum est, ex Antei morte ab* B *Hercule occisi Osiridis tempore. Hæc Diodorus. Quo loci patet Anteum priscum interemptum fuisse ab Hercule viuente Osiride & in Arabia Ægyptiaca, & filium eius Anteum item iuniorem in Lybia. In quinto autem libro Diodorus: Ægyptij, inquit, de Priapo scribentes, aiunt, olim Titanas Osiride à se dolis interfecto, corpus eius in æquas partes diuisisse, hisq; domo clam elatis, partem pudendam in flumen, quia singuli eam respuerant, abiecisse. Isidem tum vltam viri mortem, Titanibusq; occisis, viri* C *corpus quæ fuisse, partesq; repertas cum iterato in formam pristinam hominis coniunxisset, atque composuisset sacerdotibus tradidisse sepeliendas, vtq; veluti Deum colerent Osiridem imperasse. Seorsum verò pudenda non reperta quū formasset, pro Deo coli, inq; templo suspendi iussit. Hæc Diodorus de monarchia & honore atq; interitu Osiridis cum Beroso prosecutus est. Nunc quoniam de monarchia Herculis Ægyptij Berosus prosequitur, pro quo notandæ differentiæ inter Herculē Græcum & Ægyptium, scribunt quod verum est plures fuisse Her-* D *cules. Nā tres & quadraginta fuisse asserit Varro, quorū primus fuit iste ægyptius Thebanus, vltimus verò (vt ait) fuit Alceus græcus Alcmenæ et Amphitryonis filius. Idipsum dicit Diodorus Siculus in primo et sexto lib. & in fine quarti, & Herodotus in 2. lib. vbi tradit se adnauigasse in Phœniciam & inuenisse templū Herculis cōstructū, multis ætatibus et sæculis ante græcum Herculē Amphitryonis, producitq; euidēs argumētū, quòd hi duo apud priscos græcos venerationi erāt. Nā ægyptio tēplū*

Hercules græcus et ægyptius.

ingens

ingens fundabant, inq; eo illi Herculi sacrificabāt vt deo, A *iuxta verò hoc ædificabant templum Græco Herculi, cui non vt deo sacrificabant, sed vt Heroi parentabant. Cicero in libro de natura deorum, etiam Ægyptium Herculem cum pluribus connumerat. Itaque probatissimi historici plures Hercules commemorant, primumq; ac fortissimum omnium Ægyptium celebrant, quem teste Macrobio in Saturnalibus, iidem Ægyptij venerantur, vt ortū in primo humani generis ortu, & initio carentem. Author est Diodorus in primo libro: Herculi Græco fuisse nomen proprium Alceus, cognomen verò non Hercules,* B *id est, pellitus totus, sed Heraclius, id est, Iunonis gloria. Quod etiam Herodotus scribit in secundo historiarum libro, asserens hoc cognomentum Hercules esse vocabulū Ægyptium non Græcum & Ægyptij Herculis cognomentum, quod Græci iniuste furati tribuerunt illud filio Amphitryonis. Idipsum Eusebius de præparatione euangelica insinuat. Quare cum Ephorus ait, vnum fuisse verum Herculem, qui præclara gesta quæ traduntur solus perfecerit, equidem fatemur. Sed inficiamur filium Amphitryonis fuisse vel Herculem vel cognominatum* C *Herculem, quia hoc soli Ægyptio peculiare est, sicut illi græco Heraclius. Igitur vt Diod. & alij scribunt: Amphitryonis filio nomen proprium fuit Alceus, proprium cognomentum Heraclius, propria genitrix Alcmena, proprius genitor Amphitryon, aut si vt asserunt, adulterinus spurius fuit, pater illi quidam Græcus Iuppiter extitit. Econtra mater Ægyptij incerta est, pater verò certus Osiris iustus cui proximus erat genere, vt Diodorus, Berosus, & Moyses significant, qui etiam illi nomen proprium fuisse Lybium asserunt, à quo Lybios in triumphū duxit, quum antea Phutei siue Phaëtontei vocarentur,* D *vt asserit Iosephus & Hieronymus in commentario super 10. cap. Gene. Nam Hercules qui subacto orbe in Lybia triumphi colūnam posuit, equidem fuit Ægyptius, vt in fine 4. lib. Diodor. author est. Hinc Sillius in 12. lib. Sardum Ægyptij Herculis filium appellat, natum generoso sanguine Herculis Lybici, non Alcei qui columnas Gadibus imposuit ex parte Europæ, vt Diodorus scripsit secu-*

A *tus fabulas Græcas, quum nullas ibi columnas nisi forte in sua Græcia posuerit, vti paulò post in sequentibus insinuabitur. At cognomenta Libyi filij Osiridis, Ægyptia lingua fuerunt, Her, Hercol, Arno, Musarno & Ar, de quibus in quæstionibus Anniis diximus. Hercules Ægyptius fuit ortus in prima hominũ propagatione ad Troianũ excidium plus q̃ decem millibus annis Ægyptiis. Alceus verò Græcus minus mille ducentis, vt Diodorus in primo libro scribit: Quòd si reducimus hos annos Ægyptios ad cursum solis quo vtuntur Chaldæi, Scythæ, Hebræi, & Ianigenæ siue Cœliti Itali, qui à Iano Cœlo didicerunt annum, à motu solis, & menses à cursu lunæ, vt Berosius scribit, & Diodorus in 4. libro confirmat: equidem Hercules natus est paulò post Ninum, vt Berosius tradit, à quo ad Troianum excidium supputantur plus octingentis annis, qui efficiunt plus quàm decem millia annorum Ægyptiorum, vti exposuimus. Rursus hic Hercules Ægyptius ob antiquitatem dicitur carere initio tẽporis teste Macrobio in Saturnalibus. Ille verò ob nouitatem dicitur floruisse ætate Eurysthei regis, cum Argonautis paulò ante Troianum excidium, vt Diodorus in quarto libro & alij omnes conscribunt. Rursus teste Diodoro in primo lib. Ægyptius floruit Osiridis tempore in primo ortu humani generis, quando gigantes & monstra erant, & dij vetustissimi cum gigantibus bellum gerebant, vt etiam ipsi Græci confitentur. At Alceus Græcus floruit circa Troianam euersionem, quando extantibus vbique vrbibus & regibus monstra & gigantes esse desinerant, simul & dei vetusti, qui cum his bella gessere, vita excesserant. Ante quoq; illum Amphitryonis Alceum multis ætatibus & sæculis, templa diis & Herculi Ægyptiis dedicata leguntur. Amplius vt idem Diodor. arguit, Ægyptius Hercules fuit circa tempora Nini, rudi ad resistendum sæculo, quando quidem arma ferrea non erant, sed claua lignea & ferarum pellibus pro armis vtebantur. Alceus affuit domito iam orbe & legibus atque regibus formato, & instituto, & formidoloso ferro inuento. Nam & Argonautæ ferro armati erant, & Alceus armis tectus, clauaq; ferrea instructus, vt Verrius*

Margin: B (beside "bræi, & Ianigenæ"); *Herculis ortus.* (beside "Berosius scribit … dem Hercules natus"); C (beside "nautis paulò ante"); D (beside "um multis ætatibus"); *Her. Alceus.* (beside "ferro inuento").

rius tradit. Etenim vt ait, quũ à Thelamonis portu per Lucumones Thuscos pergeret ad Euandrũ, armatus prodiit, clauamq; ferream secum ferebat. Cumq; apud Cyminios Lucumones iactabũdus de viribus suis gloriaretur, rogatus à principibus Thuscis vt vires suas ostenderet, claua ferrea iacta, illis lacũ Cyminium effodit. Idem asserit Seruius super illud verbũ VIII. Æneid. Cymini cũ mõte lacum. Fertur inquit fabula, cũ Hercules ad Euandrũ pergeret, rogatus à Cyminiis populis, vt aliquid virtutis suæ ostenderet, vectem ferreum quo ad exercitiũ vtebatur, terræ infixit. Quod quũ nemo extraxere posset, tandem ro[illegible]tus sustulit, secutaq; illum vis immensa aquæ, lacum Cyminium effecit. Quare Ægyptius pellitus fuit, sed hic ferratus fuit. Sane sciendum est Seruium non dicere fabulosum iter Herculis à portu Thelamonis per fanum Volturnæ Lucumonesq; Cyminios ad Euandrum. Nam & hoc Verrius scribit & Diod. Siculus in 5. libro refert, ab Hispania reuersum Herculem cum Argonautis in portum Thusciæ Thelamonis iuxta Turrhenam adnauigasse, & ab Argonauta duce Thelamone inditum nomen fuisse, omnes verò asserunt illum ad Euandrum perrexisse à portu proximo fano Volturrenæ, ab eodem dicto portu Herculis. Quin teste Verrio discedens à Lucumonibus ex Faulibus puellam Faulam rapuit quã Romani deam fecere, vt idem Verrius scribit & Lactantius confirmat in primo libro contra gentes cap. 21. Porro fabulosum Seruius æstimat infixa terræ non posse extrahi, aut extractum sequi tantam vim aquæ, vt lacum efficeret. Contra eum tamen est Plinius in secundo libro naturalis historiæ, qui & in Cyminiis & in Veiente ad aras Mutianas esse loca scribit, quibus infixa euelli non possunt. Naturale quoq; est Cyminiis locis omnia esse aquarum sublatentium & erumpentium plena, & locũ lacus Cyminij instar peluis aut cõchæ esse, facileq; à parua aqua potuisse aliquot diebus compleri à sublatente aqua, pertusa iam terra & aperta ferreo vecte, ac propterea nihil fabulosum eiuscemodi authores tradunt, vt credidit Seruius. Item differunt, quoniam Heraclius nulli parti orbis militauit, sed solũ Eurystheo regi priuato, cũ Argonautis

A

Cyminiũ lacum vere factũ ab Hercule asserit.

B

C

D

paruis

A *paruit, non ad gentium salutem, sed perniciem. Exercuit enim circa littora pyraticas excursiones per insidias & dolos, non iusti more belli. Nam circa Colchos littus excurrens auxilio & dolo prostitutæ Medeæ vellus aureũ furatus est, fugamq; pyratico more iniit, vt insinuat atque exponit Diodorus in quinto libro, in quo detegit fabulosa quæ Græci de his sacrilegis dolosis fingũt ad rem pyraticam honestãdam. Quo profecto falso honestamẽto vsi sunt etiam in excursione pyratica circa Ilium, in qua*

B *noctu per dolosas insidias Laumedontem patrem Priami peremerunt, nihil eiuscemodi suspicantem. Quum verò littus Aphricanum excurrerent, non A... um qui non erat occiderunt, sed pastorem cognomento Draconem, cui erãt aureæ, id est, fuluæ oues, vi ligatum, eo cernente, rapuere oues, vt Diodorus exponit. Non militant igitur hominum Aphricæ saluti, qui Aphros pacificos & innoxios oppresserunt. Pari modo quum Hispanicum littus percurrerent, falso finxerunt Gerionem occidisse, qui iam præterierat, & Herculi Lybio cesserat, cuius ossa nominaq; & cognomina permanebant in Hispania,*

Cædes Laumedontis.

Draco.

C *sed certe ab Hispanis cum Thelamone atque Argonautis fugatus Alceus falso cognominatus Hercules adnauigauit in Iluam Italiæ insulam, à qua in Thuscum portum Thelamonis iuxta Turrhenam planitiem classe peruectus est, vt in 5. Diodorus exprimit. Porrò ab eo terrestri itinere per Cyminios Lucumones ad Euandrum Romam pergens, more pyratico Faulam puellam sustulit, quanquam Verrius dicat fuisse præmium eius, & Caccũ præpotentem Campaniæ atq; regni ducem, prohibentẽq; Euandrum ne iniussu Tarcontis regis Turrheni Auentinum incoleret, non vi sed dolo peremit. Teste enim Soli*

Faula.

Cacci mors

D *no Caccus in Labyrinthum siue carcerẽ à Tarconte Turrheniæ rege coniectus fuit, sed frustratus vincula & cõpedes, Campaniam & loca proxima tenuit, atq; valide communiuit. Ita vt alij scribunt in gratiam & amicitiam Tarcontis rediit. Cumque resciret Latium occupari ab Archade, licentia Fauni, non iussu Tarcontis, solus et inermis in Auentinum se contulit, prohibiturus ne quid sine voluntate Thuscorum teneret. Itaq; ab Archadibus*

non

non Heraclio boues sustulit, & in Auétinum traduxit. A
Heraclius qui tunc aderat noctu more pyratico, speluncæ igne iniecto illum suffocauit. Quare timens Turrheenos, solitam fugam iniit. Et vt ait Solinus, cum obsiderētur itinera, filiam Naulochi Appuli procacius viis insistentem Ionem interemit, & ab ea littus Ionicum dici permissum est in Apulia tātum ob illius benemerita, quū tamen teste Liuio in 5. ab vrbe condita, & clarius Diod. in 6. lib. à se omne littus circum Italiam Turrhenum dici iussissent. Nam circa eiuscemodi Troiana tempora Tarcon & Turrheni totius Italiæ principatū & monarchiā tenebant, ad quorū opes florentes mox excisa Troia primum confugit Rutulorum rex Turnus, teste Liuio in 1. ab vrbe cōdita, & deinde Æneas Troia profugus, vt autor est Verg. in 8. 9. & 10. Æneid. Hanc fugā & dolos vt honestarent, Euander & Archades tradiderunt posteris, hunc Caccum vilem fuisse latronem, & Heraclium diuina quadam virtute illum peremisse, & vt de Laumedonte & Colchica fuga, & Draconis violētia, atq; Hispania, etiam pari forma de Italia & Cacco multis fabulis mendacia contexerunt. Non ergo imperauit vniuerso orbi Heraclius, & gigantes sustulit ab Ægypto, Phœnicia, Asia, Italia, & Hispania, quæ prouinciæ legitimos reges sequebātur, et nullos tyrannos aut gigantes nouerant, sed cum Argonautis piraticā dolis et insidiis et maleficiis exequutus, piratæ nomen apud Chaldæos sortitus est, vti locis suis Berosus nominabit. De Hercule igitur hactenus secundum alios, nunc solum de Ægyptio audiamus Berosum veracissimum historicum. B C

Hercules Osiridis filius, cui nomen est Lybius, cum Iside in Ægypto sustulit Typhonem, in Phœnicia Busiridem, alium verò Typhonem in Phrygia, Milinum in Creta, Anteum in Lybia, Lomnimos in Celtiberia, à qua substituto illis rege Hispalo, ad tyrannos Italiæ cōuersus est. Cumq; in Italiam per Cel- D

tas

A *tas transiret, permissu parentum Galathea genuit illis Galathem regem.*

Hercules Ægyptius. *Iam ex supradictis manifesta sunt quæ hoc loco Berosus scribit de Ægyptio Hercule, cuius incipit enarrare monarchiam in toto orbe, & quos tyrannos quibúsve locis deleuerit, & quis post Geriones in Hispania rex ab Hercule creatus fuerit, videlicet Hispalus, à quo non dubium est & Hispalim vrbem conditam, quæ nunc Sibylia dicitur, & tota Hispania quasi Hispalia ab eius coloniis dicta.* B *De Galathe quoq; rege nomen accusat Galathes & Galathiam dictos, quos nunc Gallos & Galliam dicimus. Hoc enim tam Berosus quàm Diodorus in sexto significat dicens: Celticis olim imperauit vir egregius, ex quo filia corporis magnitudine vltra naturæ modum, decoreque cæteras excellens orta est. Hæc cum viribus, tum præcipuè specie elata, omnes qui eam vxorem expetebant contempsit, existimans neminem suo matrimonio dignum. Inde quum Hercules bello aduersus Geriones moto venisset in Celticam, inq; ea ciuitatem Alexiam condidisset, admirata Herculis tum virtutem, tum* C *corporis præstantiam, permissu parentum eius concubitum expetiuit. Iuncta illi, filium genuit nomine Galathē, qui coæuos suos cum virtute animi, tum viribus corporis excessit. Vir factus quum paternum regnum suscepisset, plures oras subdidit sibi propinquas, præclaris rebus gestis. Quumq; eius gloria efferretur, subditos omnes à suo nomine appellauit Galathas, ex quo omnis regio Galathia dicta est. Ex his verbis Diodori patet quòd tempore Herculis Galathia cœpit dici, quam nunc Galliam dicimus, à Galathia filio Herculis Ægyptij, à quo Ge-* D *rion peremptus fuit. Cui accidit quod Solinus scribit: Galathas Asiæ positos fuisse priscis sæculis à primis Gallis Porrò, vt supra exposuimus. Alceus non fuit priscis sæculis, sed Ægyptius Libyus. Quare Hercules Ægyptius regnauit & imperauit post Hispaniæ triumphū in Gallia, & vrbem condidit Alseam nunc Alsetam dictam in ducatu Burgundiæ, finibusq; Eduorū Græcus Diodorus illam protulit corruptè Alesiam, quum Alseam vocabulo.*

Galathes Gallorum pater.

Hercules in Gallia Alexiam condidit.

Alsea.

Ægy-

Ægyptio siue vt nunc Alsetam dicere debuisset. Nam quod Hebræi Alasam, Ægyptij Alesam, & per transpositionem literarum Alseam proferunt, id est, copulans & commiscens. Nam eo loci Hercules Herculeum regnum, semenque commiscuit Celticis. Cæterum Diodorus ibidem, ait hos Galathas adiunctis Cymbris & Cymmeriis, omnem Asiam & Græciam occupasse, & Galathas in Asia fundasse, & qui in Græciam transiuerunt Gallogræcos appellatos his priscis sæculis, vt etiam Solinus & Iosephus asserunt. Quare cum illis esset literarum Galathicarum vsus, vt sæpe ostendimus, non exile argumentum est, quòd Mæones aiunt à Galathis ad se, & à se in Græciam aduectas literas, & non à Phænicia à Cadmo. Hoc loci etiam facit quòd postremis temporibus Ili regis Troiani ætate, vt Manethon enarrabit, iunior Galathes vicit Sarmatas Tanaidicos, & Galathiæ alias colonias fundauit, vt intelligamus etiam diu perseuerasse Gallorum potentatus in Asia, & ob id semper literas et instituta Gallica fuisse, quod Græci vt se primos fingerent, induxerunt falso Cadmum à Phœnicia literas adducentem: quod neq; vetusto authore, neq; alia memoria vt fit in tanta re in archiuis sacerdotum, vt publicis bibliothecis seruata, vnquam probare potuerunt, vt cõtra figmentum Græcorum arguit Iosephus contra Appionem grammaticum. Deniq; Diodorus asserit ibidem: Romanos Galathas vocare, quos Celtas alij vocant. Quòd profectò verum est vernacula lingua. Nam grammatice illos nuncupant Gallos dempta vltima syllaba at, per figuram grammaticalem.

A

Alsetà.

Galathæ Asiani.

B

C

Ita Italia decem annis debellauit, & expulit Lestrigones, postq; 20. annos apud illos pacifice regnauit, multaq; illis oppida à suo nomine & à suo cognomine Musarna sicut Gedrosiæ & Carnaniæ fundauit, & loca aquis impedita habitationi homiuum commoda fecit. Anno itaque Balei, XLI. orsus in Italia

D

pugnam

A *pugnam contra gigantes, biennio ante illius obitum illos deleuit. Ita ab Hispalis Hercules venit in Italiam, Lestrigones & omnes tyrannos sustulit, Arnos, Lybarnos, Musarnos à se cognominatos condidit, trigintáque annis rexit, & accersitum Thuscum illis regem reliquit.*

Asserit Festus Thuscos Italiæ antè sic vocatos, tam B *à Thusco rege filio Herculis, quàm à sacrifico ritu. Quo loci aduerte, vt aiunt Talmudistæ, hæc vocabula Scythica et Aramea esse Tussum Tuscumque. Nam vt aiũt, sæ*

S in c. *pe duplex ss, vnum permanet apud eos, et aliud trãsit in c, vt Phœnissa et Phœnisca, Lybissa et Lybisca, larissa et larisca, ita pari forma Tussa et Tusca. Quod etiam cum o proferunt Tossa & Tosca. Verum ea differentia est, quòd per o Tossa vel Tosca significat rupes abscissas et loca difficilia aditu: et hoc probant, quòd in translatione Chaldaica, quam Targum appellant, vbi Psalmo centesi* C *motertio dicitur Chaldaicè: Conuertit Toscum in fontes aquarum. Hieronymus et Septuaginta traduxere rupẽ,*

Tuscum *dicentes; Conuertit rupem in fontes aquarum. Porrò si per u scribatur Tussum et Tuscum, significat loca augurio consecrata, quorum aditus prophanis difficilis est, dicente Vergilio in sexto: Procul ô, procul este prophani, Conclamat vates, totoq; absistite luco. Ergo ex hoc patet primum Tusciam dictam à Thusco Scythiæ Tanaidis rege, à quo in Tanaide Thuscos Ptolemæus describit, ac propterea hunc Thuscum fuisse Ægyptij Herculis filiũ* D *constat, non Heraclij, cum quia non est nomen Græciæ, sed Scythiæ: tum præcipuè quòd ætate Alcei venientis ad Euandrum Tarcon rex Tuscorum erat, et Turrheni legitimam Italiæ monarchiam tenebant; potiusq; illum fugauerunt, quàm eius filiũ expeterent. Nam vires erãt de sanguine Thusco nõ Græco, vt Vergilius in x. Ænei. et Fabius Pictor, et Seruius indicant. Itaque de Hercule Ægyptio et eius filio Thusco intelligit Festus, quippe*

qui

qui etiam vocabulum ipsum (vt Talmudistæ) exponit A
primum, dicens: Thusci, inquit, à Thusco rege filio Herculis dicti, et Tuscia quòd difficilem aditum habeat, vt Tosculum. Nam Tosca Cicero ait esse loca augurio consecrata, aut aspera et difficilia. Hæc Festus. Post hæc autē Tuscia, quia sicut ante omnes gentes dedita fuit religionibus, ita excelluit arte colendi eas, vt author est Liuius in quinto ab vrbe condita, idcirco posterioribus Turrhenis confirmantibus vocabulum magis quàm interpretantibus à sacrifico ritu fuerunt Thusci appellati, vt Plinius author est in. 3. naturalis historiæ, et Dionysius in primo B
libro, et Seruius super Æneida testantur, et Festus iisdem astipulatur. Quo verò anno cœperit bellum contra Lestrigones, et quo tempore Italiæ imperauerit ante filium Thuscū, ex his quæ Berosus scribit, hoc loci patent. Beneficia verò eius Italia probāt vt ait Berosus, loca à se condita, et coloniæ positæ, quas ab eo Libycas dictas insubribus Mediolano et Vercellis, notat Ptolemæus. Inde post Astam coloniam memorat Lybarnam, rursus in Alpinis Larial, id est, Leoninam inuictam regionem. Nunc Lariam Lacum maiorem dicunt. Rursus ait. Loca stagnā C
tia habitationi reddidit. Hoc potissime in planitie Florētina egisse non est dubium. Nam vt in Anniis quæstionibus expositum fuit, vocabulum Phesulæ argumento est planitiem paludosam fuisse, & fama Fluentina cui standum est, id asserit. Ergo eam Ægyptius Hercules habitabilem fecit, reductis omnibus stagnis et paludibus in alueum vnum. Cui rei duo inuincibilia historiæ argumenta reliquit Hercules, quòd et illis suum insigne Leonem præstitit, et fluento suum Ægyptium cognomētum D
Arno indidit ad hanc vsque ætatem. Et collem Vetuloniæ ab eius cognomento ad hæc tempora vocamus Musarnum. Et ad quintum lapidem vocamus Musarnam vrbem, cuius eximiæ vetustatis ruinæ ac fundamēta visuntur, et cosmographi indicant. Carmani et Taspiades ipsi sunt Musarni, id est eruditi Herculei. Hi orti sunt generoso Libyci Herculis non Alcei Heraclei sanguine, vt in libro duodecimo Sillius cecinit. Horum ergo partem in Carminia colonos dimisit, vt vocabulum accusat

Arnus Musarna.

M Musar

A *Musarnum, & Taspis, quos ibi describunt Geographi, & partem Vetulonis Harbanis cōcessit, quorū nomen et vrbs Musarna perseuerat, & partē cū Sardo & Iolo Sardiniæ præfecit, ante quos Veij Thusci cum Phorco rege illuc concesserant, vt in præmissis commentariis comprobauimus. Nec tamen eos aliūde misit in Sardiniam quàm à Vetulonia & Harbanis Musarnis. Cui argumento primum est, quia perfunctus laboribus Hercules oraculo accepit ad consequendam immortalitatem conferre plurimum, si colonias in Sardiniam mitteret Taspos siue To-*
B *spiades cum Iolo sibi nepote, vt Diodorus in quinto libro exprimit. Porrò Hercules perfunctus est laboribus in Vetulonia, quia vltimum bellum in Italia gessit vt expositum est, & in Harbano suo castro Vetuloniæ innixo, Thuscum filium regem reliquit, à quo ad hæc tempora regionem Paratussam, & pontem Paratussum, siue Paratuscum dicimus, vt inferius notabitur. Nam nihil post fecit quàm ad contiuendum Hispanis & concedendum naturæ illo concessit. Ab Musarna ista Harbana regione sua Hercules functus bellicis laboribus, Tospiades*
C *cum Iolo misit. Secundum argumentum est, quod in hoc agro non Musarnum modo cognomētum permanet, sed Iolum nomen. Rus in Iolum. Nec obstat si quis obiiciat quòd Hercules perfunctus est laboribus in Libya non Thuscia. Nam columnam victoriæ signum in Libya posuit. Sed hoc facilè soluitur, quia Iolam & Iolum sicut Iolaum diuersa lingua pronunciat & Iolum proferunt. Porrò quòd obiicitur Herculem perfunctum laboribus in Libya falsum est, quia teste Diodoro in fine quarti libri, columnam in Libya posuit, subacta magna parte or-*
D *bis, & non toto orbe. Nam Asiam omnem, & mare mediterraneum atque Aphricam subegerat, vt Berosus insinuauit, restabantque sibiipsi gerenda duo mala bella, vnū contra Geriones in Hispania, alterū in Italia in quā in triumphū armenta Gerionis traduxit ab Hispaniis. Quare in Italia peremptis Lestrygonibus perfecit labores bellicos. Itaque in triumphum subactarum partium duarum orbis cum toto mari Pontico & mediterraneo colum-*

Hercules vbi perfunctus laboribus.

columnam in Libya posuit, facile duas alias ad monarchiam reducturus. A

Altades duodecimus rex Babyloniis fuit, regnans annis. XXXII. Hic interposuit tẽpus suum delitiis, existimans vanũ esse laboribus, & suæ vitæ miseria continua laborare, non quidem aliorum humanæq; gentis vtilitate ac beneficio, sed exitio ac seruitute. Idcirco suum institutum fuit, vt vita diuitiis & gloria, aliena stultitia & miseria à suis maioribus partis sibi frueretur quoad viueret. B

Non inerudite philosophabatur Altades, sed imperitè vixit. Eius philosophia verissima hæc erat, vti Berosus insinuat. Vanus & stultus est, qui continuo labore ac miseria militat in exitium sui, & humani generis. Item omnium stultissimus est, qui iugi desudatione thesaurizat, non sibi & genti. Amplius, qui abstinet vsu rerum & gloriæ à se partarum nequissimus est, quia teste Salomone, qui sibi nequam est, nunquam alteri beneficus erit. Ex hac philosophia duo recte colligebat. Primum abstinendum esse ab omni labore bellico & lucroso, quia in bellico sudore, sibi labor, & gentibus cædes occurrit, & in lucro miser & infelix auarus efficitur, magis custos diuitiarum quàm dominus. Alterum fruendum est bonis & gloria, aliena miseria & sudore partis, ne incidas in miseriam & sudores, dum parta bona fugis. Porrò imperite vixit, quia more aliorum inter pellicum greges & catamitos degebat, & bonis partis & gloria non fruebatur, sed abutebatur. Sed hac philosophia Chaldaica missa, redeamus ad nostros.

Altadis philosophia. C D

Huius Altadis tempore Hercules filium Thuscum ex Araxa susceptum, ex Tanaide regione euocat. Galathes à quo Samothei

A *Galli dicti, eius ætate regnauit apud Celtas, & Vandalus apud Tuyscones.*

Sæpe variatum est Celtarum nomen. Nam principio Samothei dicebantur, inde à Celto Celtæ, post à Galate Galatij, hinc à Beligio Belgæ, post à Romanis Galli, postremo Francigenæ. Filius itaque Herculis Galates nomen Gallis dedit, qui apud illos regnauit ætatæ Altadis philosophi, quem existimo refugisse bella, cùm quia delitiosus erat, tum præcipuè, quia Herculeæ monarchiæ par non erat. Germanorum quoque nomen sæpe à ducibus variatum fuit. Nam ab exordio & fermè in toto Tuyscones dicebātur, in parte verò Gambriuij, ante Ingbeones, post Isteones. Hinc Sueui, post Vandali, inde Alemanni, deinde Thetanes & Theutones, postremo à Romanis, vt Tacitus asserit, Germani dicti sunt. Tempore Altadis Vandalus Tuyscones rexit, à quo non solum Vandalos prodiuisse, sed & Vindelicos, nomen est argumento. Namque Vindelici Vandalisci sunt, quia idem nomen apud diuersas nationes mutatis vocalibus solet variari & quandoque syllabis, vt pane, pan, pen, & Taspus, Tespis, Tospis, vt supra diximus, & fosa, fusa, fumsa, & anca, inca, vnca, vt in sequente commentario exponemus. Pari forma Hetruria etiam ipsa sæpe mutauit nomen, vti Plinius asserit in tertio naturalis historiæ. Nam à Comaro Comara, & à Iano Ianicula siue Ianigena, & à Razenuo Razena dicta fuit, vt Berosus asserit, & Dionysius insinuat de Razenuo. Nunc à Thusco filio Herculis Thuscia & Thussa dicta est, vt Fest. est author. Totaq; prouincia nomen mutauit, quoniam vt clare ait Plinius in tertio, & Dionysius in primo libro insinuat; principio dicta est Vmbria ab Vmbris qui eā coluere; inde Pelasgia à Pelasgis qui Vmbros ab imperio exegere, & paulò post Turrhenia à Lydorum rege, à quorum sacrifico ritu, mox à Græcis Thuscia cognominata fuit. Thuscus igitur rex est, à quo solum Vetulonienfis ager Paratossus siue magnus Thuscus dicitur ad hæc tempora, vt ostendimus in Genealogiarum commento vigesimosecundo his temporibus à Tanai patre Hercule deuocatus venit

Margin notes: Gallorum nomina. — B — Germanorū nomina. — Vandalus — C — Hetruriæ nomina. — D

uit in Harbanum paternum castrum, in quo ad hæc tem pora personat Tossum siue Toscum nomen. Cui etiam ar gumento est, quòd Vetulonia fermè iuncta Harbano, tunc & vsq; ad Romanorum imperiũ, fuit regia Italiæ, & regum Thusciæ. Et idcirco perfunctum laboribus Herculem in ea regnasse non dubium est, & in ea creasse Thuscum Coritum, id est, hastatum Iouem, vt mox aperiemus in sequente commentario. Ab eodem ergo Thuscos circa Tanaim dictos memorat Ptolemæus. A

Hercules Thuscum filium Ianigenis creat Coritum ex more. Quo etiam illis rege relicto ipse senex admodum in Celtiberos reuertitur, anno Altadis trigesimonono, & regnauit ibi atq; obiit. Cui Celtiberi templum ad illius Gades, & sepulchrum & diuinos honores tribuerunt, plurimasq; illius triumpho & nomini vrbes dedicauerũt, vt Libysosonam, Libysocam, Libuncam, Liboram. B C

Plura digna memoratu hoc loci explicat Berosus. Latinis historicis & aliquot Græcus sonantia, vt quod Pomponius Mela scribit, sepulchrum & templum Ægyptij Herculis ad Gades in Hispaniis esse, ac propterea senem Herculem ibi regnasse & obiisse, quodque Gades columnæq; huius sunt, non Alcei. Nam etsi Diodorus Græcos magis recitans, & non probans in quarto libro dicit Alceum posuisse columnas, non tamen asserit in Gadibus, sed in Europa: & si id scripsisset, vtiq; mox id reuocauit, dicens prioris Herculis gesta fuisse à posterioribus tributa Alceo, quasi vnus fuisset Hercules. Sed quod maximum argumentum præbet, sunt vrbes cõditæ ab Hispanis illius proprio nomini atq; triumphis, quarum primã Berosus Libysosonam dicit. Sanè sciendum est, vt supra diximus, à diuersis diuersimodè idem nomẽ proferri. Pari forma Soson, Sosa, Susa, Sumsa idem à diuersis pronũtiatur. Est autem Persicum nomen Susa, significans vt D

Sepulchrũ Herculis. Gades.

Susa.

A *aiunt Talmudistæ, equum & equitaturam regiam. Et vrbem forumque augustum, quo equites ducesque Imperatori occurrunt, Susam vocāt. Hinc vt diuinæ literæ tradunt in vita Hester, caput regni Artaxerxis Medorum Imperatoris dicta est Susa. Hinc Assyria Susiana. Eodē modo finem vrbis Vetuloniæ, quo Larthi equitatus Lucumonum conueniebant, ad hæc tempora Sumsam vocamus. Itaque quod Chaldæi Soson, Persæ Susam, idem Hetrusci Sumsam vocabant. Hinc Hispania Herculea Libysoson, est Libyi forum augustale, quo ipsi triumphanti*

Soson.

B *omnis Hispanicus equitatus occurrebat. Quam vrbem Romani ob honorem Libyi per interpretationem vocauerunt Foroaugustanam ciuitatem, & illi ius Italiæ tribuerunt, quæ antea Libysosona dicta erat, vt memoria seruat Plinius libro tertio naturalis historiæ, capite quartò Porrò Ancam, Incam, Vncam, quum diuersæ gentes idē intelligant, & monile sublimi collo impositum significet, vt Hieronymus & Talmudistæ interpretantur, consequens est vt Libiuca sit vrbs quo Libyus triumphans sublimi suo collo torquem adiecerit, siue signum victoriæ*

Anca, Inca Vnca.

C *ac nobilitatis. Similiter quia teste Hieronymo & Talmudistis, Soca & Socor tentoria castraque significat, necesse est Libysocam esse Libyi vrbem locumque, quo initio tentoria posuit et metatus est castra. Cui est argumento, quòd teste Ptolemæo ea vrbs est in Herotanis, id est, à pellito signatis. Her enim, vt diximus, cognomentum est Herculis, & pellitum significat. Ota verò signum & signatum significat, teste Diuo Hieronymo. Ibi enim & metatus est castra, & designauit castris locum Libyus, vt Herotanum nomen accusat. Ergo cum aspiratione Herotani scribendi sunt, & male in Ptolemæo fine aspiratione inuenitur Erotani. Cæterum Oram propriè, vt Hieronymus sentit, ex or et am componitur, quæ gentē et iram significat. Hinc Liboram Libyi gens irata significatur, quæ primùm videlicet in Geriones pro Hercule ira excanduit. Has omnes vrbes leges quasdam in Ptolemaica descriptione Hispaniæ, alias in tertio naturalis historiæ Plinij, et aliis Geographis. Quæ quum ita sint, miror cur non puduerit Græcos tam euidenter mentiri*

Herotani

D

Or, Am.

de Her-

de Hercule. De inito regno Thusci apud Vetuloniā tria A
extant argumento, quòd nomen eius circa Harbanum Paratussum permanet, quòd Vadus Tuscanensis ad hæc tempora dictus est in eius agri medio, quòd solum illi Hercules leonem hastatum, id est coronatum more antiquo ad hæc tempora insigne reliquit. Hasta enim pro corona vtebantur veteres.

Galatheum puerum ad Herculem missum in Siciliam cum coloniis misit Thuscus. Idem Thuscus primus Palatuam militiam, & initiamenta Razenuos Ianigenas docuit. B

Argumentum est, dum Hercules de gigantibus in Italia triumphasset, et pro Thusco in Tanaim misisset, etiam à Gallia pignus virtutis Galatheum puerum suscepisse, quem cum coloniis in Siciliam Thuscus misit. Hinc Galathenas colonias in Sicilia describit Plinius in tertio naturalis historiæ. Erat ergo iam creatus Coritus, cuius munus erat cum rege dare colonias. Circum Italiam etiam maritimas colonias dedit Hercules post initum regnum, vt in Sardiniam Iolaum cum Tospiadibus, C
et circa Istriam Liburnos, id est, Libyi remigatores. Vrna enim vas vocant ad modum remi factum, lato et amplo corpore, et longo ac stricto collo, quod et Palatuum dixerunt, repositorium Vestalis sacri cineris. Hinc Cymbā lato corpore et stricto longoq; rostro cum remis velocissime currentem, quam nunc dicimus Fustam, tunc ab inuentoribus Liburnum, id est, Libyi vrnum vocabant. Quo autem pacto Thuscus Palatuam militiam, et initiamenta quæ patris Herculis erant docuerit Razenuos, satis in ea lucubratione fuit expositum, quæ est de Vadimonis lacu Nauiso. D

Cymba. *Fusta.* *Liburnus.*

DE XIII. REGE ASSYRIORVM.

TErtiusdecimus Babyloniæ rex Mamitus regnauit annis triginta. Is rursus milites exercuit & assuefecit laboribus, & inter-

 post

A *positis delitiis, vnguentis, & opobalsamis, militiam & pugnas exequebatur, cœpitq; formidini esse Syris & Ægyptiis. Huius anno vigesimosecundo Alteus Thusci filius regnat apud Ianigenas, & biennio antè Hesperus frater Kitym apud Celtiberos, rursus apud Celtas Narbon, & apud Tuyscones Teutanes.*

B *Certum est Narbonensem Galliam ab hoc filio Galathei cognominatam, quam prouinciam Romanam postea Senatus populusque Romanus dixit, iusq; Italiæ illi tribuit. De qua Plinius in secundo naturalis historiæ complura, tum præcipuè ista scribit. Narbonensis, inquit, prouincia pars Galliarum appellatur, quæ infero mari alluitur, Brachata antè dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumque saluberrimis Romano imperio iugis: à reliqua vero Gallia latere septentrionali seiungitur. Hæc montibus Gebennicis, & vrbibus agrorumque feracitate,* C *cultu virorum, amplitudine opũ, nulli prouinciarum postferenda, veriusque est Italia quàm prouincia. Hæc Plinius. Porrò Teutanes Mercurius Germanorum extitit, cui cognomento Teutanes sacrificus ritus indidit. Reddebat enim pallentes eos qui sibi gratis immolabantur. Teu enim laudem, & Teudas laudatorem, Taam verò & Tanam pallentem gratis Hieronymus & Talmudistæ interpretantur. Hinc Teutanes, laus pallentis gratis dicitur. In laude enim sacrificij victimandi gratis, pallebant effusione cruoris, dicente Lucano in primo libro: Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutanes, hor*D *rensque feris alteribus hæsus. Ab hoc Teutones et Teutonia nomen accepit. Deinde Berosus aperit quo tempore naturæ concesserit Hercules, et illi Hesperus successerit, videlicet anno xx. Mamiti. Græci dicunt Italiam et Hispaniam dici Hesperias, ab Hespero stella, qua Græci in Italiam et Hispaniam adnauigant, Italiamque simul Oenotriam, ab Græco Arcade Oenotrio fratre Peucci. Quod falsum esse non Berosus modò et Iginus,*

Narbo. Teutanes. Teutones.

sed

sed ratio ipsa conuincit. Nam si à sydere, quo à Græcia in Italiam & Hispaniam nauigant, nomen Hesperiam acceperunt duo hæc extrema Italia & Hispania, necessario consequens est vt & Gallia sit Hesperia, quia media est inter Italiam & Hispaniam: & impossibile sydus illud percurrere, aut eos adnauigare ab Italia in Hispaniam, nisi per mediam Galliam. Porrò cũ nemo scriptorum concedat Galliam dici Hesperiam, consequens est vt nõ à sydere, sed à rege Hespero dicatur: qui primùm in Hispania, deinde in Italia & non in Gallia regnauit, vt Iginus & Berosus clarissimè tradunt. Conuincit quoq; Græcos de mendacio cognomenti Oenotriani Italiæ, ipsa interpretatio nominis. Nam quem Latini Viniferum, eundem Græci Oenotrium, & Aramei Ianum pronuntiant, vt in præhabitis antiquitatibus Iani probauimus. Quare, quia antiquitus à Iano cognominata fuit Italia, consequens est, vt ab eodem per interpretationem Græcã sit dicta Oenotria, id est, Ianea siue Ianicula. Quod profectò & tempus demonstrat. Nam vt supra probauimus, Oenotrius Archas venit in Italiam centũ & septuaginta annis post Phaëtonteos Lygures. Quos si in Beroso & Eusebio supputes, peruenies ad XIII annum Balei Assyriorum regis, quo tempore Osiris reuertebatur in Ægyptũ, vt ex superioribus patet, nuperq; dicta est ab eo Italia Apenina & Taurina. Quare non Oenotria ab eo dicebatur. Rursus & si Antiochus, Philistus & Timæus dissentiant, à quo Italia potissimũ dicta sit Apenina siue Taurina, vt retulimus, conueniunt tamen in tempore, quòd antea dicta sit Saturnia, postea circa tempora Herculis, vel paulò antè dicta est Taurina, et post Herculem Hesperia, à Græcis. Eadem fermè à Dionysio Halicarnasseo in primo libro referuntur. Eadem Berosus scribit asserẽs paulò ante Herculem dictam Taurinã Italiam, & Herculе mortuo successisse illi Hesperum in Hispania. Hesperus autem pulsus à fratre Italo Atlante venit in Italiam, & ab eo dicta est Hesperia. Pòst à fratre Italia, vt etiã Iginus scribit, & noster Tortellius Aretinus refert. Ergo, quoniã ab Api vsq; ad Italũ nunquã Italia dicta est Oenotria, quũ tamen Oenotrius eo tẽpore Italiã incoluerit

A

Hesperia vnde dicta.

B

Oenotria.

C

D

A & obierit, vt ex temporibus patet, consequens necessario colligitur, vt Italia sit cognominata Oenotria, sed non ab Oenotrio Archade, sed vetustissimo Iano, quem per interpretationem Graeci Oenotrium vocauere, vt rudes Romanos fascinarent, et caliginem atque obscuritatem Italiae vetustissimae origini inducerent, ne ipsi qui se gentis humanae genitores fabulosa iactātia praedicabant apud rudes Italos, mox deprehenderētur nouitij atque postremi in rerum natura, vt illis obijcit Iosephus contra Appionem Grammaticū. Itidem obscurare pergentes Thuscam originem, et à Graecis ortos asserere adnisi, Graecis vocabulis illos nuncupauerunt Thuscos et Turrhenos. Sed frustra iecerunt rete ante oculos eorum, qui semper se Ianigenas et Razenuos vocauere vsque ad Caesarum tempora: et non tam obstinato quàm prudentissimo animo retinuerunt vetustissimae originis suae argumenta inuincibilia, linguam, deos, literas et eiuscemodi, vt etiā Berosus aliquantulū insinuat, et Dionysius Halicarnasseus in primo libro exprimit, et Myrsilius astipulatur. Igitur omissis fabulis Graecorum, dicamus Italiā dictam à duce Italo, et circa finem Herculis quo Graecus Oenotrius exulabat, dictā Hesperiam nō Oenotriam, pauloq; antè Apenninam. Sed antiquitus Ianiculam, id est, Oenotriam ab Oenotrio Phoenice, vt saepe exposuimus. Et hunc ordinē sequitur Vergilius, vt vltimo sit cognominata Italia à duce, antea verò à Graecis Hesperia. s. circa finem Herculis et Tauri, vt aiunt. Verum antehac antiqua terra erat et dicta Oenotria, quia Oenotrij. i. Ianiculi viri illā tenuere circa Tyberim: quae pars Ianicula circa Tyberim primū dicta est Italia, vt Seruius scribit super primū Aeneidos.

Oenotria ab Iano. (B)

Italiae nomina. (C)

D In quo et idē Verg. sic scribit: Est locus (Hesperiā Graij cognomine dicūt) Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebae, Oenotrij coluere viri, nunc fama minores Italiā dixisse ducis de nōie gentē. De Alteo verò Thusco, contradictio videtur. Nā Berosus illū scribit filiū Thusci, id est, nepotē Herculis. At Herodotus in primo refert, illū fuisse filium Herculis. Sed facilè soluitur, quia hic fuit nepos Herculis Aegyptij, ille filius Alcei. Quare sicut Graeci ad inducendas historijs et originibus gentium caligines,

nes, furati sunt nomen & gesta Herculis Ægyptij, & illud imposuerunt filio Amphitryonis, teste eodem Herodoto in II. lib ita & Altei nomen furati imposuerunt filio Alcei. Hic Alteus inito regno Vetuloniæ, duo loca suo nomini dicauit, in quibus postea fundata oppida dicimus Altetum, & arcē Althiam vernacula lingua. Cæterum quod Berosus ait, Babyloniæ regem Mamitū incessisse medium inter militiam et delitias, & assuefecisse milites laboribus, profectò ea coniectura est, prædecessorem eius posthabuisse militiam terrore Herculis, iamq; senescente eodem Hercule, Mamitum expectasse illius obitum, & interea militem assuefecisse rebus bellicis, et eodem Hercule mortuo cœpisse arma inferre finitimis: ac propterea formidandus erat Syris & Ægyptijs, qui orbis domitorē & salvatorem amiserant. A Alteus. Mamitus. B

De. XIIII. Rege Assyriorum.

QVartusdecimus rex Babylonijs imperauit Mancaleus annis. 30. Cuius anno primo apud Celtiberos, Kitym pulso fratre Hespero in Italiam, regnauit. C

Scribit Aretinus noster Tortellius eadem quæ Berosus, referens Iginum asserere Atlantem pepulisse fratrem suum Hesperum ab Hispania, & ibi regnasse: & Hesperum venisse in Italiam, & illi imperasse, & ob id vtrunq; regnum ab eo Hesperiam cognominatum. Verum, quoniam de Italo satis in Annijs quæstionibus diximus, idcirco ibi legantur de nomine proprio Kitym & cognominibus Atlante & Italo, & quibus locis regnauerit. Similiter legantur commentaria cum Fabio Pictore. Quare si Kitym & Italus eandem interpretationem habent, & si vtrunque eandem babet definitionem cum Atala & Italo, consequens est, vt idem vir sit Kitym, Atalas & Italus, siue Atlas, vt Græci declinant. Rectè igitur ab Igino Atlas dictus est frater Hesperi, & ab alijs Italus. Itaq; sicut Hesperus vtrique regno imperauit, ita frater eius Italus Atlas. D Atlas, Italus.

Duode-

A *Duodecimo verò anno Mācalei, apud Iani genas regnat Kitym, relicto in Celtiberis rege filio Sicoro. Eiusdem Mancalei temporibus apud Tuyscones regnat Hercules Alemannus, apud Celtas Lugdus, à quo prouincia & homines cognomenta sumpserunt.*

Lugdus. *Lugdus est, qui incoluit Lugdunensem prouinciam,*
B *vt nomen est argumento. Quòd verò ait, ab eo cognomi-*
Lugdunū. *natam fuisse totam prouinciam & homines, ita intelligē-*
dum esse existimo, vt prouinciam intelligat totam partē
Lugdunensem: homines aūt Lugdouicos dictos, quos po-
Ludouici. *stea g ablata Ludouicos dixerunt. Alemannū verò Her-*
Alemānus *culem Berosus dicit, quòd vel Alemanni filius fuit, aut qa*
Hercules. *illi succeßit, aut verius ob vtrunq;. Dictus est Hercules*
ob fortitudinē, quia omnes qui aliquid fortiter egissent,
Hercules vocabantur, vt in Saturna. Macrobius scribit.
Et ob id, teste Cornelio Tacito, omnium virorum fortiū
C *Germani ituri in prælia hunc Herculem canunt: suntq;*
carmina, quorū relatu quem baritum vocant, accendunt
Alemanno *animos, futuræq; pugnæ fortunam ipso cantu augurantur.*
rū clamor *tur. Terrent enim vel trepidant acies, prout sonuit, nec*
in prælio. *tam voces illæ quàm virtutis concentus videntur. Affectatur præcipuè asperitas soni & fractum murmur, adiectis ad os scutis, quò plenior & grauior vox repercussu intumescat. Hæc Tacitus. Quod verò de Kitym refert, etiam Iginus consentit, & Fabius Pictor, Italum pepulisse fratrem Hesperum vt diximus in Italiam, in qua pau-*
D *lulum regnans perijt Hesperus. Inde Italus Hispanijs Si-*
Sicorus. *corum filium regem creauit, vt Berosus exponit. A quo non est dubium dictos fuisse Sicoros, & Sicorum amnē eius de quo Lucanus: Hesperios (inquit) inter Sicorus non vltimus amnis. Ipse Italus pater in Siciliam colonias duxit. Inde cū Siculis in Italiam profectus regnauit in locis circa Tyberim, & ea primùm à se Italiam appellauit, vt scribit Seruius & alij Vergiliani super primum Æneidos. Sunt autē loca circa Tyberim in quibus regnauit,*

nit, vt aiunt, vbi Siculas colonias posuit in agro Romano, vt est illud: Fines super vsque Sicanos, quia Romam primi inhabitauerunt vetusti Siculi, & Tyburi sunt loca Siciliẽsa dicta, & in propinqua Tyberina Hetruria sunt vrbes Phesennium & Phalaris, quas antè inhabitauerunt Siculi, vt amplissimè scribunt historici, præcipuè Dionysius Halicarnasseus in primo libro, & Epigenes in Apologetico contra Italos. Hinc colligunt ab initio non fuisse nominatam Italiam totam quæ nunc est, sed solũ circa Tyberim loca, quæ sunt Latium, & ipsi proxima Etruria Huic assertioni authorum multa suffragantur argumẽta. Primum, quo ipsi vtuntur, quia nomen Siculũ in Latio fuit & Etruria. Siculus autem colonijs à principio erat Italus. Secundum est, quia Italus præfecit filiam suam reginam Aboriginibus in Latio, quæ à suo nomine Siculis prima Romam oppidulum condidit, vt quidam historici perhibent, vt Plutarchus in vita Romuli refert, & Berosus paulò inferius enarrabit. Ipse verò Italus in Vetulonia resedit, cui maiora sunt argumenta. Nam præter id quòd vrbes Etruscas ante Pelasgos inhabitauere prisci Siculi, adijcitur primũ argumentum, quòd ad principes Vetuloniæ, quæ tum erat Italiæ regia, ad Coritũq; accessit, & illi locata filia sua Electra coniuge, eidem participata potentia conregnauit, vt apertè scribit Berosus, & Fabius & cæteri historici consentiunt. Sed quo res ipsa fiat apertior, præmonitos esse lectores par est, tres fuisse Atlantes, quibus eiusdem nominis vxores totidem & pares numero, & nominibus & cognominibus fuère liberi mares & fœmellæ, vt Seruius est author, et Vergiliani super. 7. et. 8 Æneid. Quæ ergo hic dicentur, de Coriti principis Thusciæ Herculei socero Italo intelligũtur, qui primũ in Hispania, inde in Sicilia, postremo in Italia regnauit. De quibus in Annijs. q. et super Fab diximus.

A — *Siculi Romam incoluere primi.*

Latium. — B

C — *Atlantes tres.*

D

Kytim ob mentis excellentiam Ianigenæ sua lingua vocauerunt Italum Atala. Hic filiam suam Electrã Ianigenarũ principi Cambo Blasconi dedit coniugem. Qui pro nuptijs

colonias

A *colonias misit trans alpes Italiæ proximas, & Romam filiam suam Italus primo subreginā Aboriginibus sacrat. Filiū quoq; suum Morgetem Italus Kitym creauit Coritum.*

Non solum aūt Berosus, sed etiā omnes Latini illū secuti scribunt Italū Atalantē locasse filiam suā Electrā Corito Thusciæ principi. Sed quæ exponenda hoc loci occurrunt, hæc sunt. In primis, magis per expositionē q̄ distinB ctionē nominū dicit Berosus, aut traductor Berosi, Italū Itala. Quasi dicat: Vocauerunt eum ob excellentiam mentis Italaa siue Atalaa, quia eundē significant. Deinde insinuat, quod etiam quidam authores scribunt, veteres pro inito regno solitos die acclamationis regiæ, sua sacrare simulachra, vel titulos inscribere ad memoriam, et oppida ædificare, et colonias mittere suo nomine illustratas ad perpetuam memoriam gestæ rei, et ad fulgorem nominis propagandū, et ob id vetusta nomina locis indita faciūt in historia efficacissimū argumentū, vt in præC missis libris et cōmentarijs cōprobatur. Ergo Italus quū init regnum die acclamationis regiæ Ry Atlaus, id est, rex Atlaus, primū excisos à patria Kiteos titulos sacrauit, et sub antro ad æternā rei memoriā recōdidit: quos cernimus iuxta Faul, vt explicauimus in institutionibus Etruscis: et turritū domiciliū in Volturrena sibi fundauit, dictā Arameè Stic Kiti Atu. Deinde successorem regni Morgetē creauit Coritum, id est, hastatū Iouē, dādo illi regni sceptrum. Tertio, omnes tres simul, Atalas, Electra et Cambo, qui pòst per antonomasiā Coritus dictus D est, colonias miserunt in proximā prouinciā Narbonensem, et à suis nominibus vocauerunt illas Cābo, Electras, Atlanticas, vt eas nominat Plinius in tertio naturalis historiæ, capite quinto. Et hoc pro nuptijs et affinitate inita, vt Berosus indicat. Pater Cambi dictus Blascon, vt in Genealogijs Berosus exposuit, à quo mons Blasconis ad hæc tempora dicit, et ipse Blasconas colonias misit cum Cābo Electris Atalanticis iuxta Rhodani ostia, vt commemorat Ptolemæus in descriptione Narbonensis

Atalaa legendū pro Atlanta.

Blascon.

pro-

prouinciæ, et Plinius in tertio naturalis histo. cap. vi Cæterum quod de prima fundatione Vrbis Romæ Berosus ait, et Plutarchus refert, verissimum est: cæteri quos Plutarchus inducit authores Romæ fuerunt, non primū fundando, sed post aut derelictam rehabitando, vt Solinus scribit: aut ampliando, aut diruta restituendo, sicut de Carthagine et multis alijs gestum est. Verum qui Romam vltimo quadrauit, et instar vrbis fundauit, fuit Romulus: à quo Roma per syncopam dicitur. Nam integro vocabulo Romula profertur. Qui verò ante omnes pro temporis exigentia oppidi instar illam fundauit, fuit Roma filia Itali cum Siculis colonijs sui patris, dicente Dionysio Halicarnasseo in principio historiarum: Vrbem Romam, terræ marisque dominam, quam nunc Romani incolunt Vetustissimam, antea memoria proditorum tenuisse dicuntur Barbari Siculi, gens indigena. Igitur authores alij Romæ, quos Plutarchus et alij conscribunt, inter Romulum vltimum, et hanc primam Romam, alijs et alijs temporibus intermedij fuerunt. Et hoc secuti sumus in Etruscæ historiæ libris, quos ab Etruria condita vsque ad hæc tempora abbreuiamus per reges Etruriæ atque Romæ, in quibus et illud Berosianum adnotauimus, hanc primam fuisse subregulam in Italia et Latio, omnesq; sequentes non proprie reges, sed subregulos fuisse in Latio decreto Lucumonū atq; voluntate vsque ad Romulum, qui omniū primus de regno et imperio cœpit cum Etruria cōtendere, durauitq; ea rixa quousq; Thuscorum imperium Romano cessit. Sed et illud genus Siculorum notandum est, quod Dionysius indigenum vocat. Duplex enim genus Siculorum est in Italia, quorum vnum externum aliunde venit cum Italo, et hi propriè dicuntur Siculi. Aliud verò indigenum est et Thuscum è Tagetis Sicano filio in Thuscia, vt supra enarrauit Berosus. Et hi proprie à genitore Sicani dicuntur. Verum quia tempore Itali Thusci fœmellas eius filias vxores acceperunt, hinc authores non distinguunt inter Siculos et Sicanos. Siculi ergo qui Romam cum filia Itali fundauerunt, vt ait Dionysius, fuerunt Siculi indigenæ Thusci, non aduenæ cum Italo. Equidem argumentum

A — Roma instaurata.

B — Roma instituta.

C

D — Siculorum duplex genus in Italia.

A constans, quòd vir Romæ indigena Thuscus erat. Ergo quia proles huius vsq; ad Latinum socerum Æneæ fuit ex Thusco genere, rursumq; Æneas à Dardano Thusco genus habuit, consequens necessario est, vt ex tribus Romæ primis tribubus, videlicet Tatiensi Sabina, Lucerum Lucumona, & Romulea Albana, duæ fuerint consanguineæ ab auito prisco sanguine Herculeo Thusco, Romulea scilicet et Lucera. Quo verò tempore Roma puella Romam cum indigenis Sicanis Thuscis fundauit, regnabat apud Ægyptios Menoptis, vt patet in Eusebio, in tē-
B poribus huius regis Assyriorum Mancalei, cuius anno XXVII. natus est Moyses liberator populi Israelitici duxq;. Ergo quo tempore primùm Roma oppidulum est cœptū, futura dux orbis et Christianitatis domina, equidem & futurus liberator duxq; populi oppressi Moyses rectè ortus est. Sed de his copiosius in sacris decadibus super Exodum explicabitur.

Roma cum Moyse orta.

DE QVINTODECIMO Assyriorum rege.

C QVintusdecimus Assyrijs imperat Sferus annis XX. vir de cuius gestis et prudentia omne vulgus personat. Huius temporibus Morges filius Itali creauit Coritum suum cognatū Camboblasconē, & paulò post idē Coritus manet Itus. Apud Celtiberos regnat Sica-
D nus filius Sicori, post obitū Sferi sub Mamelo.

Ergo Sicani aduenæ in Italia non fuerunt ætate Romæ Italantidis, nisi indigenæ Thusci, sed qui proprie Siculi dicuntur venerunt à Sicilia cum Italo, quia Sicanus pater Sicanorum aduenarū non erat natus, cùm Roma fundauit oppidū pro Latij sceptro habito, vt patet ex Berosi temporibus. Mortuo verò Italo, filius eius Morges successit, vt scribunt Berosus & Dionysius Halicarnasseus in 1. libro. Camboblascon verò à patre cognomen Blascon accepit,

Morges.

Blascon.

accepit, sibi Cambo proprium nomen fuit, & dignitate A
solus Coritus dictus antonomasicè fuit, quia post Alceũ Coritus.
auum Herculeum, Italus aduena susceptum regnum trãs tulit ab Herculea Vetulonica prole in Morgetem. Quare dignitate successionis iteratò suscepta Herculea familia sempiterno titulo sibi adscripsit, & ob id antonomasicè cum Coritus dicitur, de Cambo isto intelligitur à Latinis. Igitur dum esset Coritus .i. hastatus sceptro Iuppiter, genuit Iasium primogenitum ex Electra Italantide. Paulò post obijt Morges, & remansit Coritus Itus. i. Iuppiter B solus, quia ad eum solum redactum est regnum. Et ob id monti Blasconi paterno, cognomentum suæ dignitatis Itum adiecit. Nam sicut à patre Blasconis mons dicitur, ita à perpetua regia dignitate adepta, Arx Iti etiam nominatur, vti in vita sancti Flauiani martyris memoria seruatur. Igitur cũ esset Iuppiter, ex Electra genuit Dardanum & Armoniam. Ex quo fabula Græcorum mendax ausa est in historia, alterum asserere Coritum patrẽ Iasij ex Electra, alterum Iouem qui genuit Dardanum ex eadem, cùm tamen idem fuerit Coritus & Itus siue C hastatus Iuppiter, & Iuppiter qui ex eadem castissima coniuge Electra genuit Iasium & Dardanum, vt Berosus exprimit, & plures alij scribunt, & Lactantius refert in fine primi libri institutionũ diuinarum. Sed quod ad Morgetis regnum attinet, ipse pro inito regno coloni Morgetes. as in Latium misit, quas à se Morgetes nominauit, quas in 3. libro naturalis historiæ commemorat Plinius. Sane pro temporibus sciendum est Deucalionem Thessaliæ regem natum fuisse primo anno huius Sferi regis Assyriorum. Hoc ex duobus patet. Primo ex Latina vetusta tra D dítione, de qua Solinus ait, à primo diluuio sub Ogyge vsque ad Deucalionem fluxisse annos septingentos, & plus quàm nouem menses. Porrò à primo diluuio sub Noa Ogyge Palestino, vsque ad primum annum Sferi anni septingenti & menses nouem computantur à Moyse per Patriarchas Hebræos, & à Beroso & Eusebio per reges Assyrios. Secundo patet ex eo quod veriores historici tradunt. Scribunt enim Deucalionem senem, natum annos octogintaquatuor, passum fuisse diluuium in Thessalia.

A *Cæterum à primo anno Sferi vsque ad diluuium Deucalionis totidem anni supputantur à Beroso & Eusebio de temporibus. Quare anno primo Sferi ortus est Deucalion. Quod profectò tempus dum cognoscimus, multas Græcorum fabulas & mendacia detegimus.*

De XVI. Rege Assyriorum.

SExtusdecimus rex Mamelus Babylonijs imperat annis. XXX. cuius anno octauo B *Romanessos filius Romæ fit primus subregulus montanorum Aboriginum, & Sicanus regnat apud Celtiberos.*

Quod præmisit Berosus nunc loco suo repetit. Sicanū Italantidem regnasse apud Hispanos sub Mameli Assyrij temporibus. Ab eo Sicani Siculi Italantides siue Atalantides cognomentum acceperunt, sicut Sicani Tusci indigenæ à Sicano rege Vetuloniæ vt enarrauit Berosus et regio Sicana Vetuloniæ indicat, & Dionysius insinuat, dum non aduenas Siculos, sed indigenas vetustos Romā C *primos coluisse scribit. Ex Tusco igitur Sicano indigena patre, & Atalantide Sicana aduena matre Roma nascitur Romanessus primus ex masculis subregulus Latij Aboriginum. Huic regi nomen compositū est à matre Roma & Nesso vocabulis Arameis, vti par erat tum parentibus illa lingua vtentibus. Est autem Roma sublimitas, et Nesson forte validumq; augurium, vt diuus Hieronymus & Talmudistæ consentiunt. Ergo illi Romanesso, id est, sublimi fortitudini auguratæ & vaticinatæ nomen* D *futura sublimitas Romani imperij indidit, quòd Tuscus eius pater, à disciplina augurandi Tusca sui eximia præcinerit, ex eius vrbe ac materno paternoq; genere futurū esse imperium orbis, vt interpretatio nominis significat. Nam Æneas imperij Romani origo ex Tusco patre Dardano, & Lauinia fuit ex Roma regina Latij matre, ex quibus natus est Ascanius, vt probatiores historici scribunt, quanquā Virg. Tuscanæ vrbis Mātuæ ciuis in Æneid. lib. à solo Tusco patre Dardano Ascaniū cretum*

Italantides
Atalātides

Romanessus.

vocinat. Hunc Romanessũ, à quo totius imperij omẽ erat A
oppido Romæ, Deũ ineffabilem in cuius tutela fuit vrbs
Roma, fuisse existimo, cũ quia eius oppidi primus Saturnus fuit, vt Berof. narrabit, tũ vel maximè quòd vt nomẽ
indicat, ex eo pendebat omne Romani imperij omẽ et auguriũ. De ipso ergo cũ alij plures, tum præcipuè Plinius
XXVIII. lib. naturalis historiæ capite secundo sic habet:
Verrius Flaccus, inquit, authores ponit quibus credat, in
oppugnationibus ante omnia solitũ Romanis sacerdotibus euocari Deum in cuius tutela id oppidum erat, promittiq; illi eundẽ aut ampliorem locũ cultúmue apud Romanos. Durat in pontificũ disciplina id sacrum, constatq; ideo occultatum in cuius Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Et in tertio libro capite sexto dicit: Roma, inquit ipsa, super hæc est, cuius nomen alterum arcanis ceremoniarum nefas habetur. Quod optima & salubri fide abolitum, quia Valerius Soranus annuntiauit, mox luit pœnas. Hæc Plinius. Quo loci aduerte lector hæc. In primis duo nomina habuisse Romã, quorum vnum fas erat nominare Romam, alterum nefas arcanis ceremoniarum impositum, vt indicat Plinius. Secũdo quòd illud ineffabile nomen idcirco in pontificum disciplina fari nefas erat, ne cognitus ab hostibus Deus Romanus euocaretur. Tertio quòd licet publicè abolitus, id est, fari prohibitus esset, non tamen priuatè, quia Valerius Soranus illud sciuit & publicè annuntiauit. Hoc ergo nomen Romanessius fuit, cui quatuor sunt argumento. Primum, quia hic primus Saturnus deusq; Romæ fuit. Secundum, quia hoc nomen vrbis ipsius Romæ nomen simul & omen secum ferebat, quod ne transiret ad hostes, idcirco occultabant. Tertium, quia hoc nomen pro sacris arcanis tribui Romuleæ tributum fuit. Nam teste Liuio in primo libro ab vrbe condita, & Varrone in primo de lingua Latina, cum alias tribus à ducibus Tatio & Luco siue Lucumone vocauerit Tatienses, & Luceres, suam tamen non à se voluit dici Romuleã, sed Romnẽsem, per syncopam. Nam vernacula lingua Romnesse pro Romanesse dicitur, de quo plenius dictum est super Fabium et C. Sempronium.

B Nomen arcanum Romæ.

Nomina Romæ. C

Romanessus. D

A *Apud Celtas Beligius, à quo illi Beligici appellantur, regnat, & apud Ianigenas tandē à patre Iasius creatus est Coritus.*

Cambo. *Si Coritus qui & Cambo creauit successorem sibi Iasium filium, ergo rex erat Cambo quia regis erat munus creandi Coritos & successores imperij. Quas verò pro ini to regno colonias dederit aut vrbes sacris literis Cort fundauerit, nomina ipsa oppidorum, & locorum adhuc* B *locis extantia, ea referunt atque indicant. Nam in Volturrenæ siue Vetuloniæ agro hæc sunt Cort Nyenta, Cort Ilianum, & alia quæ in quæstionibus Anniis copiose* *Beligici.* *tradita sunt. Nunc de Beligio id tantum dicendum occurrit, quod Berosus ait, ab eo rege per syncopam dictam fuisse Belgicam Galliam.*

Iasius creatus est Coritus, & anno sequente simul cœperunt duo reges, videlicet primus C *rex Atheniensium Cecrops priscus & Iasius Ianigena apud Celtas.*

In æquiuocis ostendimus Iasios & Dardanos, & Cybeles fuisse plures, similiter & Cadmos, & Phœnices, & Minoes, quorum æquiuocatione freti Græci, multa mendacia & caligines historijs iniecere, & religauerunt oculos rudium illa ætate, ne ante se positam lucem perspice- *Dardanus & Iasius prisci.* *rent. Primus enim Iasius & Dardanus fuerunt Thusci filij Coriti, & Dardanus ab hac Turrhena Coriti patris sede profectus, & his Arunti ortus in agris, Ideas Phry* D *giæ penetrauit ad vrbes & Dardaniam in Phrygia condidit, vt Virgilius in septimo Æneidos scribit, & Berosus atque Latini Arunti vetustissimi testes affirmant, & nomina locis istis extantia Dardanium, Iasinella, & Cybelarium comprobant. Itaque nullus Iasius & Dardanus legitur ante conditam Dardaniam, quàm nostri Vetulonienses Veiuz i, vt ostendimus. Alius Iasius fuit post* *Iasius minor.* *hunc & Cecropem annis fermè ducentis, vt ex Eusebio patet numerando à Cecrope prisco vsque ad patrē dicti*

Iasij Abantem regem Argiuorum. Nam omnes histori- A
ci tam Latini quàm Græci vnanimes scribunt, ab Aban-
te rege cretum fuisse Iasium Argiuum patrem Atalantæ
venatricis ex Arcadia, quam ardebat Meleager, de qua
Ouidius in quarto epistolarum Heroidum Arsit & Oeni
des in menalia Atalanta. Tertius fuit Iasius & Darda- *Iasius tertius.*
nus Samothraces, cum Armonia sorore matris nupta
Cadmo iuniori. Quæ res patentem latamq; fecit occasio-
nem errandi Græcis, ac etiam ipsi Dionysio, qui ab Etru-
scis, vt ab Ægyptijs, furati nomina & gesta, suis tribue
runt. Et quidem falso. Primum quia illa Samothrax Ar- B
monia fuit soror Martis, & nupta Cadmo iuniori, vt Sa- *Armonia.*
mothracum historia tradit. Et Diodorus in sexto refert.
Sed Tusca Armonia innupta virgo & Vestalis erat &
soror Iasij ac Dardani, vt Berosus & eius triumphale si-
mulachrum in societate Iasiana comprobant. Rursus te-
stibus Aruntum vetustissimorum historijs, & Virgilio,
& alijs Latinis vt diximus, hic Iasius cum suo fratre
Dardano atque sorore Armonia fuerunt ante conditam
à fratre illorum Dardaniam. At verò illi Samothraces
diu post conditam Dardaniam floruerunt, paulò ante C
Argonautas, cum vxor Prisca iunioris Cadmi ob intro-
ductam Armoniam Zelotypia correpta contra eum cer-
tamen inijt, vt Spinga & Palephatus historici Græci tra
dunt, & Eusebius connotat in temporibus paulò ante
Argonautas. Itaque vt Berosus scribit Iasius Tuscus
Coriti filius Ianigena regno Italiæ potitus est eodem an
no quo & priscus Cecrops Atheniensis, & totidem an-
nis regnauit. D

In Iasij nuptijs affuit Io Ægyptia. Sola enim fœminarum vno plus Dodone centenario vixit, & vniuersum fermè orbem lustrauit post viri interitum.

Singulæ clausulæ magni momenti sunt, & breuibus
pro viribus exponendæ. Duæ fuerunt Io, quarum Inachi *Io duplex.*
iunior Græca fuit. Altera Prisca Ægyptia, Græca ab in
stitore Phœnice prostituta cum eo fugit in Ægyptum;

 vt in

A *Vt in primo libro Herodotus refert. Secunda fuit soror & coniunx Osiridis dicta Iuno, Isis, Ceres frugifera & legifera, & Orpheus in gratiam Thebanorum Græciæ cum alijs historicis de more mentitus, vt ait ipse Diodorus in 1. libro, finxerũt Io græcam in vaccam versam iuisse in Ægyptum, & falso tribuit illi gesta & nomen Isidis Ægyptiæ. Itaq; Berosus & Latini de Ægyptia vera non ementita græca dicunt, quòd affuit in nuptijs Iasij. Hoc omnes confitẽtur Cererẽ magnam interfuisse nuptijs Iasij et Cybelis, non Armoniæ, quia in gratiã illius*
B *Iasij asserunt obtulisse panes quum antea glande vterentur, cuius frater Dardanus post nuptias condidit Dardaniam. At alij Iasij omnes excepto Tusco, fuere post Dardaniam conditam, vt explicatum est. Quòd verò ait hanc Isidem vixisse vno centenario plus Dodoneo fratre Kiti, sexcentis annis intelligit illã fuisse superstitem, quia Dodoneus in Illyrico quingentis vixit annis, vt Cornelius Alexander est author, vt Plin. refert in VII. naturalis historiæ. Ex quo etiam argumentum elicitur hanc Io nõ fu*
C *isse græcam quæ orta est postremis temporibus sub Inacho patre eius, cuius maior ætas hominum non transcendebat ducentos annos, qualis fuit Isaach Hebræus, qui amplius alijs viuens attigit centesimum octogesimum annum, vt diuinæ literæ tradunt. Siqui vero sexcentis annis vixerunt, hi gigantes erant, & orti primis temporibus à diluuio vsq; ad Semiramidem, quia gigantes fuere cir[illegible] diluuium, vt sacræ literæ docent, & testantur omnes qui scribunt de hominibus mille annis viuẽtibus, vt refert Iosephus de antiquitate Iudaica. Cæterum quia*
D *Isis ægyptia vixit sexcentis annis, vt Berosus innuit, cõsequens est illã ortam in primo ortu generis humani, & gigantam fuisse, quod profecto Berosus scribit, asserens illam ortã primo anno Semiramidis, & Diodorus in primo lib. exprimit gigantes fuisse in primo generis humani ortu, & tempore Isidis, quos vt ait Osiris eius vir & frater cum Hercule ab orbe sustulit. Cõputanda igitur sunt tempora, vt Berosus & Eusebius computant, per reges Assyrios. Isis orta est primo anno Semiramidis, vt superius expositum fuit. Ab hoc anno vsq; ad primũ annum*

Cecropis

Cecropis quo regnauit Iasius supputant annos non minus sexaginta supra quadringentos. Ergo quũ venit ad Iasij nuptias nata erat annos quadringentos & sexaginta. Porrò Iasius totidem annis quot Cecrops regnauit, id est, quinquaginta, & percussus à fratre Dardano interiit, vt tam Berosus quàm excisa Cybelaria marmora & veraces Latini referunt. Erat igitur Isis quum interijt Iasius annum agens decimũ supra quingentos. Porrò à morte Cecropis & Iasij vsq; ad conditam Dardaniam nouem ac viginti annos enumerat Eusebius. Nã diu post fugam in Samothracia mansit, quæ mora maiorem occasionem fabulandi Græcis obtulit, vt suum Samothracem Iasium & Dardanum fingerent. Erat igitur Isis decrepita in conditione Dardaniæ, annorum quingentorum & triginta nouem, superstesq; fuit post conditam Dardaniam, annis non minus sexaginta, & obijt. A B

DE XVII. REGE ASsyriorum.

DEcimusseptimus rex Babyloniorũ fuit Sparetus, & regnauit annis XL. Sub eo cœperunt miranda in orbe. Nam terræmotus Babylonios terruit. Athenienses regnum exorsi sunt anno. 4. eius. Et eodem anno Iasius Ianigena imperauit Italicis, & Siceleus aliquanto pòst Celtiberis. C

Ergo quod supra omisit nunc aperit quo tempore Iasius cũ Cecrope Atheniensi inchoauerit regnum scilicet anno IIII. Spareti regis Assyriorum. Quo anno Ipitim Cybelem triumphũ coniugẽ sibi locauit, & triumphalia simulachra dicauit sibi, & Armoniæ sorori Vestali, cum cingulo, & palathio, & vitta religata comæ. Item matri Electræ cum nuptiali poculo & baltheo regio pendente à collo. Rursus & Ipiti sponsæ, cum torque magna, & anulo & poculo nuptiali, & inscripta ætate XV. annorũ, et comi hospitio Isidis in Veiuzo. Inscripsit aũt Iasius suæ D

 imagini

A imagini caussam triumphi, quòd se regem inuictamq; coronam salutasset populus Herculeus, anno ætatis suæ. 38.

Constellationum genera. Cæterum meminisse iuuat apud Astronomos esse quadripartitum genus constellationum, quorum vnum est igniferum portendens aut incendia aut exustiones Phaëtonteas. Aliud dicitur imbriferum, quum inducit aut exundationes, aut imbres, aut diluuia. Aliud quoq; motiferũ est, quod terræmotus ciet. Vltimum autem portentiferũ est quod cometas, & nouos Prophetas, sectas & leges inducit, & nouos prophetas, sectas & leges inducit, & no-

B uos simul reges. Horum directio radiorum & ascendentium stellarumque profectiones, quum ad loca definita peruenerint, asserunt mirabiles illos effectus inducere. Berosus igitur Astronomiæ Chaldaicæ scientissimus, sub Spareto peruenisse profectiones omnes ad loca sua asserit, quum terræmotus apud Babylonios, & duo regna noua cœpisse simul enarrauit, itemque multos reges, incendia, diluuia, et magos, & Prophetas sub idem euenisse tẽpus exponat dicens:

C Sub Spareti imperio finierunt Ægyptij reges magni Orus, Acencheres, Acoris, & cœpit Chencres qui cum Hebræis de Magica pugnauit & ab eis submersus fuit. Anno quoque huius. XXXIIII. &. XXXV. in Thessalia diluuium fuit, non solum ex imbribus, sed quòd obturatis montibus casu, flumina planitiem im-

D pleuerunt, & subsequuto terræmotu apertis ostijs montium, aquæ in alueos regressæ. Et in alia eorum parte post terræmotum sequutum est incendium, sub quodam illorũ rege Phaëtonte, & noster rex Phœnices et Syros subegit. Antea verò anno. XX. huius imperij ab Italia Io in Ægyptũ regreditur. Et lis prima in-

testina

testina oritur pro regno inter Dardanũ & Iasiũ. Aborigines sequebãtur partes Dardani, Ianigenæ verò & Siculi cũ Siceleo partes Iasij. A

Ex miris igitur cœlestium profectionibus, lis prima intestina Italiæ fuit. Non dicit primam, quia ante hanc gigantum tyrannica fuit, sed hæc prima inter Italiæ populos intestina, quippe quòd Aborigines sequebantur factionem Dardani contendentis pro regno, & dicentis sibi deberi imperiũ, quia Iasius natus erat dum pater Cambo esset hastatus Iuppiter & Coritus, ipse verò Dardanus dum solus esset Itus & Iuppiter, ac propterea se esse asserebat primogenitum. Econtra Iasius sese primogenitum asserebat, quòd regnum incipiat in Corito & finiat in Ito. Non enim esset hastatus sceptroq; & corona donatus Coritus, cui nõ esset participatio in potẽtia regni, quã sceptrum & hasta significat. Ita ea ratione superior Iasius secum Ianigenas & Siculos habens etiam consanguineum vtrisq; regem Hispaniæ Siceleum aduocauit. Ergo quum legimus Siceleum in Italiam profectum, intelligamus eius profectionis caussam fuisse ad intestinam subortam Italiæ litem componẽdam. Hæc cœlestium profectio in Italia commouebat, in Thessalia vero diluuium & sub Phaëtonte Græco in Græcia non in Phaëtontea Eridana Italia, simul diluuium & incendium diuersis in locis induxit, anno Spareti 34. & 35. vt etiam Eusebius connotat. Sanè sciendum est à primo diluuio vsq; ad Deucalionem fluxisse annos septingentos & menses plus quàm nouem, vt Latini Chronographi tradunt, & ab his pendẽs Solinus collegit. Cæterum à diluuio Noæ siue Ogygis Iani vsq; ad Sferum septingenti similiter anni supputantur à Beroso per reges Assyrios & à Moyse per Patriarchas Hebræos. Quare primo anno Sferi natus erat Deucalion. At verò à primo anno Sferi vsque ad 34. Spareti quo diluuiũ & incendiũ in Græcia venit. LXXXIII. annos computant simul Berosus & Eusebius. Quare historici rectè tradunt, qui scribunt Deucalionem quàm maxime senem passum fuisse diluuium in Thessalia.

Dardani contentio. B C D

Sferus. Deucalion. Sparetus.

A DE DECIMOOCTAVO REGE Assyriorum.

DEcimusoctauus rex præfuit Babyloniis Ascatades annis. XLI. qui funditus omnem Syriam ditionis suæ fecit, cuius anno XIII. vitis inuenta apud Græcos narratur. Sub eodem anno Dardanus Iasium dolo pere- B *mit, & fugiēs in Samothraciam diu ibi latuit.*

Idem notat de inuenta vite Eusebius. Porrò de Iasio trucidato à fratricida Dardano ad Iasiuellas Vetuloniæ thermas excisa marmora Cybelaria exprimunt, et de fuga eius à Coriti Turrena sede in Samothraciam, deinde in Phrygiam, quum Vergilius in Æneide tum etiam plures Latini conscribunt. Scribunt insuper Siceleum cum Sicanis ab Hispania profectum exclusisse Aborigines, à quibus postea Siculi exclusi fuère. Et hoc pacto intelligitur Dionysius Halicarnasseus in primo libro, quòd Siculis semper fuerunt infensi Aborigines, quodque diu C *pòst aduenientibus Pelasgis ipsi Aborigines socia arma iunxerunt contra Vmbros et Siculos, et quòd ceperunt ab Vmbris Cortoniam dictam Crotonem mediterraneā, et illinc inuadentes regionem condiderunt Turrenam, et expulerunt Siculos à Phalari et Phescēnio et tota Italia. Et vt ait, ex his controuersiis inter Siculos et Aborigines surrexit bellum omnibus Italiæ gentibus, quum antea nullum fuerit in Italia. Hæc multa verbositate et diuersis digressionibus intermixtis, narrat Dionysius. Quæ profectò simultas inter Aborigines et Siculos ex* D *eo prouenit, quòd vt Berosus insinuat et historici exprimunt, Siceleus sequutus partes Iasij et Siculorum exclusit Aborigines. Hinc dolore percitus Dardanus, dolis regem peremit, et parata forte in propinquo portu naui fuga ereptus est, à Coriti Turrena sede in Samothraciam et Phrygiam, vt in 8. Æneid. Vergilius testatur commemorare Aruntos senes.*

Siculi in Aborigines.

Iasio

Iasio Coribantus filius successit. A

Hic Coriban filius Iasij nomen habuit proprium Ban, Cori verò pro inito sceptro cognomentum promeruit, quia vt sæpe diximus hasta & sceptro pro corona vtebantur veteres. Sceptrum verò siue hastam Romani dicebant Quirin, Sabini Curin, Etrusci Corin. Hinc Coriban hastatus Ban dicitur. Hunc Veiuzum Herculeum fundasse Nuetum grauiscam vrbem, quam Cornuetum, id est, hastatum & coronatum Nuetum dicunt, vernacula verò lingua per syncopam Cornetum, & eandem sacrasse tribus sacris literis. N.B.E. id est, Nuetum Bantis æternum, probauimus ex inscriptione vetustissima literis Etruscis seruata in eorum sacro antro, quam ad literam conuersam in Latinum, & commentariis expositam posuimus in. 40. Quæst. Anniis. Itaque illius locutio Latina hæc est: Herculeus dans & duces Veiuzas colonias, inaugurauit fossas, inauguratione sacra. N.B.E. Nuetini proximi fluento nubiloso siue grauisco, Puer Ban inclytus primus fundauit hoc lustrum. Secundus augur Oa, augur Aciulnius tertius. Yellus augur quartus extitit. Augur Aciulnius ciuis Surrhenus gratis hospitia primus fundauit, Veluzis quas dedit coloniis. Et Cianus Veiuzus solicitator extitit. Austrorsum maris, auguris Aciulni est simulachrum, Cecorsum verò lumen antri stans, huius filius est. Et post Cecorsum antri est Leo. M. Iam sat est. Quid igitur hoc Lustrale, Ad annos ætatis natos, & augurio felices precatos, & ab ægrotatione liberos, vt ciuitas habeat hæreditationē. Hæc sacra Cornueti à Bante fundati inscriptio, cuius rationem si quis scire voluerit, legat nostras resolutiones alibi post hæc imprimendas cum aliis.

Coriban.

B

Augures Etrusci. C

Ascatadis anno. 8. Cancres victus Hebræorum magica periit in mari, cui apud Ægyptios successit Acherres, apud Celtiberos Lusus, apud Celtas Allobrox, & apud Aborigines Italos Romanessus filius Romæ primus D

Satur-

A *Saturnus consecratus mox obiit, cui successit filius eius Picus priscus.*

Renouatur igitur orbis, finita profectione cœlestium quandoquidem sub idem tempus tot inclinati succedunt
Picus. *reges. Nam Picus priscus (etenim iunior extitit vt super*
Romaneßus. *Manethonem videbimus) succedit patri Romanesso, in deos Latinos primum relato. Saturnus enim Sagni fuit primus totius Italiæ Saturnus, à quo Italia quondam Saturnia dicta est decreto Iani, vt in Saturnalib. author est*
B *Macrobius. Porrò Allobrox quasi Allodrox, id est, Au-*
Allobrox. *stralis commixtio. Etenim Aramei Allo dicunt commixtionem, & dros siue Daros austrum, quod Hebræi Darem dicunt, vt Hieronymus & Talmudistæ consentiunt Hinc Allodaros siue Allodrox quem posteri Allobrox protulerunt, dicitur commixtio versus austrum. Non est dubium hunc fuisse illum qui in Australem Narbonensis prouinciæ partem commixtas colonias deduxerit vocatas Allobroges, in quibus cosmographi vrbes illustres describunt Viennam, Gebennam, & Auinionem.*
Lusus. *Rursus apud Hispanos Lusus succeßit Hispanus & non*
C *ementitus Græcus, vt in.4. naturalis historiæ. Plinius indicat Varronem sequutus. Ab eo Lusitania nunc Portugallia dicta cultaq; fuit, vt nomen ipsum accusat. Iesum Aramei quem Lusum alij vocant saluatorem interpretatur Hieronymus. Eo cognomento, vt arbitror, dignatus est, vel quòd saluberrimam coloniis inuenerit patriam, vel quod eam ab hostibus eripuerit. Sed quòd est graue in Beroso, magum Moysem appellat qui diuina vir-*
Magus Moyses. *tute vicit. Sed venia danda est gentilitati. Grauius autem aberrauit Trogus & Iustinus eius abbreuiator, qui*
D *in.36. epitomatum libro asserunt fratres Ioseph vendidisse peregrinis mercatoribus, veritos eius excellẽs ingeniũ. Eundem à mercatoribus deportatum in Ægyptum solerti ingenio percepisse artes magicas, & ob id ipsi regi percharum fuisse, filium eiusdem fuisse Moysem, quem paternæ scientiæ hæreditas & pulchritudo commendaret, eundem Moysem cum Hebræis vliginem & scabiem passis ab Ægyptiis pulsum sacra Ægyptiorum furto abstulisse*

lisse, Ægyptios verò illa armis repetere pergentes maxi- A
mis imbribus domum redire compulsos. Sed hos errores copiose confutabimus in secunda sacra decade super Exodum. Nunc ad Berosum reuertamur, qui ad conditionem Troiani regni pergit atq; festinat dicens:

Anno vltimo regis Ascatadis, Ato donauit Dardanum parte agri Mæonici, & ita regnum Troianum cœpit. Dardanus si qua iura in Italiæ regno habebat, resignauit Turreno B
filio Atus.

Colligamus omnia in vnum quæ de his temporibus et populis dicuntur. Dardanus donatur parte agri Mæonici ab Atu Herculeo patre Turrheni. Eodem ergo atauo patre Ægyptio Hercule ortum genusq; habent Ato & Dardanus, quia Atos ex prognatis Herculis & Omphales vnus fuit, & Dardanus item ex eodem Hercule & Araxa genitus est, vt in genealogiis explicauimus. Idē ergo genus Herculeum consanguineum erat Mæonicum & Tuscum Vetuloniæ. Quare non fit sanguinis mutatio sed agri & fortunæ quidē, quia Dardanus diu præstolatus in Samothracia spe reuocationis in paternam sedē Coriti, ea spe damnatus, contulit se tādem ad consanguineos Mæones, quos abituros ob penuriam accipiebat. At verò Turreno & Mæonibus fortuna fuit, quia teste Seruio & Strabone in. 5. lib. quum paruum & angustum imperium simulque regnum non caperet duos fratres Lydum & Turrenum, simulque fame ac sterilitate premeretur, Ato pater sorte iacta è duobus liberis Lydum quidem successorem regni retinuit, Turrheno verò maio- D
rem partem populi applicans foras abire iussit. Eadem Herodotus sentit & alij quos contra se producit Dionysius Halicarnasseus in. 1. lib. Hæ igitur eodē tempore fortunæ fuère Turrheno & Dardano Herculeis, quæ illos ad commutandas sedes coëgit. Quare Dardanus ius Italici regni Coriti si quod haberet Turrheno resignauit, & Dardanū Ato donauit parte Mæonici agri, quæ Phrygia ab Hispanis Brigis dicta, vt ex superioribus explanatum est.

Atos. C Dardanus

A est. Nam teste Eusebio de temporibus post conditã Dardaniam Phryges Meonici dicti sunt vsque ad tempora Tantali regis Meoniæ, cui suberant Dardanides.

Turrhenus adnauigans in Italiam Ianigenam à Cybele & Coribanto tanquã ex Herculeis hilari hospitio exceptus, & ciuilitate Razenua donatus est.

Herodotus & alij quos producit contra se Dionysius Halicarnasseus, scribunt Turrhenum adnauigasse in B partem Italiæ, & consedisse ad septentrionalem Tyberis partem, vbi erat Vmbris habitatio, & ibi ciuitates Turrhenas ædificasse, vt super Myrsilum diximus. Quare Turrheni sedes in Tyberina solum Thuscia quærenda est ab Hortano oppido ad fines Aretinorũ vbi sunt fontes Tyberis, quia ab his fontibus est Tyberis septentrionalis oppositus atq; finitimus Vmbris, vsq; Horte Narq; fluuium. Abinde enim vsq; in ostia Tyberina, nõ est perquirenda Turrheni sedes, quia ea portio Tyberina neq; est borealis neq; Vmbros retinet, sed Sabinos & Latinos C habet finitimos accolas, & ab orientali in meridianam oram prospectat. Sunt autem in hoc septentrionali Tyberino decursu populi vt cernimus, primi quidem Aretini, secundi Trasimeni, quorum capita sunt Cortonia & Perusia. Ergo quod Berosus vocat Ianigenam Italiam, hãc partem Thusciæ & hos populos septentrionalis Tyberis intelligit ad quam Turrhenus venit, consedit & vrbes ædificauit, & vbi Vmbris prisca erat habitatio, vt Herodotus & alij docent, referente illos Diony. in. 1. lib. Porrò illum Cybeles comi hospitio recepit, non modò quia cõ-D sanguineus erat, vt Berosus indicat, verum etiam quia (vt existimo) in periculo cernebat filium Bantem ab Aboriginum odio, sperabatque si Turrheno reliquisset Coriti sedem, facile pacem cum Dardano adepturam se, atq; in noua Dardania sacerdotium cum filio habiturã. Quod & euenit. Proinde illum Turrhenum Cybeles donauit ciuilitate Razenua. Qua verò ciuitate decoratus fuerit Turrhenus, equidem Sillius Italicus in octauo libro exprimit

Thusciæ fines.

primit, dicens: Mæoniæq; decus quōdam Vetulonia gentis. Ab initio igitur Veiuzo oppido Cybelis & Coriti sede Mæonia gens decorata & illustrata fuit, ac propterea Vetuloniam Coriti sedem notauit Vergilius, dum dixit Dardanum profectum fuisse à Turrhena sede Coriti: vbi mira breuitate regiam regum Vetuloniam, & duos reges illam cognominantes, & sibi ex proximo succedentes. Coritum & Turrhenum cognominauit. Ergo quia donauit illum ciuilitate Razenua, vtiq; Turrheni non in Turrhenum nomen & mores, sed econtrà Mæones in ciuilitatem nomenq́ue ac studia Razenua transiuere: & Razeni cum aliis cognominati fuerunt, vt author est Dionysius in primo libro. A B

Ipse Turrhenus multa Mæonica ornamenta proferens, dedit. Coribanthus verò & Cybeles ornata Dynastia duodecim ducū duodecim populorum qui essent ex Ianigenis, ipsi in Phrygiam se contulerunt.

Quæ ornamenta Turrhenus protulerit, quæ esset & qualis dynastia siue potentatus duodecim ducum & Lucumonum, quia res prolixa est narratu, ob id remittimus lectores ad q. Annias. Sciendum est Cybelem esse commune nomen Babylonicum ad matres Deorum & Vestas. Cy enim illi matrem, Belem verò & Belum deum & deā vocant. Dicitur autē Cybeles & deorum mater à multis, puta genitura, nutritione, principatu, doctrina, & additione. Ex his aliis & aliis temporibus, quinque Cybeles compertas habemus. Prima omnium fuit Titea Vesta vxor Iani, quæ ex Iano genuit & curauit deos, homines, sacra, & eorū ritum, potissimè ignem perpetuum, vt exposuimus in duobus præmissis libris. Secunda fuit filia huius, cui nomen fuit Regina, quæ sola nutritione dicta est magna deorum mater, quia in gratiam Titeæ matris educauit Titanas, vt Diodorus in quarto libro author est. Et hæ duæ fuerunt primæ omnium Cybeles Vestæ, in primo generis humani ortu post diluuium, vt ex præmissis probatum est. Rursus fuit tertia vxor C D

Cybeles quid.

Cybeles quinque.

Titea.

Vesta.

Regina.

Cybeles.

A *Iasij Tusci Herculea, Veiuza, susceptrix magnæ Cereris in suis nuptiis, cui proprium nomen fuit Tyle, & cognomen à principatu. Ypitis filia Sypi regis Veiuzi, vt eius triumphalis Etrusca inscriptio conuincit, quæ fermè centenaria ad Dardanum in Phrygiam pergens, vecta vt aiunt leonibus, id est Herculeis comitata Veiuzis, facta est regina prima antistesq; ac doctrix sacrorum in Phrygia, Cybelis siue crepitaculus Tuscis sacra Tusca celebrās & quidem castissimè. Nam puerum Atum, quem ad sacra nutriebat, in libidinem cum nympha perlapsum, seipsum castrare coëgit, nec voluit sua sacra fieri, nisi à castis & ex toto exsectis, vt omnes de illius sacerdotibus scribunt. Fuit & quarta Cybeles Phrygia post hanc multis ætatibus nata, & huic contraria meretrix, quæ puella primum à Phryge Marsia adamata, pauloq; post ab Atu cognomento Papa impregnata, & illo à parentibus obtruncato cum Marsia fugiens ad Dionysium postremum in Nysam vrbem paulò ante Argonautas, vt Eusebius notat de tēporibus quibus Nysam cepit Dionysius, ibiq; ab Apolline iterum prostituta fuit, cum quo reuersa in Phrygiam, sepeliuit Papam suum, & adiecit in sacris scuta sonantia, & meretricios luctus & querimonias, vt patet ex eius vita in quarto libro Diodori. Vltima fuit Cybeles vxor Iasij Samothracis in nuptiis Armoniæ, quam Cadmus superinducens Priscæ vxori circa tempora Argonautica, certamen passus est ab eadem vxore, vt Palephatus scribit, & Eusebius notat, paulò ante Argonautas. Ex harum æquiuocatione Græci amplissimam mētiendi occasionem habētes quicquid de aliis dicitur, huic vni tribuunt, vt patet in sexto libro Diodori, & primo Dionysij, qui ab hac Cybele & illius cognatò Dardano Samothrace Dardaniā conditā & sacra Phrygia instituta splendide mentiuntur, cū iam Dardania condita, & sacra instituta fermè ducentis annis ante has nuptias inueniantur in Eusebio & Spinga & Palephato, & aliis Græcis probatis chronographis. Tandem Berosus finem suo operi impositurus, ita loquitur:*

Veiuza. Tyle. Atus castratur. Galli Cybelis. Cybeles altera. — B (margin)

C *Cybeles vltima.*

D

Porrò etiā sub Ascatade apud Ægyptios fuère

fuêre reges Cherres & Armeus qui cognominatus est Danaus, & Ramesses cognomento Ægyptus. Itaq; qui reges & tempora traduntur à nostris de primoribus regnis orbis à Iani diluuio primo vsq; ad Dardaniæ regnum conditum, his nostris breuissimis annotationibus sint hactenus dicta. A

Patet ex hoc vltimo, cur Berosus Atheniensibus hoc opus solum vsq; ad Dardaniã conditam protulerit. Quia videlicet ante Dardaniam conditam tẽpora Græcis ignota erant. Porrò tempora quæ ab Ægyptiis sæpe furabantur, erant confusa Ægyptiis ante Dardaniam cõditam, quippe quia sæpe mẽstruo pro anno vtebantur, aliquãdo autem bimestri, nonnunquam verò trimestri, vt Diodorus in primo & secũdo lib. significat. Porrò Ægyptij sub Danao & Ægypto annis solaribus sunt vsi, quemadmodum Scythæ, Chaldæi, Hebræi, & Etrusci semper sunt vsi, edocti à Celo annum ad cursum solis & 12. menses ad motum lunæ, vt Diodorus in 4. lib. & Berosus in præmissis asserunt. Quare ex Chaldæis cæteris tẽporibus Athenienses cum erudiuisset, eosdem sub Dardania condita remittit ad Ægyptios à quibus etiam deos & sacra furati sunt teste Herodoto in 2 lib. Vnde & Ægyptius Manethon annis solaribus vtitur, pòst Dardaniam conditam, vt in eius supplemento atque Eusebio constat, de quibus commentaria sequentia conscripsimus. B C

MANETHONIS SVPPLEMENTA AD BEROSVM, CVM COMmentariis Annij.

D

MAnethõ sacerdos Ægyptius historicus, vt Eusebius dicit de temporibus Argi quarti regis Argiuorum, cuius tempora in Dynastiis idem Eusebius sequitur, quanquam in pluribus deficit in annis et gestis Latinis quæ ad Latinã correctionẽ re- *Manethon*

O duxi-

A duximus in Chronographia Etrusca, hic à Iosepho producitur in multis pro teste tam contra Appionē Grammaticum, q̄ in primo de antiquitate Iudaica.

BErosus inter Chaldæos historicos probatior, deflorauit breuissimis annotationibus omnia Chaldaica, de potioribus regnis orbis à diluuio maximo quod deorum maiores scribunt B *fuisse ante Ninum, vsq; ad præcipuum regnū Troiæ conditum. Nos quoq; vbi ipse reliquit prosequamur ea, quæ nobis ex nostris historicis vel eorum relationibus consequuti sumus, per nostros Ægyptios reges progrediendo, vt ipse egit sub Assyriis.*

Post Chaldæos historicos sequuntur Ægyptij scri- C *ptores. Cui est argumento, quod Ægyptij à suis non potuerunt tempora ante Ninum cognoscere, neq; de diluuio maximo notitiam assecuti sunt, nisi ex Chaldæa priore historia. Vnde arbitrati sunt Ægyptij se fuisse ab initio & primos in orbe genitos, vt Diodorus in primo lib. & Trogus atq; Iustinus in. 2. significant. Quare non iniuria dixit Manethō diluuium maximum à priscis Chaldæis memoria proditum fuisse, non à suis maioribus. Quod tamen se id credere insinuat, dum de veritate Berosum collaudat, asserens illum non probatum modo, sed* D *probatissimum inter Chaldæos historicos. Verum quoniam & ipsi Ægyptij per alia orbis regna colonias multas miserunt sub Osiride & aliis regibus, vt Diodo. in. 1. narrat, idq; memoria seruarunt, & quibus temporibus & regibus propagati fuerunt in posterum, idcirco etiam suas annotationes probatas veracissimasq; esse commemorat, dum eas non per opinionem vt solent Græci, sed per certissimas seruatas vetustas historias, & successiuas scribentium Ægyptiorum relationes sese scripturū*

pro-

promittit, progrediendo per Ægyptiorum reges & tempora, æque ac Berosus per suos Assyrios progressus est. Et hoc est proœmij Manethonis commentarium. A

Sequitur Liber.

ÆGyptus, eiecto fratre Danao, regnauit annis sexagintaocto. Ab eo Ægyptus nomen accepit. Pharaones pro dignitate dicebantur. Anno huius quinto regnauit Amyntes annis quadragintaquinq. Anno sexto regnauit Dardanus annis sexagintaquatuor. Decimo anno Danuus Argis, annis quinquaginta. B

Manethon ad Ægyptios reges cōuersus, ab Ægypto rege nomen vltimum accepit. Nam teste Diodo. Siculo in 1. lib. prius Océana & Nilea, postq; Aëria dicebatur, vt meminit Eusebius de huius Ægypti temporibus. Quinetiam ab Osiris nomine & cognomine Osiriana ab Ægyptiis, & Mizreia ab Hebræis, teste Moyse, dicta fuit. Hic Ægyptus frater fuit Danai cognomento Armei, vt scribit Eusebius. Qui quū regnasset quinq; annis, pulsus est à fratre Ægypto. Cā verò ab historicis enarratur, quæ quia celebrata etiā apud poëtas est, idcirco ab ea supersedimus. De Pharaonis vocabulo, idē Euseb. paulò superius de regis Ægyptij Amenophis tēporibus sic habet: Ex libris Manethonis sacerdotis Ægyptiorū legimus hæc verba: Ægyptiorū reges omnes tunc Pharaones dicebātur, non hoc proprium habentes nomē, sed pro dignitate reges tunc vtebantur hoc nomine, sicut & apud nos Imperatores Augusti appellantur. Habebat ergo vnusquisq; Pharao proprium nomen. Hæc Manethon. Ex hoc intelligimus hunc Manethonem fuisse Augustorum temporibus, & donatum ob literas ciuitate fuisse Romanum accolam, quia scribit dicens: Sicut apud nos Imperatores Augusti dicuntur, ac propterea cùm de aliis, tum præcipuè de antiquis Italiæ regibus potuisse scribere nō minus verè quàm Berosus. Cui etiam facit argumentum,

Ægypti nomina. — C — *Ægyptus Pharao.* — D

A quòd Dynastias Ægyptias & reges scripsit fermè vsque ad ea tempora. De Amynte Assyriorum rege & illius temporibus, Manethoni consentit Eusebius, similiterque de Dardano & Danao. Quare coætanei fuerant Dardanus, Danaus & Ægyptus, & secundus Arcas filius Iouis ex Callistone, à quo secundo in Peloponesso Arcadiæ nomen fuit. Nam obliteratum fuit priscum ab Arcadio nomen, & Pelasgia ab accolis dicta est. Arcas verò iunior in ditionem redactis Pelasgis, regionem eorum Arcadiam nũcupauit, anno primo Ægypti huius cui cogno
B mentum fuit Ramesses, vt author est Eusebius. Pharao Ægyptia lingua ferus & ferociæ plenus dicitur, teste diuo. Hieronymo, quem Etrusca lingua Eth, Græca verò Trossolum & Tromatoreũ dicimus. Quibus nominibus Mæones appellarunt Vetulonienses, vt in præcedentibus exposuimus multis locis.

Anno decimooctauo huius regnauit Turrhenus apud Ianigenas, annis. LI. Anno trigesimotertio in Creta regnauit Asterius. An-
C no eiusdem. XXXV. apud Celtas Romus, à quo Romandi. Et biennio pòst, apud Aborigines Faunus Priscus. Apud Atheniẽses Pandion. Anno quinquagesimo apud Assyrios Belochus iunior, & anno. LXVII. apud Aborigines imperabat Amnus Faunigena.

Existimant quidam hunc Asterium Cretensem fuisse
D Iouem illorum cantatissimum. Nam Apteras, qui & Saturnus Cretensis, regnauit annis quinquagintatribus. *Asterius.* Exorsus anno quarto Cranai regis Athenienfis, vsq; ad annum trigesimumsextum Erichthonij Athenienfis, quo illi Apteritæ successit in Creta filius eius Asterius, vt cõputant Chronographi Græci, quos sequitur Eusebius de temporibus. Quare, quia Saturno Cretensi, quem Græci fingunt eunuchasse Cælum patrem & fugatum à Ioue successore, consequens est, vt nomen proprium Iouis magni

gni Cretensis fuerit Asterius, perinde ac Saturni patris Apterites. De Romo verò nil aliud compertum mihi est, quàm quod hoc loci Manethon exponit. Nam in Ptolemæo legimus Romandissos in Gallia Belgica, & in decursu Rhodani sub Vienna oppida Romonum & Romani, quod postea per interpretationem dicũt Valẽtiam. Turrhenum verò nostrum authorem Turrheni nominis fuisse regum Aboriginum Fauni & eius filij Amni tempo ribus Latini historici produnt, quos secutus Sillius Itali cus in quinto libro asserit, lacum Perusinum fuisse regna tum Amno Faunigena, cuius filiam Nympham Agillam Turrhenus locari vxorem filio suo Trasimeno expostula bat, à quo Trasimenus lacus nomen accepit. Dicit autem priscum Faunum patrem Amni, quia fuit alius iunior paulò ante Æneæ aduentum in Italiam, vt ex historicis patet, & Eusebio de temporibus, atque isto Manethone, & nos locis suis exponemus. Horum nominum pluralita te, imò æquiuocatione quidam capti, & ipsi aberrant, & caliginem in historiis ante oculos ingerunt, & alios aber rare compellunt. Quare summopere cautos esse oportet ab æquiuocatione nominum atq; indigestione temporũ, qui veraces historias adipisci voluerint. De temporibus verò Pandionis & Belochi iunioris, eadem scribunt Manethon & Eusebius de temporibus hoc adiecto, quòd anno quinquagesimo dicti Ægypti regis quidam asserunt venisse primum Cadmum valde adolescẽtulum, priscum, ex cuius filia Semele natus est Dionysius liber pater. Nã qui ex Samothracia fuit Cadmus, diu pòst extitit, vt Eusebius scribit, & nos super Xenophontem & Archilochum & alios exposuimus.

A

Romãdissi Alij Romã diorum. Amnus.

B

C

Cadmus.

Secundus post hunc Pharao Menophis imperat apud Ægyptios, annis quadraginta. Cuius secũdo anno apud Troianos regnat Erichthonius, annis XLVI. Tarchon priscus apud Razenuos Ianigenas, qui nunc dicũtur Turrheni & Tusci, ob Turrhenum & peritiam

D

A *diuinorum, quæ à Iano didicerunt, regnat annis vndecim. Apud Celtas Paris. Apud Celtiberos Testa Libyus Triton.*

De temporibus Menophis & Erichthonij Troiani conuenit inter Eusebium & Manethonem. Sed tu emendatius narrantem lege Archilochi epithetum de temporibus. Verum antem dicit, quòd genuit Erichthonium Dardanus ex Bathea filia Teucri, vt historici tradunt, et Diodorus in quinto libro scribit. Nam vt historici perhibent, & Eusebius de temporibus refert, quartus Atheniensium rex dictus est Erichthonius. Eodem nomine dictus est Erichthonius Vulcani & Mineruæ filius, & eisdem temporibus fuit, & ab Homero Erichtheus nuncupatur. Fuit & Erichtheus sextus rex Atheniensium, filius Pandionis, & pater Cecropis iunioris. VII. Atheniensium regis. Huius Erichthei filia fuit Orithyia, quã Astrei filius Boreas Thrax rapuit. Quare caue, quia æquiuocũ est Erichtheus siue Erichthonius, sicut & Tarchon, quoniã tres fuère Tarchontes. Primus, filius fuit nostri Turrheni circa Dardaniam conditam, cui Turrhenus pater condendarum. XII. vrbiũ ministerium delegauit, vt Strabo in quinto, cum cæteris scriptoribus asserit. Alius Tarchon fuit rex Vetuloniæ, post primum annis fermè centum octoginta, videlicet ætate Euãdri & Herculis Græci. Nam teste Solino ad hunc Tarchontem legatus missus est Caccus, quem sub Euandro peremit Hercules. Tertius successit Mezentio post crematam Troiam, ad quem Æneas veniens classem, atq; milites contra Turnum & Mezentium procurauit, vt author est Vergilius in decimo Æneidos. Ob hanc rem Manethon hunc appellauit priscum, de hisq; tribus etiam memoriam agit idem Manethon. Porrò quòd Turrheni à Turrheno dicti sunt, nõ cum verioribus scriptoribus tenet. Quòd verò ob peritiã diuinorum, et à sacrifico ritu à Græcis Tusci dicti sunt, Plinius in tertio naturalis historiæ, et alij consentiunt. Adiicit autẽ Berosus et Festus, quòd à Tusco Herculis filio Tusci primum dicti sunt. Verum satis distat an per ypsilon

[Margin notes: Erichthonius. — B — Erichtheus — Orithyia. — Tarchõtes tres. — C — D — Tusci vnde]

ypsilon Græcũ scribas Tyscos, an per u Latinũ vel o Tuscos vel Toscos, vt idẽ Festus insinuat, et nos in Anniis q. satis explicauimus. Rursus Paris apud Celtas regnauit, inqt, sub Menophi, et apud Celtiberos Testa. Paridẽ eum fuisse, qui Parisios populos in Lugdunensi Gallia cõdiderit, nulli dubiũ esse potest: quorũ metropolis ad hanc ætatem Parisius dicitur, supremarũ omnium disciplinarum gymnasiis, et beati Aquinatis nostri Thomæ studiis et scholis inclyta. Horũ populorum Ptole. et plures alij in Geogra. non obliuiscuntur, quorum hac ætate prima est Parisiis: inde oẽs qui continentur in longitudine quidem ab oppido nunc dicto Thedes vsq; ad Corpheum, in latitudine verò à Poysso vsq; Barum proximũ vni ex ramis amnis Sequanæ. Testa verò Libyus, Tritõ Mineruæ Palatuæ cõpatriota proximusq; Numidiæ, id verũ esse coarguit, quod M. Varro et Plin. in. 3. natu. hist. scribit, etiã ex Pœnis Aphricaq; Hispanos habuisse originem. Ab eo positos fuisse Cõtestanos finitimos Beticæ, vt author est Ptolemæus, ipsum nomen accusat. Horum populi, nimirum si militia valent, quandoquidem ex Tritonide Mineruaq; militiæ principe ortum habuere. A Paris. Parisij. B Testa. Triton. Contestani

Anno septimo eiusdem apud Assyrios regnat Belopares, & Minos regnat in Creta. Anno verò. XIX. *Athenis regnat Erichtheus. Anno trigesimoquinto eius apud Tuscos annis quindecim regnat Abas, à quo positi sunt Abij Tusci: & anno eiusdem trigesimotertio Argis regnat Abas Argus.* C D

Duos fuisse Minoẽs legimus, quorum Priscus hic est, quem Manethon anno septimo Menophis ait iniisse Cretense regnum, Eusebius verò anno. VIII. Hic Priscus Minos fuit filius Xanti Cretensiũ regis, vt periti Græci scriptores conscribunt, qui cum Sarpedone Prisco fratre de regno dissentiens, illum fugauit et Cretam obtinuit. Post hũc annis vigintiquatuor supra centũ fuit Iuppiter Cretẽsis, qui teste Eusebio eo anno rapuit Europã Agenoris

 filiam

A *filiam: & ex ea, & omnes historici & poëtæ asserunt, genuit Minoëm iuniorem eodem anno. Qui, vt idem Eusebius de temporibus notat, anno trigesimooctauo ætatis suæ vlturus mortem Androgei mare obtinuit, & Atheniensium regem & Thesei patrem Ægeum ditioni parere coëgit, Laumedontis anno nono. Cæterum de temporibus Beloparis & Erichthei & Abantis Argiui, discrimen non est inter Manethonem atq; Eusebium. Fuit autem Abantis Argi neptis ex Iasio filio Atalanta venatrix, quam ardenter Meleager adamauit, vt omnes Græci & Latini scriptores referunt. At Abas Tuscus is fuit, teste Manethone, qui Tuscos Abantes populos fundauit circa maritimam oram à Grauiscis vsque ad oppidum quod ad hanc ætatem Cap Abium vernacula lingua, Latina verò caput Abanthum dicimus. Ex his maritimis Æneæ ducem vnum classis assignauit Larthes Targō, qui Abas toruus à Vergilio dicitur decimo Æneidos. Abas tamen à patria toruus verò nomine, non crudelitate dictus est.*

Minos. Atalanta. B Abas Tuscus. Toruus.

Anno trigesimo Menophis Cadmus & Phœnix à mari rubro profecti, apud Sydonem regnauerunt. Post septennium Cadmus docuit rudē Græciā, & regnauit Thebis. Apud Assyrios regnauit Lamprides, & vltimo eius anno Zetus & Amphion expulerunt Cadmū.

C

Græci qui omnia ex opinione, vt libuit, de temporibus & genealogiis audacter mentiti fuerunt, nihil certi afferentes, vt author est Iosephus contra Appionem Grammaticum, & Eusebius de temporibus primæ Olympiadis, & alij clarissimi scriptores, etiam & æquiuocatione nominum sæpe capti sunt. Plures enim fuēre Cadmi, vt Xenophon tradit, plures Phœnices, plures Zeti, plures Amphiones, aliis & aliis temporibus sibi mutuò succedentes. Quo fit vt tanquam ritu distincta, & à se mutuò longe remota tempora tribuant. Sed qui fuerunt hi qui à mari rubro discesserunt, & qua ætate, soli

D

Mane-

Manethoni tanquam qui patrias historias nouerit, & authori de rebus Ægyptijs certissimo, hauddubie credendum est. Fuere Phœnix & Cadmus primi Syria oriundi. Phœnix natu maior, vigesimoprimo anno in Sydone regnauit, & à se primus regionem Phœniciam de vetusto more nuncupauit, quum antea Canaan diceretur, & fuit pater Agenoris Syri non Ægyptij, vt historici graues asserunt. Horum æquiuocatione quidam illusi ascripserunt eos esse, qui à Thebis Ægypti profecti sunt, vt pro eis notat Eusebius de temporibus Dardani: sed falsum esse constat, quod & Manethon Ægyptius patriæ historiæ scientissimus his aduersatur, & Phœnix Ægyptius filius fuit Agenoris non pater, & Ægypto non Syria oriundus. Fuerunt alij fratres Cadmus & Phœnix Græci, fermè annis. 80. ante Troianum excidium, filij Amyntoris. Phœnix adolescens, teste Homero in octauo Iliados, cum suggestione matris fuisset congressus patris Amyntoris pellici, & pater id persensisset, ad alium adolescentem regem Peleum Achillis postea patrem Phœnix diffugit patris iram. Peleus illum benignissimè susceptũ & vnicè dilectum militiæ ducem creauit, qui Peleo referens vt potuit patria, Dolopes illi atque plures populos subiecit. Quinetiam longè post Peleo natum Achillem, vt filium Phœnix aluit atq; nutriuit. Hæc de filio Amyntoris Phœnice Homerus retulit. At de illius fratre Cadmo, qui Armoniam sororem Dardani & Iasij Samothracis vxori primæ superduxit, Spinga & Palephatus scribunt, & Eusebius refert fuisse non minus triennio ante regnum Laumedontis patris Priami, quum vxor prima ob zelotypiam Armoniæ recedens à Cadmo illi certamen intulit, vt etiam Xenophon & plures retulerunt. Quare Samothraces, vt reliqui Græci, falso aiunt hunc Cadmũ fuisse filium Agenoris Ægyptij, cuius cognatus fuit Dardanus Dardaniæ conditor. Nam ante hunc annum condita erat Dardania non minus annis vno & viginti supra ducentos: neque hac ætate alius Cadmus & Phœnix inueniantur, quàm Amyntoris non Agenoris Ægyptij filij. Itaque, teste Manethone, in Syros & Græcos Cadmũ & Phœnicem, fuerunt Ægyptij Agenoris filij Cadmus

A

Phœnix et Cadmus primi.

B

Phœnix et Cadmus Græci.

C

D

A & Phœnix, qui à mari rubro iussu patris profecti, alter apud Sydonem Phœnix, alter apud Græcie Thebas regnauit anno. XXXVII. Amenophis, tertioq; post anno pulsus fuit, vt tā Manethon quàm Eusebius de temporibus scribunt. Quare raptus Europæ paulò ante hunc annum obtigit, et non post exactos nonaginta annos, vt Eusebius de temporibus pro Græca incerta historia notat.

Post Menophim cœpta est Dynastia Larthum, vt in Italia: quæ Dynastia durauit annis solaribus. CXCIIII. Horum Larthum in B Ægypto primus fuit Zetus, qui regnauit annis LV. Cuius anno octauo in Dardania regnauit Tros, in Tuscia verò anno huius trigesimotertio regnauit annis trigintaocto Veibennus ex familia Veitulonia.

C Larthes. Hoc nomen Larthes non proprium est, sed commune dignitatis vocabulum, sicut Augustus et Pharao. In triumphalibus Etruscis inuenimus per aspirationem scriptum, Larth et Larthi. Erant enim in Dynastia siue potentatu Etruriæ. XII. Lucumones in Vetulonia residentes XII. reges, quibus vnus præerat, vt Seruius author est super octauum Æneidos. Hic supremus Larth vocabulo Etrusco, id est, regum maximus dicebatur, non solū quia cæteris præerat, verum etiam quia anniuersariè cæteris duodecim reuocatis, ipse per vitam totam perseuerabat. Hoc pacto potentatus et Dynastia plurium regum D in Ægypto cœpit, quibus primus præfuit Zetus Larthes. Non hic Zetus fuit qui pepulit Cadmum, vt supra retulit. Nam iste fuit Ægyptius, ille verò Græcus. De horum temporibus Eusebius et Manethon paria sentiunt.

Zetus.

Tros. Tros iste fuit filius Erichthonij et nepos Dardani, qui in Dardania partem vrbis maximam fundauit, atque à se Troiam dixit, vt Eusebius de temporibus et cæteri conscribunt, sed de alio Larthe Magueo, et temporibus tam Larthum Tusciæ quàm Dardaniæ, in temporibus Archilochi,

lochi, et historiæ Etruscæ supprimit Berosus, vt qui noui tius historicus et externus. Nomen verò Veibennũ, quod Vibẽnus à Latinis Vibennum per synæresim in 1. Varronis de lingua Latina scriptũ reperio, sicut et Veiturgiã et Veiterbum per synæresim dicimus Viturgiam et Viterbum, profectò Etruscum est nomen quod solum Vetuloniatibus conuenit. Nam Ben filius apud orientales, atque Arameos, et Hebræos filius dicitur. Hinc Veibennus siue Vebennus Veiorum filius et conciuis dicitur. Verũ sæpe nomen commune gentis, die lustrico tanquam proprium vni imponitur, vt Romanus, Florentinus, Senensis. Ita pari forma quum omnes Veizi siue Vetuloni sint Vibenni, huic tamen proprium fuit nomen, qui post Abantem Larthem regnauit annis tot, quot in Chronographia emendata Etrusca posuimus. A Vibennus B

Primo quoque anno Zeti regnauit apud Celtas Lemannus, & trigesimosecundo anno apud Aborigines Mars Italus cognomento Ianus iunior. Anno eiusdẽ trigesimoquinto apud Celtiberos Romus regnauit. C

Lemannus iste non dubium est quin is fuerit, qui Lemannos posuit & à se nominauit simul cum lacu Lemanno in prouincia Narbonensi, quem Luxanæ lacũ hodie incolæ nuncupant, quem Rhodanus ad pontem vrbis Gebẽnæ effluit. Idem enim Rhodanus prius in lacum influit quàm effluat. De Marte Italo cognomento Iano iuniore hæc comperio. Eusebius de temporibus Æneæ sic scribit. Ante, inquit, Æneam Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, & Latinus in Italia regnauerunt annis circiter. CL. Cur vero circiter dicat, profectò quia id non potuit habere ex certo Latinæ historiæ. Nã plus annis. XII. cœpit dictus Ianus. Quod profectò ita patet. A trigesimosecundo Zeti ad excidium Troiæ, circa cuius tempora ad Latium venit Æneas, supputantur ab eodem Eusebio anni duo & sexaginta supra centum. At Ianus iunior Latinus, cœpit Aboriginibus imperare anno trigesimosecũdo Zeti, vt Manethon asserit. Quare. XII. annis amplius quòm Lemannus D

centum

A centum & quinquaginta cœpit. Quia verò alij minus duodecim cœpisse scribunt, idcirco Eusebius chronographus optimus, ne cui detraheret, aut certum tempus quod incertum erat exprimeret, medium inter hæc tempus & cũ vocabulo circiter tradidit, dicens: Regnauerunt in Italia annis circiter centum quinquaginta. Cæterum Italiam Tyberinam & Latium hoc loci accepit ab historicis, quoniam vt ex omnibus constat, in tota Italia Larthes Turrheni imperabant, in Latio verò supradicti Latini subreguli Ianus iunior, Saturnus iunior, Picus iunior, Faunus B iunior, & Latinus. Quòd verò hic Latij subregulus cognomento Ianus fuerit Latinus Mars ex primo libro Dionysij Halicarnassei conuincitur, qui sic ex Latina historia scribens: Contigit, inquit, eo tempore quo venit Euander, esse regem Aboriginum Faunum, pronepotem (vt aiunt) Martis, quem vt genium quendam siue indigetẽ, & sacrificijs atque carminibus colunt Romani. Pronepos autẽ ad proauum refertur, quoniam relatiua sunt. Porrò Ianus Iunior, vt Manethon & Eusebius numerant, proauus fuit huius Fauni, vt patet numerando à C Fauno filio per Picum patrem, Saturnum auum, & Ianũ proauum. Quare idem fuit Mars Latinus & Ianus iunior, vt Manethon tradit. Ergo æquiuocatio Iani & temporum ignoratio multos in his Latinos decepit. Nam si Tuscorum vetustas tanta est, simul & illorum deorum & legum antiquitas, vt nullis hominum legibus, dijs & moribus conueniant, vt probatiores Græci conscribũt, & Dionysius Halicarnasseus in primo retulit: porrò antiquissimas leges atque primos deos, arasq;, & religionẽ canasides Ianusq; dedit, consequens necessario est, vt hic D Ianus iunior nullas religiones docuerit, nec fuerit Priscus ille qui est pater omnium deorum, qui nouitius inuenitur, paulo minus centum septuaginta annis ante Æneam, & cuius ætate Turrheni florebant Ianigena lege, religione, studio, literis, & philosophia. Nunc de Romo apud Celtiberos rege dicendum est. Romus hic fuit, qui non procul Sagunto Romam in littore constituit, à posterioribus Romanis per interpretationem Valentiam nuncupatam. Nam Romus dicitur valens & robustus fermè

Faunus.

Mars Latinus, et Ianus iunior, idem.

Romus.

Valentia.

ab

ab omni lingua & historico. Quare per interpretationē & locum à coniugatis, si Romus valens est, & item valēs Romus, necessario consequens est, vt Roma sit Valentia, & Valentia Roma. Cui argumento est Solinus, qui in principio scribens: Romæ, inquit, vocabulum primò ab Euandro datum, quum oppidum ibi offendisset quod Valentiam dicebat Latina iuuentus, quod Arcades habitātes, seruata nominis interpretatione Romam dixerunt. Hæc Solinus. Verum quod dicit, vocabulum Roma primo ab Euandro est inditum, intelligendum est appellatione Græca. Nam antea vocabulo barbaro etiam Roma dicta fuit à prima conditrice filia Itali, vt Berosus et plures verisimè scripserūt, & Plutarchus refert in vita Romuli. Est autem significatio Romæ apud Græcos solum robur & robusta, sed teste Hieronymo de interpretatione nominum Hebræorum & alijs Talmudistis, sonat nō solum robur, sed sublimitatem cum tonitru, augurio & imperio. Itaque non exigua coniectura est Valentiam Hispaniæ primum Romam à conditore Romo dictā. Cui argumento est quòd eius liberi qui ei successerunt eisdem locis regnauerunt, vt paulò inferius locis suis videbimus. Vrbs itaque Valentia ab origine vetustissima, etiam Valentinis heroibus inclyta Borgijs, hac nostra ætate decorata & ornata est Borgianis pontificibus maximis, in primis beatissimo Calixto tertio, sub quo mira Dei prouidentia apud Pannones Turcus Mahumeth inimicissimus Christiani nominis, cladem exercitus passus, & à quo transfigurationis Christi celebritas instituta est. Deinde & beatissimo Alexandro.VI. in cuius pontificatus exordio, è cauernis & latebris terræ, vetustissimorum Italiæ regum triumphalia in hac sua vrbe Vetulonia, nunc Viterbo etiam lepores prodiderunt, videlicet futuræ sub eo pōtifice felicissimo propagationis imperij Christiani, & sedis Apostolicæ illustrationis diuinum portentum. Eadem vrbs Valentia illustrissima effecta ortu beatissimi Laurentii martyris & diui Vincentij confessoris, atque gloriosissimo martyrio beatorum Valerij Episcopi Cæsaraugustani, & eius archileuitæ Vincentij.

Marginalia: A; Roma.; B; Valent.; C; Calixtus tertius.; Alexander sextus.; D; Signa inuenta.

A *Secundus Larthes Ægyptius fuit Ranses annis. LXVI. Anno eius vigesimoquarto Assyrijs imperat Pannias. Eiusdem anno vigesimooctauo Athenis regnat Ægeus. Cadmus Armoniam sororem Iasij Samothracis ducit vxorem. Olbius regnat apud Celtas. Anno sexagesimo Cadmus ex zelotypia primæ* B *vxoris, ob Armoniam discrimen certamenq; patitur.*

Ranses. *De temporibus Ransis, Panniæ, & Ægei conueniũt Manethon & Eusebius de temporibus, dissident verò in tẽporibus certaminis vxoris Cadmi, quòd Manethon id gestum esse anno Ramsis sexagesimo scribit. Eusebius verò quinquagesimooctauo. Ex quo patet Cererem magnã panificã non potuisse adesse huius Cadmi & eius cognati* C *Iasij Samothracis nuptijs, quæ diu ante naturæ concesserat, vt in Annijs quæstionibus & alijs commentarijs & institutionibus Etruscis exposuimus.*

Eiusdem anno vigesimotertio Cæculus cognomento Saturnus iunior regnat apud Aborigines, & tertio anno post apud Turrhenos regnat Oscus, cuius insigne fuit serpens. Hic D *ex Vetulonia multas colonias seminauit, apud quam erat oriundus magna familia.*

Cæculus. *Inter omnes Latinos authores hæc conueniunt. Primum quidem quia Cæculus Prænestinæ conditor vrbis, fuit Aboriginum rex in Latio. Idem fuit Martis Latini filius. At vero qui Marti patri successit in Latio, fuit cognominatus Saturnus vt supra demõstrauimus. Quare Cæculus rex Martis Latini filius cognominatus fuit Saturnus. Ergo tres fuêre in Italia Saturni.* *Saturni in Italia tres.* *Primus fuit Sabatius, qui fugiens arma Iouis Nini, ad Ianum priscum,*

priscum, exceptus fuit ab eo, & participata potentia illum illustrauit. Hic fuit pater Sabinorum & Samnitium vt sæpe ostendimus. Alius fuit filius Romæ Romanessus nepos Itali, qui primus Aboriginum Saturnus creatus est, vt in eisdem ostendimus. Tertius fuit Cæculus filius Iani iunioris, nominati Martis, vt nunc explanauimus. Primus fuit priscis aureis sæculis. Secundus tempore Iasij. Tertius tempore Ranfis Ægyptij, & Osci Vetuloniensis, vt ex his patet. Oscus verò Etruscum nomen est, à venenoso & terrifico serpente dictum, quem ad hanc ætatem Etrusci Oscorzonem dicimus. Quare rectius dicit Manethon Oscum & Oscos ab insigni principis serpēte dictos, quàm Seruius super septimum Æneidos, dicēs Oscos dici vbi plurimi abundant serpentes. Profectò & ab insigni duces vetusti appellari solebant, ceu Macedon à lupo, & Anubis à cane, vt in primo libro Diodorus est author. Nam Ægyptia lingua Macedon lupus, Anubis verò canis dicitur. Quin etiam & Iuppiter in Aquilam, & taurum, & aureum imbrem versus à fabulosis Græcis fingitur, quòd ad raptum stuprúmque Ganimedis, Europæq́ue, ac Danaes vsus sit insigni Aquila, & tauro, & corruptore auro. Hic Oscus Vetuloniensis adeptus imperium Italiæ, plurimas colonias dedit, vt ait Manethon, & à se Oscas & Volscas, quasi Voloscas, id est, consultores Oscas cognominauit, quarum Volsci in Latio primi fuisse conditi apparent, quòd vocabulo Turrheno eos Volscos, id est, priscos Oscos (Osci enim fuerunt Capuani) appellauit; quos Virgilius adducit sexto Æneidos illo versiculo. Oscorúmq; manus. Quo loci Seruius ita scribens: Capuenses (inquit) dicit; qui ante Osci dicti sunt. Teste eodem Seruio etiam super decimo Æneidos, constat Capuam à Tuscis conditam fuisse, viso falconis augurio, qui Tusca lingua capis dicitur. Et subdit. Tuscos autem omnem pene Italiam subiugasse manifestum est. Vulturnum verò post dictam fuisse, & à campis Capuam Liuius author est in quarto ab vrbe condita, dicens Vulturnum Etruscorum vrbem, quæ nunc Capua est, cepere Sannites. Eodem loci ait Capuam esse dictam à campestribus locis in quibus sita.

A — *Oscus.* — B — C — *Volsci.* — D — *Capua.*

Reas-

A *Reassumpsisse quoque Capuæ nomen à Troiano duce Capy, equidem Virgilius insinuat libro decimo Æneidos vbi ait: Et Capys, hinc nomen Capuanæ dicitur vrbi. Vnde & Dardanos colonos illam habere dixit Lucanus in secundo cum ait: Mœnia Dardanij tenuit Capuana coloni.*

Anno eius XIII. *Ilus regnauit apud Troianos* LII. *annis, & Palatuus apud*
B *Celtiberos, apud Celtas Galathas iunior qui vicit Sarmatas, & condidit Galathas Asiæ.*

Tempora in Manethone inemendata, in Archilocho & nostra Chronographia reperies. Cæterum nouimus ex præcedentibus quum varia origine reges Hispaniam regerent, eorum caput originis nominari, quorum vltimus fuit Testa Libyus Triton, qui apud Carthagineam prouinciam regnauit. Quare cùm non alij sed illius posteri à Carthaginea in Valentiam, prorogassent imperium, con-
C *sequens est, vt Valentia ab eius filio Romo fuerit nominata. Argumento quoque est, quòd circa ea loca filius Romi Palatuus, populos à se dictos Palatuos fundauit, quos & Ptolemæus supra Valentiam describit ad montes vi-*
Galathas. *cinos. Galathas verò iunior à quo deuicti sunt Sarmatæ & Asiani, etiam à patre suo Olbio innumeras colonias denominauit, in Gallia, Sardinia, Sarmatia magna, Asia & Cilicia, vt in Ptolemæo et geographis nomina descripta Olbia perseuerãt. De victoria verò atque fortitudine exercitus huius, quibus omnem Sarmatiam et Asiæ ma-*
D *gnam partem ditioni parere coëgit, Diodorus Siculus amplè in sexto libro prosequutus est. Cæterum de Ilo id*
Ilus. *constat, eum fuisse à quo Ilium in Troia fuerit conditum, et cuius fratrem Ganimedem Iuppiter rapuit in aquilã versus vt fabulantur Græci, tametsi eorum Chronographus Eusebius de temporibus mendaces illos ostendat ex temporibus patris eorum dicens: Ob raptum Ganimedis Trois patris. Ganimedis et Tantali raptoris bellũ exortum est, vt scribit Phander Poëta. Frustra igitur Iouis famula, et raptrix Aquila confingitur. Hæc Eusebius*

bius de temporibus Trois & Tantali. A

Anno eiusdem quadragesimoseptimo Picus iunior fit rex Aboriginibus, & apud Tuscos regnat Tarchon secundus annis quadragintaquatuor. Post Picum anno penultimo Ranisis apud Celtas regnauit Namnes.

Fuisse Picum priscum ex præcedentibus colligitur. Hic Picus iunior pater fuit Fauni iunioris, cuius ætate B *regnauit Tarchon secundus in Italia. Nam & si Tarchō iste cœpit regnare sub Pici temporibus, sub eius tamen filio vsque Euandri & Herculis tempora perseuerauit, vt Solinus in principio insinuat cum dicit: Caccus habitauit locum cui Salene nomen est, vbi trigemina nunc porta. Hic & Gellius tradit, quum à Tarchonte Turrheno ad quem legatus venerat iussu Marisiæ regis socio Megalæ Phrygiæ custodiæ foret datus, frustratus vincula, & vnde venerat redux, præsidiis amplioribus occupato circa Volturnum & Campaniam regno dum attrectare etiam* C *ea audet quæ concesserant in Archadum iura, duce Hercule, qui tunc forte aderat oppressus est. Namnes autem quem Manethon ait regnasse apud Celtas, scriptus inuenitur per literam m & n, Namnes & Naunes, nec arbitror significatum variari. Quare constat condidisse Nannetes populos in Gallia Lugdunensi, iuxta descriptionē Ptolemæi Supra Parisios interq; Namnetes & Vessones diuidit Sequana fluuius. Vessonum metropolis est olim Augusta Vessonum nunc Demont. At Nannetum Augusta olim Condeuincum iuxta Ptolemæum, nunc autem* D *Venecial est aut proximis locis. Ab his Nantes per syncopam quasi Namnetes orti sunt, manetq; illis nomen Angliæ oppositis. Estq; in Turonensi prouincia ciuitas episcopalis in Britānia citeriori, quæ comitatus titulo illustratur ducis Britanniæ primogenito ascripto.*

Picus iunior.

Tarchon.

Nannes.

Nannetes in Britānia

Tertius Larthes Ægyptius Amenophis annis. XL. regnat & imperat, cuius anno primo

P Lau-

A *Laumedon imperauit Troiæ. Anno verò tertio Sosarmus regnat Assyrijs, & Hercules Amphitryonis nascitur anno. 6. vixitq; annis LII. et perijt igne, primus ex maximis piratis.*

Satis congruunt mutuoq; sibi consentiunt Manethon & Eusebius de temporibus Amenophis, & Sosarmi & Laumedontis patris Priami. Cæterum dissensio est quo tempore ortus sit ex Ioue & Alcmena adulterinus græ-
B *cus Hercules. Nam quum omnes historici tradant illum perijsse quadragesimosecundo anno Priami, id est, anno decimoseptimo ante excisam Troiã, variant tamẽ quoto vixerit tempore, quum illum plerique annis. 30. plurimi verò. 52 vixisse contendant. Quos Eusebius de tempori-*
Herculis anni. *bus Priami referens & ita scribens: Hercules, inquit, quum in morbum pestilentem incidisset, ob remedium do lorum se proiecit in flammas, & sic morte functus est an no ætatis. 52. Quidam autem illum. 30. perijsse scribunt. Hæc Eusebius. Fuisse autem illum cum Argonautis om-*
C *nes scribunt, ac propterea probabilius dicunt qui illum 52. annis vixisse conscribunt. Nam si. 42 anno Priami, id est. 17 ante Troianum excidium perijt, si solum. 30 annis vixisset, equidem ante Troiæ cineres fuisset genitus an no. 47. à quibus si quadragintaduos Priami subtrahis, profecto remanẽt quinque anni quibus ante Priami prin cipatum natus fuit. Quare quoniam Priamus successit Laumedonti patri ab eodem Hercule perempto, consequens necessario est, vt quinquennis Hercules cum Argonautis nauigans Laumedontem peremerit, quod quidẽ*
D *non tam falsum quàm ridiculum est. Ergo verius scribũt qui illum occubuisse aiunt anno ætatis suæ. 52. Sic enim decennis fortis robore, cum solo ictu præceptorem suum*
Hercules Linum occidit *Linum Musicũ peremerit puerulus tardiore ingenio, vt Diodorus refert in. 4. Neque id facinus non potuit facilè perpetrare, vt decennis robore incredibili, & auxilio Iasonis & Argonautarum, & dolo non bello, Laumedontem nil eiusmodi suspicantem noctu confoderit, quoniã id à Piratis & sæpe factum vidimus & sæpius gestũ legimus,*

ginnus. Nam vt in aliis, Argonautæ nil aliud quàm Piraticam insidiosam gesserunt. Et idcirco rectè Manethon dicit illum fuisse primum ex maximis Piratis, quanquam puer diuino quodam & admirabili robore res cum Argonautis gereret, omnia maris littora, & insidiosus Pirata, latrocinijs et stupris collustrans magis quàm illustrãs lustrauerit, vt Græca fabula refert. A

Anno Amenophis. XIIII. *apud Aborigines regnat Faunus iunior,* & XXIX. *anno Tuscis imperat Tyberinus ex familia Veia Vetuloniæ annis.* XXXV. B

De Fauno iuniore qui Euandrum excepit hospitio, & oppidum Romam Valentiam dictũ illi concessit, omnes Latini & Græci pariascribunt. De Tyberino verò Veiorum Vetuloniæ regulo, hæc comperio. Nomen illi fuit Tyberinus, cognomen Tyberis, id est, iniuriator, idq; cognomen illi à Pelasgis quos pepulit à Tuscia impositũ fuit. Nam quum Pelasgi paulò ante Siculos pepulissent cum parte Vmbrorum, cohabitauerunt Turrhenis pacifice vsque ad Tyberinum istum, qui per duas ætates, id est, circa. L. annos regnauit ante Troianum excidium, vt passim in primo libro scribit Diodorus Siculus. Origo belli inter eos fuit, quòd Minos iunior misit in Italiam Glaucũ filiũ, vt cũ Pelasgis imperiũ teneret, exceptusq; fuit à Cæretanis, donatusq; Scylla puella ex oppido Cære, vt quidam tradiderunt. Quod quũ Tyberinus ægro animo atq; iniquo perspiceret, bellum intulit Cæretanis ad mare, & Phalerijs ad Tyberim, quo bello & si ipse periijt gigas validus, nomen tamen amni dedit, qui prius Albula dicebatur, & Vetulonienses victoria potiti, Glaucum & Pelasgos tota Italia pepulerunt, & Enotum oppidum validissimum non procul vrbe Roma quum cepissent, sibi vrbem posuerunt, quam à sui origine loci & gentis Veientem appellauerunt, vt Epigenes refert. Vnde in vita Camilli Plutarchus illos Enotanos ante fuisse retulit, & à Romulo dictos Sardinianos, quia ab Veijs Etruscis qui intra fines Etruriæ cõtinẽtur

Faunus. *Tyberinus.* C D *Enotum.*

A originem habent. At verò Veij Etrusci Sardiniani coloni fuerunt, vt idem Plutarchus refert in vita Romuli. Coloni autem Sardiniæ fuerunt, nõ quòd à Sardinia in Etruriam venerint, sed quòd natione Etrusci Sardiniam primi cum rege illorum Phorco habitatam reddiderint, vt author est Strabo in.5 et nos ad longum explanauimus in alijs locis. Sed de his hactenus. Nunc quæ de Tyberino his conformia referantur, iure subinferendum est. Regnauit (inquit Manethon) Tyberinus anno vigesimotertio Amenophis. In primis hoc tempus dubito quin maxime

B quadret Nam vt historici consentiunt fatidica Manto eiecto ab Atheniensibus rege Theseo cui Manto seruierat, eadem venit ad Tyberinum Vetuloniæ regem, à quo

Ocnus. fœcundata peperit Ocnum conditorem Mantuæ. Hinc Ocnus dictus fuit filius Tusci amnis, id est, Tyberini, qui nomen amni Tyberi indidit, dicente Vergilio.10. Æneidos. Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ

Tyberis. Mantus, et Tusci filius amnis. De Tyberi verò nomine quidam opinantur dictum ab Albanorum rege Tyberino, qui in eo submersus fuit; vt placet Liuio et Ouidio in

C 11. Fastorum dicenti: Albula quem Tyberim mersus Tyberinus in vndis reddidit, hybernis forte tumebat aquis. Sed huic respondent Seruius, Vergilius, et Plinius, et alij qui scribunt diu ante Tyberinũ Albanum fuisse Tyberinum Tuscum, cui Græci Tyberim cognomentum imposuère. Nam Festus recte ait Tyberim dictum à Tyberi Tuscorum rege, vel à Tyberino rege Albanorum. Plinius in tertio naturalis historiæ capitulo sexto dicit distin-

Tybris. guens simul nomina et verba: Tyberis, inquit, ante Tybris dictus est, sed prius Albula. Et Vergilius in octauo

D scribit dicens: Tum reges asperq; immani corpore Tybris. A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim diximus, amisit verum vetus Albula nomen. Seruius verò cunctas opiniones referens hæc in pluribus locis scribit, maxime super octauum Æneidos. Tyberim alij à rege Aboriginum dictum putant, qui dimicans iuxta eum occidit. Alij à quodam Aborigine, quem Glaucus Minois filius in Italia interemit. Alij inter quos Liuius et Ouidius à rege Albanorum. Alij inter quos Vergilius et cõ

plures

plures à Tyberino rege Tuscorum, qui ibi occubuit. Alij à regis Tuscorum iniurijs, qui circa ripas huius fluminis latrocinabatur, & à crebris iniurijs quibus transeuntes afficiebat, Tybrim cognominatum fuisse. Nec Ouidij verba nos asserere cogunt ante Tyberinum Albanum non fuisse dictum Tyberim. Neque etiam Liuius contradicit, quia & si à Tyberino Albano dicitur Tyberis, ante tamen illum inuenitur nominatus Tybris. Hæc Seruius. Verum has opiniones veras esse ex Manethone & historicis deprehendimus. Nam Tyberinus Tuscus fuit atq; Vetulonius. Dictus est autem latrocinator, quia teste Seruio, latrocinari dicimus ducem, qui etiam conductitium habet exercitum. Et quia conduxit primorum Aboriginum militem vltra Tuscos contra Glaucum & Pelasgos: hinc dictus est latrocinator, & Aborigines, & rex Aboriginum, & Tuscus & rex Tuscorum, & Veitulonius & regulus Veientum. De Glauco verò ita scribit Seruius libro septimo Æneidos super illud carmen: Picta scuta Labici. Glaucus, inquit, Minois filius venit ad Italiam, & quum sibi imperiū posceret nec reciperetur, ideo quòd nihil præstabat sicut pater eius præstiterat mittendo illis zonam, quum antehac discincti essent, ostendit scutū, à quo & ipse Labicus dictus est, & ex eo populi Labici. Tempora quoque Herculis, Thelamonis, Iasonis, & Argonautarum, Medeæq; & Cyrces illius sororis amantis Glaucum, quàm verissime quadrant, si quæ scribuntur animaduertimus. Aiunt enim scriptores quorum sententiam Seruius refert super tertium Æneidos illo carmine: Dextrum Scylla latus læuum implacata charybdis. Duplex, inquit, est Scylla, vna prope charybdim Siciliæ quæ est saxum simile formæ celebratæ procul visentibus, vt ait Salustius, alia fuit filia Nisi, vt insinuat Verg sexta Ægloga. Fuit & tertia filia Phorci & Creteidos Nymphæ. Hanc amabat Glaucus quem Cyrce diligebat, sed quàm pronissimus in Scyllam fuerat. Irata Cyrce, fontem in quo illa corpus suum lauare consueuerat infecit venenis, in quem Scylla quum descendisset, pubetenus in varias mutata est formas. Horrens itaque suam deformitatem in mare se præcipitauit. Hæc Seruius. Hanc ter

A B C D

Glaucus. Scyllæ.

A tiam Scyllam fuisse Tuscam Caeritem authores asserunt, inter quos Epigenes praecipuus est in Apologetico contra Italos, quo Tyberini & Glauci bellum refert, qui etiam ait terminum Caeritis amnem à patris nomine Minoem appellasse, quem in Minoem transmutasse ex contemptu Tuscos asserit. Fontem verò & mare vbi se praecipitauit mare Scyllanum dici. Nunc etiam aetate nostra sic appellatur, & Tusca vernacula lingua quae synaeresi vtitur Mar Scylliano vocamus. Est amnis iuxta Caerite oppidum ad mare vbi Scylla se lauare consueuerat. Itaque B vt diximus, omnia quadrant. Tempore enim quo regnabat Theseus erat Manto & Tyberinus Tuscus, Glaucus quoque filius iunioris Minois, Scylla & Cyrce, & Hercules & Thelamon. Nam Cyrce in Italiam venit cum Argonautis, qui ab Hispanijs regredientes in Thelamonis portum, dictum à duce, iuxta Turrheniam venerunt, vt asserit Diodorus in quinto. Inde Hercules, à quo ad hanc aetatem dicitur portus Herculis in Tuscia, in continentē descendens, & ad fanum Volturnae in subcyminijs radici C bus veniens, primo quidem vt suum robur ostenderet, lacum Cyminium nobis effecit, vt authores, & Seruius refert libro septimo Aeneidos.

Lacus Cyminius

Quartus Aegyptijs imperauit Ammenephus annis. XXVII. *cuius anno quarto apud Celtas regnat Rhemus, à quo Rhemi. Anno nono eius apud Assyrios regnauit Tautanes, & anno.* XVI. *apud Aborigines Latinus,* D *apud Tuscos autem regnat Mezentius.*

Rhemi.

Rhemus Celtarum rex, à quo Rhemi, quis fuerit nondum comperi. Sat est ab eo Rhemenses Gallos dictos, quos Lucanus in primo & in commentarijs Caesar commemorat, suntq; inter Belgas proximi Celtis, & Suessonibus, cum quibus eodem iure ac iisdem legibus olim vtebantur. Finitimi sunt Veromandis, Treueris, Metensibus, Cathalensi quoque & Laudunensi dioecesibus, ac syluae Arduennae, à Caesare celebratae. Metropolis est

Rhemi

A Rhemi ipsi in qua rex Galliæ solebat magna pompa religiose inungi, ac rex acclamari. Porrò Latinum fuisse filium Fauni quidam scribunt, alij verò adulterinum Herculis Piratæ. Mezentium Agillinum ciuem authores concelebrant, quum fuerit Tuscus, sed à capta Agillina dictus est Agillinus, vt alibi scripsimus, quem Vergilius in Æneidos libro. 8. Larthem in luco ingenti fanoq; Volturnæ crudelia exercentem, à ciuibus Vetuloniæ pulsum, asserit profugisse in suum Ceritem oppidum, moxq; inde militibus sumptis, ad Turnum contra Æneam profectus est, contra quos classem atque terrestrem militiam Æneæ ad se venienti Tarchon rex consignauit. Qui etiam Mezentius teste Macrobio in Saturnalibus, antea Rutulis imperauit, vt sibi offerrent quas dijs primitias offerebant. Tū Latinos omnes similis imperij metu, ita vouisse. Iuppiter si magis tibi cordi est nos ea tibi dare potius quàm Mezentio, vti nos victores facias. Et idcirco à Vergilio dictus est contemptor Deorum. Hinc pia illa insultatio sacerdotis. Hæc sunt spolia & de rege superbo primitiæ, raptas de eo notans exuuias. Vnde contra Latinos postea Turnum iuuit. Cætera in temporibus Ammenephis & Tautanis, Eusebius & alij conueniunt.

Mezentius. B C

Secutus est vltimus Larthes septē annis, post quem secuta est Dynastia sine Larthe annis cētum. 77. per quā numerabimus qui Babylonij, Ægyptij, & Turrheni floruerunt. Anno Dynastiæ Diapolitanorum primo Troia euersa fuit, & anno tertio Æneas venit ad Italiam, ad Latinū, & Euandrū, & Turrhenos, apud quos regnauit Tarchon iunior annis. XX.

D

Dynastiæ Ægyptiorum primæ à diluuio vsque ad XLIII annum Nini. XV. fuère, vt Eusebius de temporibus scribit. Prima omnium iuxta Berosum fuit Camesi, quem inter primos deos iuniorem Saturnum appellauerunt Ægyptij, vt in Beros. explicauimus, durabatq; singula septem annis sub duodecim dijs primis maioribus Ægy-

Dynastiæ Ægyptiorum.

A ptiorum hoc pacto. Anno à diluuio CXXXI. teste Beroso Chemesem primus tenuit Dynastiam Ægypti septem annis cui Chem Myn vrbem dedicauerunt, vt ostendimus. Huic successit Oceanus cum Tethyde, qui colonias posuit iuxta Nilum, à quo & Nilus antea fuit dictus Oceanus, à quo innumeræ Nymphæ genitæ sunt, vt Hesiodus in Theogonia scribit, & Diodorus in primo libro de Nilo confirmat. Postquam verò septem annis Dynastia penes Nilum fuit, cessit tertio, & hoc ordine duodecim dij re-
B gnauerunt, singuli in suis vrbibus septem annis, qui summam annorum efficiunt quatuor & octoginta. Tres ex dijs iunioribus secuti, cœperunt augere tempus, quorum primus principatum tenuit annis. XIIII. secundus. XXVI. postremus. XXXVII. qui simul sumpti efficiunt annos. VII. & LXX. adiectiq; superioribus Dynastijs reddunt annos vnum & sexaginta & centum, ad quos si addis centum & triginta vnum, qui à diluuio ad primam sub Chemese Dynastiam interfluxerunt, erunt anni duo & nonaginta supra ducentos, quo tempore ortus est Habraam
C anno. XLIII. Nini, vt Eusebius de temporibus, & Mosaicum tempus comprobant. Hoc anno cœpta est. XVI. Dynastia sub Osiride, qui concessit Dynastiam Thebeis, durauitq; ista annis nonaginta & centum, vt Ægyptij & Eusebius supputant. Sequuta est pastorũ Dynastia. XVII. centum & tribus annis, vt ijdem scribunt. Ab hac emersit. XVIII Dynastia Diapolitanorum annis. XLVIII. & trecentis, vt cõputant. Hinc in diuersis locis Ægypti lustrauit. XIX. Dynastia sub diuersis Larthibus, annis quatuor & nonaginta supra centum, vt ab eisdem asseritur, qui
D vt asserunt, iterato in Diapolitanos regressa est, et XX. Dynastia dicta sine Larthibus, vt hic Manethon scribit, & Eusebius connotat. Itaque per hanc Dynastiam progressus Manethon, ait eius primo anno Troiam ruisse. Eusebius verò vltimo anno præcedentis Ægyptiæ Dynastiæ illam notat euersam. Sed plenius Archilochus tradidit de aduentu Æneæ in Italiam. Quo anno in Italiam venerit post crematam Troiam diuersa opinio est. Hoc tamen constat Æneam profugum domo venisse ad Latinũ Aboriginũ regẽ, à quo primũ Aborigines Latini dici

Æneas in Italiam.

dici cœperunt, à Latinoque comi hospitio exceptus Æneas etiam Latini filiam coniugio accepit, ob quod ortum bellum est inter Troiugenas & Aborigines & Rutulos. Nam teste Liuio in primo ab Vrbe condita: Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Æneæ fuerat, prælatum sibi aduenam ægre patiens simul Æneæ Latinoq; bellum intulerat, Neutra acies ex eo certamine læta abiit, victi Rutuli, victores Aborigines Troianique ducem Latinum amisere. Inde Turnus Rutuliq; diffisi rebus, ad florentes Hetruscorum opes eorumq; regem Mezentium confugiunt. Qui nouæ origine gentis & vrbis res Troianas crescere non tutum esse ratus, socia arma Rutulis iungit. Parata classe atq; militia ex duodecim populis teste Vergilio, dum plus nimio exercet crudelia, ad supplicium quæsitus Mezentius, à fano Volturrhenæ inter cædes & ignes fuga elapsus, in Cæriteque suum oppidum quod non longe est profectus. A Turnus. Mezētius. B

Anno. VII. Ascanius Latinis imperat, anno verò sequente Teuteus Assyriis, & post Francus Celtis ex Hectoris filiis, & anno eodem Lydi mare obtinuerunt. C

Lydos quos ait mare obtinuisse existimo non fuisse Tuscos, sed Mæones in Asia, quanquam & Tusci tunc mare inferum ac superum & omnes insulas circum Italiam ea tempestate occuparent. Nam teste Liuio in primo ab Vrbe condita, in aduentu Æneæ tāta opibus erat Hetruria, vt iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiæ longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama sui nominis impleßet. Porrò quis Francus iste Hectoreus aut quo pacto rex à Celtis susceptus fuerit, neminem legi. Vincentius tamen diligentissimus historiarum scriptor, illum commigrasse in Frāciam asserit euersa Troia, & ob ingentem animi virtutem percharū Celtis & regi acceptum, etiam regis filiæ matrimonio iunctum fuisse, ac post eum regnum in Gallia suscepisse. Par Æneæ suo concius fuit, qui pari modo regi Latino & affinitate, & succesioni regni Latini iunctus fuit, asserūt Francus. D

A eum esse à quo primò Franciæ nomen.

Anno. XLII. *Amazones templum Dianæ Ephesi succenderunt, & anno:* XLVII. *Ocnus imperauit Italiæ annis. 46. vixit annis. 96. Et. 49. Syluius Latinis, & Tymeus Assyriis.*

Arbitror supputationem temporum corruptam fuisse à scriptoribus. Nam Eusebius temporum diligentissimus vestigator asserit Syluium regnasse apud Latinos anno huius Dynastiæ quadragesimoquinto. Hic Syluius B *Posthumus est. Syluius quidem quia ruri educatus fuerat, Posthumus verò quia fœcundata Lauinia coniuge Æneas obiit, postq; illius mortē partus fuit. Ab eo omnes Albani reges Sylui vocati fuerunt, successitq; fratrē suo Ascanio. Ocnus quoq; iste Posthumus fuit, quia Hetruriæ rex Tyberinus quum grauidam Manto fecisset, circa Tyberim cecidit in bello quod cū Pelasgis & Glauco gerebatur, cui adolescenti omnis Tusca militia credita fuit cum Ænea, vt narrauimus, omen scilicet futuri imperij, & quòd ipse Larthes à patriis oris Tyberinis* C *duceret agmen in Transpadanā Galliam ad condendam à nomine matris vrbem, de quo Vergilius in. x. Æneid.*

Syluius Posthumus

Sylui.

Anno. XLV. *Dynastiæ regnauit Latinis Æneas Syluius, & Assyriis Dercilus anno* XLVII. *At.* LXXII. *Tuscis imperat Pypinus annis quinquagintaduobus.*

Dissidentiam comperio inter Manethonem & Eusebium de temporibus, qui asserit Dercilum regnasse anno D *Dynastiæ huius.* LXXVIII. *& Æneam Syluium.* LXXIII. *quod profectò arbitror euenisse, quod alij his paucis annis regnauerint, qui non habentur in pretio apud Chronographos, sed cum succedente sæpe computātur, quum etiam ante hunc Æneam Syluium reperiamus regnasse Latinum fratrem Posthumi annis tribus. Vnde & ipse Eusebius quasi respondens ad dictam dissensionē sic ait. In alia historia reperimus quarto loco Latinum Syluium*

regnasse

regnasse, Lauiniæ & Melampodis filium, vterinum fratrem Posthumi, & quinto qui nunc hic quartus ponitur Syluium Æneam Posthumi filium. Porrò Pypinus hic est, qui regiam Tuscanicæ Cybelis reparauit in agro Cybelario Vetuloniæ, vt excisa triumphalia marmora memoriæ produnt. Non procul quoq; Vetulonia est ager Pypiniensis, & Pypini regis balnea, cuius loci Liuius meminit, quũ in.9. ab vrbe condita scribens: Vmbri, inquit, concitata omni iuuentute sua, & magna parte Hetruscorum ad rebellionem compulsa, tantum exercitũ fecerant, vt relicto post se in Hetruria Decio, ad oppugnandum inde Romam ituros, magnificè de se, ac contemptim de Romanis loquentes, iactarent. Quod incœptum eorum vbi ad Decium consulem perlatum est, ad vrbem ex Hetruria magnis itineribus pergit, & in agro Pypiniẽsi, ad famam intentus hostium, consedit. A Pypinus. B

Anno. VIII. regnat Latinis Syluius Latinus &. CXXI. Eupales Assyriis. Anno. CLVIII. Alba Latinis regnat, et. CXXVIII Nycius Fesulanus Tuscis annis. XLVII. Anno. CLXVI. Pyseus Tuscus pirata imperat Italiæ annis. LII. Ita paulatim Assyrij, Ægyptij, Turrheni delitiis eneruati decrescũt econtra Latini crescunt. Itaq; subiiciemus breuiloquium, quo pacto reges Assyriorum, Ægyptiorum cœperunt eneruari, econtra Græcorum & Latinorum Aboriginũ. Apud enim Tuscos Pyseo successit Tuscus iunior annis XXXIX. huic Amnus annis. 25: quem sequutus est Felsinus annis. 33. Hinc Bon annis 28. Atrius. 26. Marsias decem & octo. Etalus 30. Celius vno & viginti. Ex Latinis autẽ sequuti C D

A quuti sunt per quos propagati Rom. imperium tenent.

Ergo dimissis cæteris pergit ad Romanum imperium breuibus absoluens aliorum diminutionem. Et Latinus quidem Syluius ante Æneam Syluium regnauit, vt diximus, annis tribus, & post eum annis quinquaginta, vt Latina historia tradit & Eusebius notat. Eupales regnauit, vt hic Manethon ait, apud Assyrios anno Dynastiæ CXXI. Iuxta verò Eusebium. CXVIII. Similiter Alba Syluius quem ait regnasse Dynastiæ anno CLVIII. Eusebius scribit imperasse anno. CLV. De Nycio Fesulano non est dubium quin is fuerit, qui à Corsica Phocenses expulerit, & à se dicta Nycea vrbe posita, Corsis tributa quotannis pendere Thuscis imperauit, vt historici quidam scribunt, & Diodorus refert in sexto libro breuibus dicens: Est insula trecentis stadiis distans à Cercina & Ethalia, quæ à Græcis Cyrnos, à Romanis Corsica appellatur. Callirois in ea vrbs est à Phocensibus condita, qui à Turrhenis postmodum insula pulsi sunt. Nycea quoque à Turrhenis maritimis, qui reliquas etiam Turrheni maris insulas suæ ditionis fecerunt, condita fuit. Hi postea vrbibus quæ in Cyrno erant subactis, resinæ, ceræque ac mellis, quorum ea fertilis est insula, tributa posuerūt. Cæterum Piseus is est, quem ad piraticam exercendam inuenisse tubam, Plinius in. 7. libro naturalis historiæ ac cæteri scribunt. Cœpit autem Piraticam, teste in quinto libro Strabone, quum ille Turrhenus ingenuus status & concordia cœpit eneruari dissensionibus duodecim populorum. Quibus & delitiæ & loci opulentia magno decidendi ab imperio, & paulatim cedendi locum Romanis adiumento & fomento fuerunt. Perseuerauit tamen in eis quæ à Iano tradita fuit philosophia, & interpretatio fulgurum & effectuum naturalium, atque theologia, vsque ad ætatem Diodori Siculi sub Iulio Cæsare. Qui quū in libro quinto dixisset, Turrhenos esse iuxta portū Thelamonis, mox in sexto libro à portu Thelamonis quo incipiunt, vsque in Cyminia iuga, eorum tractū, opulentaque arua, & diuitias, imperium priscum, & peritiam breuibus de-

Margin notes: Latinus. — B — Nycius. — Corsica. — Nycea. — C — Piseus tubæ inuētor — D

bus describens Turrheni,inquit,fortitudine egregij,magno potiti imperio,ciuitates cõdiderunt plures atq; opulentas.Classe quoq; potentes quum diutius mari imperitassent, Italum pelagus ab se Turrhenum denominauerunt.Pedestri quoq; exercitu prævalidi,tubam primi ad inuenerunt, & bello admodum vtilem, & ab his vocatam Turrhenam. Duces exercitus pluribus insignibus decorarũt,Lictores illis,eburneam sellam,togam purpuream adiicientes.Domibus addiderunt porticus,in quas seruorum & concurrentium turba diuerteret, quæ imitati postmodum Romani in quæ melius aucta, ad suam rempublicam transtulere. Literis quoq;, & rerum naturalium, ac theologiæ inuestigatione plurimo tempore impenso,præ cæteris in fulgurum interpretatione versati sunt,adeo vt nostra quoq; ætate vniuersus fermè orbis cum admiretur viros,tum præcipuè fulgurum interpretibus vtatur.Patriam vberem incolunt,quam studio curaq; efficiunt fertiliorem. Mensa bis in die sumptuose præparata, omnia quæ ad epularum delitias pertinent abundè subministrant.Stragulas insuper vestes floribus distinctas,poculaq; aurea varij generis, ac ministrorum seruorumq; numerum permagnum in vsus habent multiplices, vbi non solum serui famulantur, sed etiam liberi plures. Postremo priore virtute abiecta, potui se atque ignauiæ tradentes,haud iniuria partam maiorum suorũ in bellis gloriam amiserunt.Non autem eos parum ad delitias impulit patriæ fertilitas,quæ fructifera rerum copia ad ineptiam voluptatemq; traduxit. Sunt enim Turrheni campi lati,collibus distincti, cultiq; admodum, & solo fertili, vt qui aquis non hyemis tantum, sed æstatis quoq; tempore abundent.Hæc Diodorus.Reliqua tractauimus in historia Hetrusca pontificia, quam idcirco pontificiam dicimus,quòd à pontifice maximo Noa qui & Ianus in Vaticano cœpta, iterato ad Pontificem maximum,& sedem apostolicam subiecta rediit.Sic igitur in ea excurrimus omnia tempora simul et reges et gesta,vt quasi sub epitomate complexi simus.

A Turrhenorum laus.

B

C

D

A

METASTHENIS LIBER,

DE IVDICIO TEMPORVM ET ANNALIbus Persarum, cum commentariis Annij.

Metasthenes. MEtasthenes Persa fuit gēte, vt titulus indicat, qui sic inscribitur: Metasthenes Persa, de iudicio temporum et Annalium Persarū. Tractat enim de censura annalium duarum Monarchiarum, videlicet Assyriorum & Persarum. Et idcirco quisquis B ille fuerit qui librum traduxit existimo melius dixisset de cēsura quàm iudicio. Corruptius vsus est Petrus Comestor, qui scholasticas historias edidit. Nam super Danielem prophetam, dicit: Metasthenes in libro iudiciorum. Nam etsi etiam ad indicia & iudicia temporum hæc referri possunt, proprie tamen ad censuram & emendationem eorum qui per opiniones priuatas, præter publicam annaliū fidem scripserunt, constat opus ęditum. Corruptissimē tamen inueni hunc in aliquibus Megasthenem C pro Metasthene, quia primus fuit Græcus & historicus, hic verò Persa, & chronographus, & ille laicus, hic verò sacerdos, quia nō scripsit nisi publica et probata fide, quod erat proprium sacerdotis officium, vt hoc loco ipse Metasthenes indicat. Et idcirco omnes Græci authores de temporibus ferè, vt verbosi reiiciuntur, quia non erant sacerdotes, nec probata fide scribebant, sed teste Iosepho contra Appionem, et Eusebio de tēporibus primæ Olympiadis, quisq; per opiniones, vt cuiq; visum D est scripsit. Vnde nec mirum si inter se pugnant et dissentiunt, et intestino bello nō philosophiam modo, sed etiam totam historiam confodiūt et obtruncant. Facit autem duo Metasthenes. Primo ponit censuram de temporibus. Secundo castigatissimos annales duarum monarchiarum tradit.

De primo sic censet:

QVI de temporibus ſcribere parant, neceſſe eſt illos non ſolo auditu & opinione Chronographiam ſcribere, ne quum per opiniones ſcribunt, vti Græci, cum ipſis pariter & ſe & alios decipiant, & per omnem vitam aberrent. Verum abſq; vllo errore fiet, B *ſi ſolos annales duarum monarchiarum aſſecuti, cæteros omnes vt fabulatores reiecerimus. In his enim tam liquide atque vere digeſta ſunt tempora, reges, & nomina, quàm apud eos ſplendidiſſimè regnatum eſt. Neq; tamen omnes recipiendi ſunt qui de his regibus ſcribunt, ſed ſolum ſacerdotes illius regni, penes quos eſt publica & probata fides annalium ſuorum,* C *qualis eſt Beroſus. Nam is Chaldæus omne tempus Aſſyriorũ digeſſit ex antiquorum annalibus, quem ſolum vel maxime vnum Perſæ nunc ſequimur.*

Dat regulas temporum Metaſthenes, vt ex eis ſciamus indicare, qui authores ſint accipiendi in Chronographia, & qui reiiciendi. Prima regula eſt iſta. Suſcipiendi abſque repugnantia omnes qui publica & probata fide ſcripſerunt. Et declarat quòd ſacerdotes olim erãt publici notarij rerum geſtarum & temporum, qui præſentes eſſent, aut ex antiquioribus copiarent, ſicut nunc inſtrumentum publicum & probatum dicitur, quod à notario præſente publicatur & ſcribitur, aut ex antiquiore notario per præſentem notarium traducitur. Secunda regula eſt iſta. Geſta & annales quatuor Monarchiarum non poſſunt negari & reiici ab aliquo, quia ſolũ

Regulæ ſuſcipiendorũ in Chronographia. D

publica

A *publica fide notabantur, et in Bibliothecis aut archiuis seruabantur. Vnde et in Esdra legimus quòd controuersiæ de reparando templo, diffiniebãtur ex annalibus Persarum seruatis in bibliothecis, et Ctesias Gnidius recipitur in temporibus Persarum, quia ex annalibus publicis transtulit. Tertia regula, qui solo auditu vel per opiniones scribunt priuati, hi non sunt in temporibus recipiendi, nisi vbi à publica fide non dissentiunt. Cui argumento est, quia quod per opinionem vel auditum traditur, pugnam patitur intestinam, quales fuère Græci, qui vt hic*
B *insinuat Metasthenes, et Iosephus probat contra Appionem, sibiipsis de temporibus dissident, et de mendacio alterutrum accusant, vt est pugna inter Herodotum, Agesilaum, Hellanicum, Ephorum, Tymæum et reliquos. Et nota quòd Iosephus per has Metasthenis regulas facit validissimum argumentum, quòd Græci non habuerunt literas à Cadmo, quia nulla publica probata fides inuenta est vnquam in archiuis sacerdotum aut publicis bibliothecis. Et ideo nuper habuerunt mutuati à Mæonibus et Galatis, vt supra significauerunt Xenophon et Archilo-*
C *chus. Ex his patet quòd nemo de temporibus suscipiẽdus est, nisi annalibus quatuor Monarchiarum cõcordet. Et in Monarchia quidem Assyriorum quia publica fide scripsit Berosus Chaldæus, consequens est vt in temporibus eiusdem Monarchiæ ipsi detur palma, et item eum sequutis Persis, ex quibus est Metasthenes, et Græcis, ex quibus sunt Xenophon in æquiuocis et Archilochus et Eusebius. Reiiciuntur à temporibus huius monarchiæ Assyriorum qui priuatas opiniones contra publicam probatamq; fidem scribũt, ex Græcis, Herodotus, Hellanicus, Agesilaus, et ex Latinis, Iustinus, Gellius, et Orosius. In*

Recipiendi et reiiciendi chronographi.

D *secunda verò Monarchia Persarum et Medorum author publicæ fidei fuit Metasthenes Persa, et Ctesias Gnidius vt in 3. lib. Diodorus notauit. Reiiciũtur Iosephus ex Hebræis, et Clemens, Tatianus, Aphricanus, et Eusebius ex Græcis, quia priuatas opiniones sequuti cõtra publicam fidem notant reges et tempora, quæ in bibliothecis et annalibus non fuerunt, et contra omnem publicam fidem scribunt, Cyrum ante dedisse licentiam Hebræis in Baby-*

lone

lone captiuis,& mortuum,quàm Babylonia Darius eius patruus potiretur. Proinde idem Eusebius quoniam in tertia Monarchia Græcorum, & in quarta Romanorũ publicam annalium fidem sequitur,in vtraq; recipitur. Recipitur & Philo Hebræus, quia nec in vno quidem mense discrepat. Reiiciuntur Iosephus & Talmudistæ, qui in multis temporibus de publico mendacio conuincũtur.Hactenus de censura. Nunc Metasthenes ad fidem publicam Berosi conuersus tempora Monarchiæ Assyriorũ,breuibus digesta per reges,& quantũ quisq; regnauerit absoluit dicens quid scribat Berosus. A B

Is ergo tradit ante Ninum ducentis & quadragintanouem annis regnatum fuisse sub tribus diis regibus,quorum qui primus vniuerso imperauit orbi fuit Ogyges,qui præfuit inundationi terrarum.Inde Saturnus fundata Babylonia regnauit annis sex,& quinquaginta. Belus Iuppiter eius filius duobus & sexaginta Ninus eius filius qui primus Monarchiam cœpit,annis quinquagintaduobus.Semiramis, quadragintaduobus. Sameis, annis triginta-octo.Arius, triginta.Aralius,quadraginta. Xerxes Baleus,triginta.Armatrites,trigintaocto.Bel Ochus Priscus, quinq; & triginta. Baleus iunior,duobus & quinquaginta. Altadas, duobus & triginta. Mamitus,triginta.Mancaleus,triginta.Spherus,viginti.Mamelus,triginta.Sparetus,quadraginta.Ascatades,quadraginta. Amyntes, quinq; & quadraginta.Bel Ochus iunior,quinq; & viginti. Bellepares,triginta.Lamprides,trigintaduo- C D

A *bus. Sosares, viginti. Lampares. xxx. Pannias, quinq. & quadraginta. Sosarmus, decem & nouem. Mytreus, vigintiseptem. Tautanius, trigintaduobus. Teuteus, quadraginta. Tyneus, triginta. Dercylus. 40. Eupales, trigintaocto. Laosthenes, quadragintaquinq. Pyrithydias, triginta. Ofrateus, viginti. Ofraganeus,*
B *quinquaginta. Ascrazapes, duobus & quadraginta. Tonosconcoleros, quindecim. Hunc Græci Sardanapalum vocant. Hucusq. Berosus. Nos autem illum imitati, nullo alio authore vsi sumus, quàm publica Susiana bibliotheca, in qua annales Persarum ferunt fuisse Belochum tertium, Sardanapali clādestinum*
C *hostem, qui eius militiæ præfectus erat.*

Xenophon ab Ogyge vsque ad Ninum, eosdem deos quos Metasthenes & Berosus, & totidem annos enumerat à descriptione Semiramidis, vt super eum exposuimus libro de æquiuocis. Saturnū verò hic appellat Nymbrotum patrem Beli, & auum Nini, vt Berosus exprimit. Itaque ab Ogyge vsque ad Ninum, qui vitiare cœpit aureum sæculum cupiditate monarchiæ, fuerunt anni. 249. vt conuenit inter authores Berosum, Metasthenem, Xenophontem, Fabium Pictorem, & Catonem, super quos iam commentaria confecimus. Ogygem verò vocant Noam cognomine Ianum, vt Berosus exprimit, qui præfuit diluuio, & primum genus humanum vt antiquissimus omnium pater erexit, dicente apud Ouid. in primo de Fastis eodem Iano. Me penes est vnum vasti custodia mundi. Et ius vertendi cardinis omne meum est. Igitur verissimè tempus probatum publica fide ab inundatione terrarum ad primum monarcham Assyriorū Ninum, sunt anni. 249. A Nino autem vsque ad finem Sarda-

Nymbrotus.

D

Ogyges Noa & Ianus idem.

Sardanapali durauit Assyriorum monarchia, annis.4. & .30.super.200.ac.1000. Ergo quia Eusebius eosdem reges et tempora Assyriorum sequitur, à Nino vsque ad Sardanapalum recipiendus est exceptis sex annis. Notat enim regnasse Sardanapalum annis viginti, quum annales Assyrij scribant.xv. Hæc itaque in publica Persarum bibliotheca ex Assyriana publica fide posita excerpsit Metasthenes, in qua etiam publici annales Persarum erant, continentes quo pacto post Sardanapalum Medorum & Persarum monarchia cœpit tripartita inter Medos & Babylonios, deinde quomodo reunita fuerit sub primis Cyro & Dario. Cœpit autem hoc pacto, quia Belochus tertius princeps militiæ Sardanapali prodito domino suo Sardanapalo, partitus est cum Medis monarchiam, vt Metasthenes enarrat dicens de eodem proditore. A Sardanapalus. B

Is cum Arbace tum Medorum principe partitus est monarchiam ea lege, vt Belochus Babyloniam, Arbaces Mediam atque Persas regeret. Itaq; interfecto & ex ipso flammis iniecto Sardanapalò, monarchia bipartita fuit. Apud Medos in ea, hi regnauerunt annis IIII. *&.* CCC. *Arbaces.* XXVIII. *Mandanes.* L. *Sosarmon.* XXX. *Arti Carmin, quinquaginta. Arbianes, duo & viginti. Arceus,* XL. *Attines, vigintiduo. Astybarus cũ Apanda filio, viginti. Apanda solus.30. Hoc Cyrus & Darius deuicto, regnauerũt annis.36. Nã ante reunitam monarchiã regnauerũt in Perside annis sex. Inde aliis sex Persico regno resignato Cambysi filio, sexennale bellum Tamyri reginæ Scytharum intulerunt sexto anno à* C D

A *Babyloniis euocati, atque Balt Assare interfecto, reunitam monarchiam in Persas transtulerunt.*

Belocbus. Diodorus in 3. libro copiosissimè de Bel Ocho & Arbace, atque Sardanapalo historiam tradit, & quomodo Ctesias Gnidius in temporibus monarchiæ Assyriorum deificat, non digerendo reges, & eorum nomina & tempora, quibus quisq; regnauerit. Sed in monarchia Medorum laudat eumdem Ctesiam, qui ex publica fide atq; bi- B bliotheca Persarum, annales in Græciam retulit, & eadē refert, quæ hic Metasthenes. Et ideo Græcus Ctesias recipitur in temporibus Persarum, & repellitur à temporibus Assyriorum, sicut econtra Eusebius recipitur de temporibus Assyriorum, & excluditur funditus à temporibus Persarum, quia secutus Herodotum & conterraneos fabulatores Græcos, corrupit publicam & probatam fidem quam incorruptè referūt Diodorus, Ctesias, & Metasthenes. Et nota in Diodoro Siculo dicēte quod Apandam Græci vocant Astyagem. Et caue ibi à corruptione C impressorum, qui Bel Osum, & Bel Esium pro Bel Ochum impresserunt. Ergo in bipartita monarchia regnatum fuit apud Medos & Persas annis quatuor & trecentis, & per consequens totidē apud Chaldæos & Babylonios, vt Menasthenes subinfert dicens:

Eusebij fidē eleuat.

Bel Ochus.

Totidem annis in bipartita monarchia regnatum est apud Babylonios. Primus Phul Bel ochus annis quadragintaocto. Phul Assar D *vigintiquinque. Salman Assar, decem & septem. Sennacherib, septem. Assar Adō, decem. Merodach, duo & quinquaginta. Ben Merodach, vnum & viginti. Nabugdonosor primus, trigintaquinque. Nabugdonosor magnus, quinq; & quadraginta. Amilinus Euil Me-*

Merodach, triginta. Filius huius primus Reg Assar, tribus. Secundus Lab Assar Dach, sex. Tertius Balt Assar, quinq. A

Philo Hebræus eadem prosequitur quæ & hoc loci Metasthenes, & nos super eum commentaria confecimus. Diuinæ quoque literæ in quarto libro Regum, & in secundo Paralipomenon, horum Babyloniæ regum reminiscuntur, quia assiduè bellum habuerunt cum gente Hebræa. Nam de Belo Ocho cognomine Phul ita scribitur in quarto libro Regum capite decimoquinto. Venit Phul rex Assyriorum cõtra Manassem regem Samariæ. Nec te moueat quòd vocat eum regem Assyriorum, quia diuinæ literæ omnes reges Babyloniæ vocant reges Assyriorum. De Phul Assar cognomine Teglat, eodem capite ita scribitur: Venit Teglat Phul Assar contra Phacee regem Samariæ, & transtulit in Assyrios Galileam & vniuersam terram Neptalim. Et capitulo sequente. Misit (inquit) Achaz rex Hierusalem ad Teglat Phul Assar regem Assyriorum, vt iuuaret eum contra reges Samariæ ad Damascum. De Salman Assar ita scribitur capitulo sequente. Ascendit Salman Assar rex Assyriorum contra Oseam regem Samariæ, & cepit eum sexto anno Ezechiæ regis Hierusalem, & transtulit decem tribus Israël in Assyrios, vt scribitur capitulo decimoseptimo & decimooctauo, vbi de Sennacherib dicitur. Anno decimoquarto Ezechiæ regis ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et de Assar Adon, ita scribitur capitulo decimonono. Cum Sennacherib sacra faceret in templo dei sui, duo filij eius interfecerunt eum, & regnauit Assar Adon filius eius pro eo. De Merodach scribitur vigesimo capitulo: Misit (inquit) Merodach rex Babyloniorum literas & nuntios ad Ezechiam regem Iuda. De filio huius Ben Merodach nomen non habetur in diuinis literis, sed solum quod captiuauit & incarcerauit Manassem filium Ezechiæ post mortem ipsius Ezechiæ, vt patet in secundo libro Paralipoménon capitulo trigesimotertio. Porrò

Margin: B — *Phul.* — *Teglat.* — C — D

A *primi Nabugdonosor qui huic successit, fit mentio in. 4. libro Regum capitulo vigesimotertio. De magno verò Nabugdonosor, qui cremauit Hierosolymam & templum, & duxit Hebræos captiuos in Babylonem, & Euil Merodach eius filio, meminerunt fines Paralipomenon & Regum. De tribus verò huius filiis, magister historiarum scholasticarum repetit Metasthenis locum istum. Quòd verò interfecto Bal Assare reunita sit monarchia & translata in Persas etiam vates Daniel quinto capitulo meminit. Itaq; Metasthenes expositis annalibus bi-*
B *partitæ Medorum & Persarum mox reunitæ, publicos annales vsq; ad Alexandrum refert sic dicens:*

BAlt Assare interfecto, regnauerũt simul Cyrus & Darius annis duobus, inde solus Cyrus duobus & viginti. Filius Darij priscus Artaxerxes Assuerus annis XX. vltione interea sumpta de factione Tamarica, quæ per
C *dolum patruum tradiderat Tamyræ. Huius duo filij Cyrus Artabanes, & Darius Longimanus. 7. mensibus pro imperio dimicarunt, & 7. mense Lõgimano victoria cessit, regnauitq́; annis. 7. & . 30. Eius filius Darius Nothos annis decem & nouem. Magnus Artaxerxes Darius Meneõ, annis. 55. Artaxerxes Ochus*
D *sex & . XX. Nostra ætate Arses, annis quatuor. Darius vltimus, sex. Magnus Alexander, qui transtulit imperium in Græcos, annis duodecim. Seleucus Nicanor, qui nunc agit trigesimum annum, successit toti Asiæ ac Syriæ.*

Ex his patet reunitam Monarchiam durasse annis vno & nonaginta supra cẽtum. A principio verò ab Arbace

bace vsq; ad magnum Alexandrum, perseuerauit annis quinque & nonaginta supra quadringentos. Patet quoque Metasthenem hunc floruisse circa tempora Magni Alexandri. Cætera copiose sunt exposita in commentariis super Philonem. Verum quia in annalibus Græcanicæ monarchiæ, à Seleuco & magno Alexandro vsq; ad Philippum vltimum, Eusebius sequitur publicam fidem Asiæ ac Syriæ per ipsius digesta tempora, & reges, & in Romana monarchia Latinam fidem publicam norat: idcirco in omnibus temporibus sequimur Eusebium, excepta Monarchia Medorum & Persarum ab Arbace vsq; ad Magnum Alexandrum. A B

PHILONIS LIBER PRIMVS DE TEMPORIBVS, CVM COMMENTARIIS Annij.

PROOEMIVM ANNII IN PRIMVM librum Philonis.

QVæritur de genealogia Saluatoris, sit certa & manifesta, nec ne? Nã Iulianus apostata, et post eum sequuti hæretici, persuaserunt sibiipsis esse tum falsam, tũ incertam. Sic enim, teste Hieronymo, arguebat apostata Cæsar: Ea, inquit apostata Cæsar, genealogia iure manifesta dicitur, quæ à primis scriptoribus nõ sibi mutuo contradicẽtibus vnanimi traditione promulgatur. Porrò primi promulgatores genealogię Christi, principesq; scriptores fuêre duo: alter quidẽ Matthæus, q Christi arcana probè nouit, & retulit: alter verò Lucas, qui Euãgelium, vt aiunt, dictante beata virgine, progeniei Christi eruditissima, & approbãte Paulo Apostolo, & dicẽte: Cuius laus est in Euãgelio per oẽs ecclesias, cõscripsit. Quare genealogia Christi ab his ꝓmulgata, falsa est, nedũ obscura, quia sibi mutuo cõtradicunt: dũ alter dicit virũ Marię Ioseph fuisse filiũ Iacob ex stirpe Salomonis: alter verò eundẽ fuisse filiũ Elyh, et ex stirpe Nathan affirmat. Quòd si etiã vtrouis parẽte et vtrauis stirpe genitus fuerit: C *Matthæus* *Lucas.* D *Christi genealogia.*

A quid,inquit,viri Marię Ioseph ſtirps ad Chriſtum, à quo non fuit genitus, vt eorũdem ſcriptorũ vterque tradit? Vnus enim putatitium filium Ioſeph dicit, alter illum conceptum ante Ioſeph nuptias de ſpiritu ſancto tradit,et ob id in ſuſpitionem veniſſe Ioſepho,tamq́ȝ validam,vt ne angelo quidem crediderit,admonenti hoc factũ vaticinio Eſaiæ. Nam etſi eam non dimiſit,non tamen ipſam poſt partum virginem manſuram credidit, quia ſcribitur: Non cognouit eam à ſpiritu fœcundatam,donec peperit, B quando licentia maritali etiam oculis,intactam cognouit. Sed hæc fortè credibilia poſſent eſſe, niſi (quod contra naturã eſt) conſcriberent Salathielẽ et Zorobabelẽ à Salomone atq́ȝ Nathan genitos, quũ in vtraq; linea naturalis poſteritatis vterq; ſcribatur. Quo quid abſurdius, q̃ duobus patribus vnũ eundemq́ȝ cõcipi & naſci? Hæc Iuliani Cæſaris obiecta contra genealogiam Saluatoris. Sequuntur obiectiones hæreticorum. *Obiectiones hæreticorum.* Prima obiectio eſt iſta: Quę eſt indeciſa atq; interminata genealogia,& in ſcandalũ fidei atq; prouocatiua apoſtaſiæ, ſi ventiletur C atq; diſputetur,ea non eſt manifeſta & certa,ſed obſcuriſsima,incertaq́ȝ atq; potius falſa. Cæterùm eiuſmodi eſt genealogia Chriſti, de qua diſputare vetat Apoſtolus,prima ad Timotheũ epiſtola,primo cap. dicens: Denunties quibuſdã ne aliter doceant, neq; intendant fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationẽ Dei,quę eſt in fide. Et in epiſt.ad Titum.3.cap. Stultas,inquit,quæſtiones & genealogias,& contentio D nes & pugnas legis deuita. Sũt enim inutiles & vanæ. Verum ad Iuliani oppoſitionẽ,qua dicit: Quid ad genealogiam Chriſti Ioſeph,à quo Chriſtus nõ eſt genitus? beatus Thomas in poſtilla ſuper Matthæũ & Lucã,& gloſa ordinaria ſuper Matthæum primo cap. eandem quæſtionem repetunt his verbis: Quid,inquiunt, ad Chriſtum genealogia ducta à Dauid ad Ioſeph,quũ Chriſtus nõ fuerit ex ſemine Ioſeph? *Reſpõſio ad q. Iuliani.* Et reſpondent: Non eſt conſuetudo

ſcriptu-

scripturarū, vt ordo mulierum in genealogijs texe- A
tur. Et ideo non per Mariam, sed per Ioseph induci-
tur, ex quo fit manifesta & certissima genealogia
Mariæ, quæ genuit CHRISTVM, quia vir cogebatur
accipere vxorem ex sua tribu & familia, per legem
latam, Nume. vltimo capitulo dicentem: Omnes vi
ri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cū-
ctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient, vt
hæreditas permaneat in familijs, nec sibi misceātur
tribus. Sed ita maneant vt á Domino separatæ sunt. B
Porrò beatus Hieronymus ad Iuliani obiecta ita re
spondet: Hæc profectò quām turpiter hæretici atq;
iudaizantes Christiani aberrent indicant, dū neq;
lineas Salomonis & Natham, alteram alteri adopti
one atque successione regni, quæ sub Athalia com-
pleta est, fuisse obnoxiam intelligunt, vt Philo illu-
stris Hebræus scribit: neq; aduertunt alterum Euan
gelistarum viri, alterum ipsius virginis genealogiā
texere, & corrupta orthographia scribere Eli, quod
est Deus meus. Nam Elyh, Lucas scripsit, quod *Elyh.*
apud Syros est Deus fortis aut resurgēs. Idem apud C
Hebræos Ioakin. Is est pater Mariæ virginis. Vnde *Ioakin.*
beatus Hieronymus. Verum quia omnis hæc dubi
tatio tollitur, si diligenter considerentur, quæ Phi-
lo Hebræus de temporibus scribit: quod profectò
opus etiam ad tempora gentilium plurimum vale-
bit, idcirco super ipsum commentaria instituimus.
Fuit autē iste Philo inter viros illustres á diuo Hie-
ronymo numeratus, quem suspicantur quidam, vt
scribit in prologo super Prouerbia Salomonis, scri-
psisse librum Sapientiæ. Quum inter Iudęos & Ægy D
ptios Alexandrinos mutua cædes facta fuisset, mis-
sus est Philo admodum eruditus adolescens, legatus *Philo.*
ad Tiberium Augustum, anno imperij eius vigesi-
mo, vbi offendit præfectum Tyberij Scianum Tus
cum filium Mecœnatis, qui plurimum apud Cæsa
rem poterat, & instantissimè cohortabatur, vt gen-
tem Iudæorum deleret, teste eodem Philone libro
legationis secundo, & Eusebio id notante in vigesi-

Q 5 moprimo

A moprimo anno Tyberij. Edidit plura opera, inter quæ illud eximium est, quod breuibus & absolutis verbis emendauit omnia tempora ad suam rectitudinem & integram veritatem, ab Adam vsque ad suam vltimam decrepitatem: & ob breuitatem operis, illud Breuiarium de temporibus appellauit, mirorq; cur à Theologis sensim neglectus fuerit, & ab episcopis derelictus, quum ex eo pendeant multa contra Hebræos, & complura diuinarum dubia literarum elucidentur. Sed vel ignoro, cur ita factum

B sit: aut si scio, non ausim dicere. Soluant ad rem, non ad hominem, si possunt, quod Paulus ad Hebræos septimo capitulo, manifestum est, quia dominus IESVS ex tribu Iuda ortus sit. Nam si legimus commentaria iuniorum super Matthæum & Lucã, ipsa genealogia Saluatoris, quæ teste Apostolo erat Hebræis ad quos scribebat manifesta, nunc tam dubia & incerta redditur, eorũ stultis, imò impijs litigijs & subtilibus quæstiunculis, vt irrisioni pateat Iudæis, qui ex his existimant etiã apud priscos Christia-

C nos semper fuisse incertam ob falsitatẽ Euangelistarũ Christi genealogiam, ac propterea nõ posse probari Christum nostrũ esse Messiam, qui ab Euãgelistis non aperte scribatur fuisse de domo Dauid, et qui videntur docti Christiani, in ea re sibi mutuo aduersentur, & seipsos & alios per inuolucra inuoluant & decipiant. Nam vt mihi sæpe responderũt, et quidẽ verissimè: De Lyra postillauit, id est, post illa antiqua annihilauit, et plicauit. Burgẽsis inuoluit, & alius replicauit. Proh impietas. Scriptura sa-

In Nico. de Lyra.

D cra manifesta est, testimonium Dei lucidũ est, sapiẽtiam præstans paruulis. Non egent literæ diuinæ plicis, non inuolucris, non replicis, quia hæc non sapiẽtiam præstant paruulis, sed eorum animos in confuso relinquunt, & per omnem vitam animos hominum aberrare compellunt, vt de Græcis Diodorus scribit in tertio libro. Non qui plicant, non qui replicant, sed qui explicant & elucidant me, vitã æternã habebunt, vt sacræ literæ cõtestantur. Sed de his hactenus

hactenus. Nam has ineptias, quas & stultas quæstiones et cotētiones Apostolus suprà vetuit in epistola ad Titū, satis aperuimus in cōmentarijs nostris, quæ ardore fidei confecimus super omnes diuinæ historiæ libros. Nunc vt breuibus & lucidis & explicatis inuincibilibusq́; , tū expositione, tum respōsione vtamur pro genealogia Saluatoris atq; diuinis tēporibus, præmittimus cōmentaria super duos libellos Breuiarij Philonis de temporibus, in quorū primo enumerat tempora ab Adā vsq; ad desolationē templi, & in secūdo ab eadē desolatione vsq; ad suā ætatē sæcula digerit. Vltimo respondebimus ad obiecta. A B

PRÆFATIO.

EXponemus antea librum primum Philonis, deinde secundum. Tertio ex his respondebimus resolutoriè ad obiectiones factas contra genealogiā Saluatoris. Primus liber diuiditur in duas partes. In prima tractat in summa, quæ tempora fluxerunt ab Adam vsq; ad quartum annum Salomonis. In secunda, ab eo anno vsque ad desolationem templi. Verū quoniam de priscis sæculis atque temporibus sæpe numero fit mentio in omnibus sequentium authorum libris, idcirco ne sæpe nos oporteat eadem ad longum repetere, hoc loco admonendos existimo lectores, vt initio vtamur beati Hieronymi in commentario super illud Apostoli ad Hebræos dicentis: Fide credimus aptata fuisse sæcula, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Vbi diuus Hieronymus sic ait: Chaldæorū veterum traditio est, huius visibilis & formati mūdi, fuisse inuisibilē & informē, præiacentē naturam sempiternā, à nullo productā, quam posteriores Græci, Hylen chaosq́; vocauerunt, Moyses verò abyssum. Hanc materiam ad visibilitatem & formam fuisse à meliore natura deductam confitentur, atque vti Moyses primo cœpisse stellis ornare cœlos, ex tempore non ab æterno produnt, inde terrā ornatam fuisse animantibus & plantis, postea piscibus aquas, volucribus aërem, postremò hominem dominum mundi factum: C D *Hyle & Chaos.*

Quæ

A Quæ omnia Naso in opere magno á Chaldæis accepta,ad vnguem prosequutus est. Quinetiam & annos & homines ante regnum Macedonum sub Alexandro produnt á quibus orti sunt, annis circiter quatuor & triginta supra sexcentos & tria millia. Quæ si retro ab Alexandro supputes, peruenies ad Adam primum. Quod profectó Moyses in omni eorum scientia atque historia eruditus conscripsit, & quod erroris erat elisit in ipso initio, dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram, quæ erat B inuisibilis & incomposita,quia tenebrę erant super faciẽ abyssi.Quód si nobis obijciant Chaldęi Moysen id non probasse, in promptu est responsio, quia neque ipsi suam positionem firmant, sed per opinionem scribunt. Est aútem omni humana opinione certior fides,quæ & rationi magis cõsonat,et quod ingenia & natura non tolerant, vt natura inferior par superiori duratione fiat,horret,et qua credimus vt ait Apostolus,aptata fuisse sæcula vt ex inuisibilibus & incompositis ad visibilia & formata dedu C cerentur.Quæ profectó præpositio efficientis,et materialis simulq́ ac temporis habitudinẽ refert. Hæc beatus Hieronymus.In hac authoritate B.Hieronymi multa memoratu digna continentur. Primum, quód quando dicit Apostolus ex inuisibilibus visi *Ex.* bilia facta fuisse,ista præpositio,ex, construitur cũ isto ablatiuo inuisibilibus in habitudine triplici. Primo,in habitudine caussę efficientis idęalis,quia iste mundus visibilis factus est effectiuè ex archetypo inuisibili,nedum secum fidem, sed etiam secun D dum Platonem.Ex quo, teste Hieronymo, eliditur vnus error Chaldæorum & aliorum, qui ponunt chaos & materiam mundi á nullo productam. Secũdo construitur in habitudine caussæ materialis, in qua philosophi cum fide conueniunt,quód ex inuisibili,id est,informi,rudi & indigesto chao á Deo et meliore natura quám sit chaos,productus & formatus sit iste mundus visibilis, & in partes speciesq́ rerum ac formas digestuš. Tertio construitur in ha

bitudine

bitudine temporis, sicut quando dicimus: Ex mane fit meridies, id est, post mane. Ita quum dicit Apostolus: Ex inuisibilibus visibilia sunt facta, id est, post inuisibilem & informem atque confusam mundi substantiam, facta est visibilis formatio, et distinctio rerum ex tempore. Et in hoc conueniunt gentiles cum fide. Neminem enim lego, etiam ex eis qui asserunt chaos æternum, qui posuerit formationem æternam, sed ex tempore factam, vt etiam Moyses posuit. Vnde Ouidius, qui non solum Chaldæos, sed etiam omnes qui æternitatem materię posuerũt, sequutus est, in primo Metamorphoseos etiam ex tempore cœpisse stellas & formationem rerum asserit. Et æternitatem quidem inuisibilis materiæ sic describit: A B

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixère Chaos, rudis, indigestaq; moles.

Deinde quòd cœperint primò stellæ, & deorum, id est, signorum cœlestium imagines, & Planetarũ qui dij dicuntur apparere, postea animalia, & vltimo homines, his versibus aperit: C

Hanc Deus & litem melior natura diremit,
Sydera cœperunt toto efferuescere cœlo.
Neu regio foret vlla suis animalibus orba,
Astra tenent cœleste solum, formæq; deorum,
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.

Deinde quòd homo sit vltimò factus, sic asserit:

Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ D
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.
Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum, mundiq; minoris origo,
Siue recens tellus, & reliqua.

Verum quoniam hæc copiose tradidimus in cõmentarijs super Genesim ad literam, & ad illum locum hæc magis pertinent, idcirco nunc ad chronographiam Philonis regrediamur, quæ à primo homine incipit, & à quo ante Alexandrum fermè tribus

A bus millibus annis atq; sexcẽtis & trigintaquatuor se ortos Chaldæi insinuant, vt ex supradicta Hieronymi authoritate apparet. Aduerte etiã eosdẽ Chaldæos, eodem tempore scilicet Adæ, fuisse doctos ab eo astronomiã & literas, vt conijcitur ex his quæ refert Diodorus Siculus in tertio libro, dicens: Chaldæi mundum sempiternum fuisse affirmant, & neq; principium habuisse, neq; finem sortiturum. Anni verò quibus se vacasse astronomiæ asserunt, non facile quis crediderit. Ante enim ascẽsionem siue mo-
B narchiam Alexandri, tria & quadraginta millia supputant, annos scilicet menstruales, vt ait Xenophõ in libro de Æquiuocis, quem mox post Philonem expositurí sumus. Est autem annus menstruus à loco luminari coitus ad reditum lunæ ad eundem gradum, & amplius ad lineam mediæ coniunctionis, id est, vigintinouẽ diebus annus is menstruus constat, iuxta astronomiam, qua excelluêre Chaldæi. Porrò menstruorum quadraginta tria millia, effici-
C unt annos solares fermè totidem, quot suprà Hieronymus supputauit. Et ideo literæ simul & disciplinæ omnes infusæ cũ primo homine cœperunt, vt Chaldæi aperiunt & Theologi prosequuntur. Plinius verò in septimo naturalis historiæ cap. vltimo arguit. Assyrias literas æternas fuisse, ob id, ꝙ quũ ante Ninũ siue priscum Phoroneũ (nam eodem anno vterq; regnare cœpit, vt est author Xenophon lib. de Æquiuocis) annis quindecim cœptę sint literæ Ægyptiæ quæ sunt antiquissimę, nunq̃ in autho-
D ribus inuenitur origo Assyriarum. Eius verba sunt hæc: Assyrias literas semper fuisse arbitror. Nã Antichides repertas in Ægypto fuisse à Menone quodã scribit, idq; monumẽtis probat. xv. annis ante Phoroneũ antiquissimũ Græciæ regẽ. E diuerso Epigenes apud Babyloniam septingentorũ viginti annorũ, obseruationes syderũ coctilibus laterculis inscriptas docet, grauis author in primis. Qui minimũ Berosus & Chritodemus. 480. Et concludit Plinius: Ex quo patet, æternum fuisse vsum literarum. Sed funda-

fundamentũ Plinij falſum eſt, & conſequentia nul- A
la, quia in authoribus ipſis Aſſyriorũ, quorũ princi
pes ſunt Chaldæi, origo inuenitur ante monarchiã
Alexandri. XLIII. millibus annis menſtruis, qui ſub
Adam incipiunt, & in Alexandro finiũt, vt Hiero
nymus dicit, & in noſtra topographia demonſtrabi
tur, quam poſt commentaria ſuper Metaſthenẽ ex-
plicabimus. Et idcirco quæ Græci et Latini de ſem
piternitate literarum & hominũ ſomniant magis q̃
ſcribunt, vitanda ſunt vt nihili, & cum ipſis Chal- B
dæis atq; Moyſe authorum vetuſtiſsimo, de antiqui
tatibus & priſcis temporibus conſentiamus, quos
Philo ſequutus, duos de tẽporibus libellos edidit,
primusq; in duas partes diuiditur. In prima ab Adã,
primo Chaldæorum & gentis humanæ doctore ſi-
mul & parente, tempora fert vſq; ad templi ædifica
tionem, inde vſq; ad eius deſolationem.

Primam verò partem breui ſumma
excurrit, dicens: C

*AB Adam vſq; ad diluuium fluxe
runt anni mille ſexcẽti quinqua-
ginta ſex. A diluuio ad Abrahã,
duo & nonaginta ſupra ducen-
tos. Ab Abraham ad Moyſen quinque & vi-
ginti & quadringenti. A Moyſe ad exitum
de Ægypto & inchoatum templum ligneum,* D
*anni octoginta. Ab eo ad inchoatum lapideũ,
anno quarto regni Salomonis, & executioni
mandatum decretum Dauid de ſucceſſoribus
regni, anni colliguntur octoginta & quadrin-
genti.*

*Hæc eſt igitur prima pars Philonis, quam ipſe in
quinq; partes diuidit, vt in litera patet, in quarũ prima
ponit*

A ponit tempus ab Adam vsque ad diluuium sub Noa. In secunda scribit tempus à Noa, vsque ad Abraham In tertia ab Abraham vsque ad Moysen. In quarta à Moyse, vsq; ad exitum populi ab Ægypto. In quinta, ab hoc exitu vsq; ad inchoatum templum anno quarto Salomonis. Verũ quoniã summa temporũ in chronographia est confusa & incerta & obscura plusquã chaos, nisi digeratur per singulos viros aut reges & Duces, aut capita originum sibi perpetuò succedentia, & quot inter eos anni

B colligantur, apudq; Chaldæos & ipsum Moysen simul singuli homines & anni digerantur, idcirco Mosaica chronographia vtemur ante diluuium; quoniam Chaldæam reperire non potuimus, quamuis omni studio & solicitudine vsi fuerimus, vt pro alijs antiquitatibus habendis, ita pro hac digestione temporum ante diluuium nihil inexploratum omiserimus. Nam Berosus, vt etiam Plinius tetigit, solum temporibus inscriptionũ quarundã per annos. 480. ante Ninũ & Phoroneum supputauit, suppressis singulis ducibus & temporibus. Porrò Moyses Ge

C nesis v. cap. studuit singulos duces & tempora digerere. Erant autem ducum loco primogeniti successores, & capita originum, per quos digerebantur tẽpora, qui numero decem fuêre ante diluuium, hoc modo: Adam primus

Adam. vixit annis centũ & triginta, & genuit Seth. Seth vixit cv. & genuit Enos, Enos vixit annis. xc. & genuit Caynã. Caynã vixit. lxx. & genuit Malaleel, Malaleel vixit lxv. & genuit Iareth. Iareth vixit centum lxii. & genuit Enoch, Enoch vixit. lxv. & genuit Matusalem. Matusalem vixit. clxxxvii. & genuit Lamech, Lamech ve

D rò vixit clxxxii. & genuit Noam. Noa verò quum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cam, & Iapeth. Anno autem sexcentesimo vitæ suæ, vidit Noa terras inundatas per nouem menses integros, & vt ait Moyses, decimo mense cacumina montium apparuerunt in Armenia, & Delos insula in mari, vt Solinus meminit. Verum vsque ad finem duodecimi mensis expectauit Noa exsiccationẽ terræ, & præceptũ egrediendi ex arca. Ex quo patet Moysen annos solares duodecim mensiũ intelligere in supradicto cap. Nec solus Moyses retulit vitam

prisco-

priſcorũ hominũ fermè annis mille duraſſe, tum recente A
cœlo, & natura prona in celerem multiplicationẽ generis humani, ſed etiã de his longæuis conſcribunt omnes qui antiquitates apud Græcos & Barbaros cõſcripſerũt, vt Manethon qui Ægyptiorũ hiſtoriã texuit, & Beroſus q Chaldaicam defloranit, & Mochus, & Eſtyus adhuc & Hieronymus Ægyptius & Maſeas, qui Phœnicã deſcri pſerunt, ſicut refert Ioſephus in 1. de Antiq. Iudaica. Patet etiam Ioſephum & quoſdam iuniores aberrare, qui plures annos quàm ſupra collegerit Moyſes enumerant, B
& qui Hieronymo imponunt à ſe falſo poſitũ numerum aſsignaſſe. Nouit enim diuus Hieronymus ſupraſcriptũ à Moyſe numerũ. His autem occaſionẽ præbuit ignoratio modi numerandi Chronographice. Patet quoq; prima concluſio Philonis, quòd ab Adam vſq; ad diluuium, non fuère plures anni quàm ſex & quinquaginta ſupra ſexcentos & mille. Quod verò ait Philo, à diluuio ad Abrahã fluxiſſe annos ducentos nonaginta duos, id idẽ à Chronographia Moyſi deſumpſit Gen. xi. cap hoc modo: Sem biennio poſt diluuium genuit Arpaxat. Arpaxat vixit C
annis. xxxv. & genuit Sale. Sale vixit annis triginta & genuit Heber. Heber vixit annis. xxxiiii. & genuit Pelech. Pelech vixit annis triginta & genuit Reu. Reu vixit annis. xxxii. & genuit Saruch. Saruch vixit annis triginta & genuit Nachor. Nachor vixit annis. xxix. et genuit Tharã. Thara vixit annis ſeptuaginta & genuit Abraham. Sunt ergo à diluuio vſq; ad Abraham, vt ait Philo, anni ducenti nonaginta duo. Quare Noa pater viuebat, quia vixit poſt diluuium annis trecentis & quinquaginta, vt Beroſus ſcribit in quinto antiquitatum, & D
Moyſes aſſerit Geneſis nono capitulo. Tertiã quoq; concluſionem ſuam Philo deſumpſit à Moyſe per capita patrum hoc pacto: Abrahã centenarius, genuit Iſaac. Iſaac ſexagenarius, genuit Iacob & Eſau. Iacob nonagenarius genuit Ioſeph. Ioſeph vixit decem & centum annis, poſt quem ſequuta eſt ſeruitus in Ægypto annis ſexagintaquinq;, & natus eſt Moyſes qui octogeſimo ætatis ſuæ anno ſtetit coram Pharaone, & eduxit populum ex Ægypto in deſertum, eodemq; anno cœptum eſt templum

A ligneum, id est, tabernaculum fœderis. Quare vera est summa Philonis, quòd ab Abraham ad Moysen intercesserunt anni quadringenti vigintiquinque, & à Moyse ad inchoatum templum ligneum, & legem datam in mõte Sinai, anni octoginta. Ex quo patet quòd ab Abraham ad legem datam à Moyse, colliguntur anni. v. supra quingentos, à quibus si subtrahis ætatis Abrahæ annos septuagintaquinq;, quando accepta repromissione cœpit peregrinari, vt patet Genesis. xii. cap. vtiq; consequens necessario erit, vt anno trigesimo & quadringentesimo

Lex, & quando data.

B post repromissionem data sit lex Mosayca, non ad reprobandam & cassandam dictam repromissionem Messiæ, sed solum ad præparandum populum vt digni essent susceptione illius, quia non decreto legis est hæreditas benedictionis, sed sola liberalitate ac repromissione Dei ante legem factam annis. xxx. supra. cccc. Et ita argumentatur Apostolus ad Galathas. iii. cap. Abrahæ, inquit, factæ sunt repromissiones, & semini eius, qui est Christus. Quæ verò post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritat & euacuat repromissionem, quia si

C esset hæreditas repromissæ benedictionis ex lege, iam nõ esset ex repromissione, quod est falsum, quia non Moysi sed Abrahæ per repromissionem donauit Deus. Eandem summam Moyses exposuit Exodi. xii cap. Habitatio, inquit, filiorum Israël qua habitauerunt in Ægypto, subaudi à prima vice qua Abraham descendit in Ægyptũ, fuit annorum. ccccxxx. Cæterum sequens conclusio Philonis qua dicit à templo ligneo ad lapideum supputantur anni. cccclxxx. eadem ponitur in tertio libro Regũ cap. sexto, hoc modo: Anno quadringentesimo octogesimo

D egressionis filiorum Israël ab Ægypto, in anno quarto regis Salomonis cœpit ædificare domum. Hæc summa digeritur ab ipso Moyse vsque ad Salomonem, non per capita originum, sed per ipsos duces Hebræorũ, quorum primus fuit Moyses, qui octogesimo anno ætatis suæ eduxit populum de Ægypto, vt dicitur Exod. vii. capit. & xl. annis præfuit in deserto, & ita vixit annis. cxx. vt vltimo cap. Deut. scribitur. Digeruntur ergo dicti anni cccclxxx. per duces hoc modo. Moyses præfuit annis

xl. Iosue

XL. Iosue præfuit annis.XXVII. Othoniel præfuit annis XL. Aod præfuit annis.LXXX. Delbora & Barach XL. Gedeon præfuit annis.XL. Abymelech filius eius.IIII. Thola præfuit annis.XXII. Iair præfuit annis.XXII. Iepte præfuit annis.VI. Esebon præfuit annis.VII. Labdō præfuit annis.VIII. Samson præfuit.XX. Heli præfuit annis.XL. Samuel & Saul annis.XL. David primus ex tribu Iuda XL. Salomō vero filius David regnauit annis.XL. & quartus eius regni, fuit quadringentesimus octogesimus ab egressu filiorū Israël ab Ægypto, quando in deserto data est lex, & inchoatum fuit tabernaculū fœderis feretriū, vice templi stabilis. Nam quia populus non stabilis erat vna mansione, nec ad regnū stabile in terra promissionis peruenerat, idcirco feretrium templum ligneum fabricatum iussu diuino fuerat, vt inclinatissimus ad idololatriam populus, vtcunq; religione teneretur. A B

Secunda pars Philonis.

SIquidem orta lite inter filios David, quos ex Bersabee genuerat, quis regno præcederet, David edicto statuit à iunioribus inchoari, & vt alteri succederet, vbi posteritas naturalis deficeret. Itaque à Salomone minimo cæptum est & à Nathan illi natu proximiore filio dicto Abiasar & Mathat, & posteris eius Abiasarim atque Mathathym, id est, vt omnes dicerentur & essent fratres principis & donati tempore ad succedendum. Hinc vsque ad Iosaphat & Ochoziam posteritas Nathan semper dicta est Abiasarim, nam quos occidit Ioram posteros Nathan quos pater in tribu Iuda præter decretum honorauerat, filij Iosaphat fratres Iorā dicti sunt. Similiter C D

A *militer infantes eorum quos Ioram liberos quidem, sed reditu vacuos in tribu Iuda reliquerat, dicti sunt fratres & filij Ochoziæ cum tamen Ochozias vnicus solus ex Ioram & Salomone superstes esset, quo perempto omnem stirpem regiam Abiasarim Athalia conata est delere, nisi prouidentia Iosabet sororis*
B *Ochoziæ ex Abiasarim saluatus fuisset minimus ex Abiasarim infans Elyh qui & Eliakin. Nam synonyma sunt Syris & Ægyptijs Elyh, Eliakin, Ioakin. Cognominatus autem infans Elyh fuit Ioas primus ex domo Dauid, & posteritate Nathan, pro quo myzmor à dextro & læuo choro decantatus fuit, qui à se-*
C *ptuaginta senioribus septuagesimus quartus positus est, & sub Ioada institutus, ne disperderet Deus funditus domum Dauid vbi finierat proles Salomonis. Ab isto Ioas atque deinceps in rememorationem reges semper binomij & trinomij fuerunt. Nam iste primus dictus Elyh, Ioas, Simeon, Itē Her, Manasses, Eze-*
D *chias, Iesus, & eiuscemodi. Itaq; à quarto anno Salomonis vsque ad finem posteritatis eius & primum successorem Abiasarim cognomine Ioas, supputantur anni octo & triginta supra centum. A Ioas verò vsque ad spontaneā transmigrationem Ioakin, anni sunt ducenti*

nona-

nonaginta vnus, cõnumeratis decẽ annis qui- A
bus regnauit Amon captiuo patre Her qui &
Manasses. Porrò à transmigratione ad deso-
lationem, anni sunt vndecim.

Hæc est secunda pars huius primæ partis principa-
lis, in qua Philo volens colligere tempora per solam poste
ritatem Dauidicam, interserit paucis verbis infinitam
syluam historiarum. Primo enim reddit causam edicti,
id est statuti Dauid de successoribus suis ex solis filijs B
quos ex Bersabee susceperat. Vbi notandum est, quod in
secundo libro Regum capitulo quinto, et in primo libro
Paralipomenon capitulo tertio distinguuntur filij Dauid
per fœminas, vxores, vel concubinas. Vxorum filij erant
iure communi Hebræorum et gentium apti ad succeden
dum honori et dignitati, atque hæreditati paternæ, Con-
cubinarum autem minimè. Vnde in lege etiam naturæ
Sarra dixit ad Abraham Genesis vigesimoprimo capitu
lo. Eijce ancillam et filium eius, quia non erit hæres filius
concubinæ ancillæ cum filio meo Isaac. Et capitulo vige- C
simoquinto de filijs aliarum concubinarum Abrahæ di-
citur: Dedit (inquit) Abraham cuncta quæ possederat
Isaac, filiis verò concubinarum largitus est munera, et se
parauit eos à filio suo Isaac, dum adhuc ipse viueret. Et
ideo in supradicto capitulo solum in genealogia Dauidi-
ca ponuntur filij naturales vxorum, quos ipse ex eis ge-
nuerat, et filij concubinarum non nominantur nisi in cõ-
muni, quia non erant apti regni successioni. Qui verò ex
vxoribus erant, his verbis enumerat: Nati sunt Dauid Filij Dauid
filij, ex Achinoë quidem Amon primogenitus. Ex Abi- D
gail verò Daniel. Tertius Absalon ex Maaca. Quartus
Adonias ex Agit. Quintus Saphatias ex Abithal. Sex-
tus Ietraam de Egla. Sex ergo nati sunt ei in Hebrõ, vbi
regnauit septem annis, et sex mensibus. Triginta autem
et tribus annis regnauit in Hierusalem, in qua absq; libe
ris concubinarum, nati sunt ei ex Bersabeæ filij quatuor,
Sciammaa, Sobau, Nathan, et Salomon. Ergo Nathan Nathan.
iste non fuit ille Propheta et sacerdos, neque fuit filius
Vriæ adoptatus à Dauid, vt quidã delirantes nullo certo

A *authore, aut contrario textu literali somniant, in hoc peiores Philone atque Iudæis qui hoc horrent. Sequeretur enim quòd Christus nō descendisset ex vero sanguine Dauid, & quòd Lucas decepisset Christianos, qui naturalem sanguinem Dauid per Nathan vsque ad Saluatorem cōtexuit. Vt autem non subticeamus deliberatum contra Christum delirantium argumentum, scias quòd se fundant in Prouerb cap. 4. vbi Salomō dicit quòd fuit tenellus puer coram patre suo, & vnigenitus corā matre sua.*

B *Ergo, inquiunt, fuit vnigenitus respectu Dauid, & per consequens alij filij Bersabeæ fuerunt adoptati à Dauid. Verè vbi Lyra non bene sonat, equidem magistra experientia delirat. In primis negatur istis delirantibus contra Christum & eius scriptorem Lucam, quòd Vrias adhuc liberos nunquam habuerit ex Bersabea puella. Secundo negatur ipsi consequentia, quia ignorauit dialecticam, quia ècontrario infertur. Fui vnigenitus coram matre mea. Ergo nullum alium habuit mater mea filium. Non enim dicit fui vnigenitus coram patre meo, sed puer & tenellus qa vltimus ab eo genitus, & corā matre mea fui*

C *vnigenitus, quia ea procurante Dauid decreuit illum successurum in regno quod ad primogenitum pertinebat. Vnde in tertio lib. Regū cap. 1. dixit Bersabeæ ad Dauid: Tu, inquit, iurasti mihi quòd filius meus Salomon regnabit post te. Tertio patet quòd isti falso sibi vendicant nomen sensus literalis, quum in æquiuocatione literæ decipiant seipsos & alios. Non enim diuinæ literæ vnigenitū vocant semper eum qui vnicus genitura est, sed etiam qui vnicus sit ad successionem. Nam Abraham ante Isaac genuit Ismaëlem, & tamen Deus vocat eum vnigenitum, non Sarræ, sed Abrahæ, Genes. XXII cap dicens ad*

Vnigenitus

D *Abraham: Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac. Et infra: Non pepercisti, inquit, filio tuo vnigenito propter me. Ergo dicas vnigenito tuo non Sarræ, & vnigenitus coram matre mea nō respectu patris. Ex quo patet quòd ad sensum repugnantem claræ literæ exponāt, & catholicam atq; lucidissimam diuinam scripturam et fulgidam non explicent, sed plicent & replicent, & confundant, & ipsi splendido soli nubes & caligines ingerant.*

rant. Sed his dicendum est, cur se sapientes vocent & po stillatores, cum patentia & clara scripturæ sacræ loca et cognita exponant, imò plicent per ignotiora & occultiora, & quæ eadem facilitate contemnantur, qua contra lucidum caliginosius proferunt. Verum horum innumeros errores, tum literales, tum patentes, tum in fide Saluatoris periculosos, locis suis quibus opus fuit exposuimus atque redarguimus in commentarijs nostris super diuinas literas. Quod vero ad institutum Philonis facit, hoc est, A
quia ex peccato Dauid dictum est illi à Nathan propheta: non recedet gladius & discordia de domo tua in æternum. Vnde primogenitum Amonem interfecit Absalon, qui & ipse diuino iudicio percussus interijt, subsequutaq; discordia successionis inter residuos fratres, iurauit Dauid, id est, firmauit decreto, vt recte Philo exponit, quod minimus inciperet Salomon, inde Nathan si Salomonis posteritas deficeret. Moriebatur ergo vnius posteritas alteri, quod decretum fermè est de iure gentium, ex cepto quòd Dauid instituit vt à minoribus initium fieret, B
quod & de facto iurauit se non reuocaturum, & Adoniam maiorem natu quàm erant quatuor filij Bersabeæ ab præsumpto regno deposuit, vt patet in primo cap. tertij lib. Regum. Ergo vt ibi dicitur à Bersabeæ: tu rex iurâsti mihi per dominum Deum, quòd Salomón regnaret, & Dauid respondit: sicut iuraui tibi per Dominum Deum Israel, ita fiet, vtique decretum iuramento firmatum insinuat. Quod autem addit, per dominũ, ostendit non amore carnali, sed diuina iussione illud gestũ, vt clarius ostendit in primo lib. Paralip. cap. 27 quando moriturus dixit C
principibus: Dominus elegit Salomonem filium meum, vt sederet super solium meum, & dixit mihi: Ego firmabo regnum eius in æternũ, si perseuerauerit custodire legem meam. Quòd autem intellexerit illũ Salomonẽ proijciendũ à regno quoad posteros explicauit in eodem cap. quando Salomoni dixit: Et tu Fili mi Salomon si quæsieris Dominum, inuenies eum. Si autem dereliqueris illum, proijciet te in æternum. Quòd verò filios Nathan Salomon fecerit Abiasarim & Mathatim, vt ait Philo, ex decreto iã insinuato, patet in III. lib. Reg. IIII. cap. vbi scribitur de D

A tribus filijs Nathan constitutum Abiasarem fuisse illum qui erat adolescentior in ordine. Sic enim scribitur ibi: Azarias filius Nathan erat super eos, q adsistebant regi. Cabul verò eiusdē Nathan filius erat sacerdos amicus regis, & Abiasar præpositus domus. Sacerdos hic accipitur pro præfecto super omnes sacerdotes, vt in 2. lib. Regum in fine 8. cap. dicitur: Filij, inquit, Dauid sacerdotes erāt. Quod in primo lib. Paral. in fine. 18. cap. ita in textu exponitur: Filij Dauid erant ad manus regis, id est, ad of-

B ficia regia, quæ tria erant. Primū vt esset super omnes maiores regni qui adsistebant ei. Hoc habuit Azarias primogenitus Nathan. Secundū vt præesset Zanedrim, id est, collegio sacerdotum & doctorum legis, penes quos erat publica potestas iudiciorum, & sceptrum occidendi & viuificandi, eligendi reges & deponendi, vt fecit Ioiada pontifex contra Athaliam. Et huic præposuit secūdo genitum Nathan, et ideo dicitur sacerdos, quia illis præpositus, non ad sacrificandū, sed ad eos continendū regio iure, & amicus regis, ne cum eis contra regē conspiraret.

Sacerdotū officia.

C Tertiū officiū fratris vel primogeniti regis, vt domus & familia omnis regia tanquam à primogenito regeretur, quod est ius successionis. Hoc munus habuit adolescētior filius Nathan. Vnde nomine dignitatis appellatur ibi vbi scribitur: Præpositus domus Salomonis erat Abiasar, id est, frater principis, vt diuus Hieronymus & Philo exponunt. Lucas verò filium hunc Nathan dicit Mathat, id est, donatus successione regni ex dicto decreto, vti Philo exposuit In plurali autē Philo & Hebræi vocant Abiasarim & Mathatim omnes posteros Nathan, id est, fra-

D tres principis, & donati tempore ad succedendū, vt Philo exponit et exemplificat de fratribus Iorā et Ochoziæ. Vbi notandū est quòd in 4 lib. Regū cap. x. dicitur quòd Hyeu interfecit fratres Ochoziæ regis Iuda, quadraginta viros non adolescentes. Et in secundo libro Paralipomenon cap. vigesimosecundo scribitur, quòd erant isti principes Iuda et filij fratrū Ochoziæ. Quo pacto, inquiunt, aliqui erant fratres Ochoziæ si erant ei nepotes et filij fratrū? Respōdetur à Philone & veteribus Hebræis, quòd litera dicit, quòd erant fratres vel nepotes qui

mini-

ministrabant ei, videlicet in supradictis tribus officiis regiis quæ spectabãt ad solos successores. Et ideo inquantum erant Abiasarim dicebãtur fratres & sorores principis & nepotes omnes de linea Nathan. Inquantũ verò linea Nathan suscitabat semẽ fratris sui Salomonis si deficeret, dicebantur filij principis & regis familiæ Salomonis, & non Nathan, quia secundum legem naturæ atque Mosaicam, qui suscitat semen fratri suo, etiã nomen eius suscitat. Vnde nunquam dicuntur aut raro filij & posteri Nathan, sed Salomonis. Et ideo Ioas & Iosabet eius soror dicuntur esse filij regum ex posteritate Salomonis, quum tamen essent ex Abiasarim & Mathatim. Vnde patres fratrum Ochoziæ dicti sunt fratres etiam Ioram patris eiusdem Ochoziæ & filij Iosaphat. Vnde cap. præcedente dicitur quòd Ioram habuit fratres filios Iosaphat, quos occidit. Quare autem occidit, dicunt aliqui, vt eorum bona possideret, & ne se eiecto aliquis eorum regnaret. Vtraq; caussa partim falsa, partim vera est. Prima enim falsa est in eo quòd dicit vt bona eorum possideret, quia ipse voluit solum bona quæ præter decretum Dauid illis Iosaphat concesserat, vt ait Philo. Pro quo nota quòd pro medietate redditũ regni viuebãt simul posteri Salomonis & Nathan ex decreto. Cuius argumentum est, quia quum decem tribus desciuerint ab filio Salomonis, ex duabus reliquis Beniamin & Iuda, ex decreto diuino dicto per prophetã, sola vna tribus Iuda data est pro regno successorum Salomonis, vt patet in secundo libro Paralipomenon capitulo. 10. vbi dicit quòd non est sequutus quispiam domum Dauid, præter tribum Iuda solam. Vnde duas dictiones exceptiuam & reclusiuã, præter, & solam adiecit, vt intelligas nullo pacto ad regimen & reditum regis posteri Salomonis pertinuisse tribum Beniamin, sed solam tribum Iuda. Et si obiiciatur quòd in capitulo sequenti dicitur, quòd rex Iuda conuocauit tribum Iuda & Beniamin ad pugnandum contra alias decem tribus rebelles, vtique hoc facit pro Philone, quia qui vtilitate & commodo ac redditibus regni gaudent, etiam communi impensa bellare debent. Ergo filius Salomonis & fratres eius ex Nathan simul & communi

R 5 impen-

A impensa bellare debuerunt, rex quidem in tribu sua Iuda ciendo militem, & fratres eius in tribu Bēiamin. Ex quo patet quòd quando quæritur quando impletum fuit decretum diuinum quo dixit ad Hieroboam, dabo tibi decem tribus, & filio Salomonis vnam solam, quū duæ tribus sequutæ sint domum Dauid, responsio clara est, quia dicit, dabo vnam tribum filio Salomonis. Nam alteram dederat filiis Nathan fratribus Salomonis. Vnde patet quòd ex decreto Dauid & diuino, ad regē spectabat omnis pensio & redditus totius tribu Iuda. Iosaphat autem B rex ex linea Salomonis, pater naturalis Ioram & auus Ochoziæ præuaricatus est decretum, quia etiam in tribu Iuda præter alia dona dedit filiis suis Abiasarim pensiones cum ciuitatibus munitissimis, & Ioram solum constituit regem, diminuto redditu, vt scribitur in secundo libro Paralipoménon. Et ideo interfecit eos, non vt haberet bona eorum, quia dimisit ea eorum filiis quos non occidit, sed vt restitueretur sibi totus redditus. Potest tamen dici, quòd illa bona eorum erant, quia Iosaphat vir sanctus erat, & reuelatione diuina videbat finiendam posteritatem Salomonis, iuxta quòd dixerat Dauid Salomo C ni, si non quæsieris Dominum, proiiciet te in æternū. Et ideo diuino iussu potuit mutare decretū, & incipere dare suscitatoribus seminis Salomonis partem tribus Iuda. Et hoc pacto saluatur prima veterum responsio, quòd interfecit filios Iosaphat suos fratres, vt possideret bona eorum, quæ diuino nutu habere cœperunt in tribu regia. Partim quoque verum est quòd timuit ne se eiecto inciperent succedere antequam finiretur posteritas Salomonis. Quod profecto conata est facere Athalia, vt ait Philo, quia vt scribitur quarto Regum vndecimo capite, & in D secundo libro Paralipoménon vigesimosecundo capite, eadem. Athalia, vidēs mortuum filium suum Ochoziam, scilicet & stirpem Salomonis finitam, interfecit omne semen regium, filios filij sui Ochoziæ, qui scilicet successuri erant, & non naturales, quia nullus illi erat, adeo vt nulla spes esset, vt quis amplius regnaret de stirpe Ochoziæ tam naturalis quàm suscitatiua seminis eius ex Nathā, nisi quia infans in cunis Ioas seruatus est, qui fuit trinomius

Ioas trinomius.

mius, Elyb, Symeon, & Ioas. Verum aduerte Philonem A
quia non dicit, fuit primus rex trinomius, sed primus ex Abiasarim, aliàs esset falsum, quia pater eius successione Ocbozias fuit trinomius, vt patet in secundo libro Paralipomenon, vbi capite. 21. dicitur Ioachaz, & in sequente dicitur Ochozias, & quidam volunt etiam nominatum Azariam. His ita expositis clara est litera Philonis, qui reuersus ad tēpora dicit. A quarto anno Salomonis vsq; ad deletam posteritatem eius naturalem, sunt anni. 138. Hos annos digerunt per tempora Regum eius posteritatis, liber tertius & quartus Regum, & secundus Paralipomenon hoc modo: Salomon à quarto anno regnauit annis. XXXVI. Roboam regnauit annis. XVII. Abias regnauit annis tribus. Asa autem regnauit annis vno & quadraginta. Iosaphat regnauit annis XXV. Ioram regnauit annis octo. Ochozias regnauit anno vno. Athalia regnauit annis septem. Anni vero sequentes vsq; ad desolationem sic sunt digesti: Ioas primus ex Nathan regnauit annis. XL. Amasias regnauit annis. XXIX. Azarias regnauit annis duobus & quinquaginta. Ioathan regnauit annis sexdecim. Achaz regnauit annis sexdecim. Ezechias regnauit annis vigintinouem. Manasses regnauit annis quinquagintaquinq;. Amon connumeratis decem ab sente patre. 12. Iosias regnauit annis. 31. Ioachar regnauit mensibus tribus. Ioachim regnauit annis. 11. Ioakin qui & Elyb Neri, mensibus tribus, et quarto mense vltro in Babyloniam transinigrauit, pro quo Sedechias regnauit annis. xi. & facta est desolatio.

B C *Ioachim. Elyb.*

PHILONIS LIBER
SECVNDVS.

D

SEcundus libellus Philonis diuiditur in quatuor partes. Prima ponit tempora à desolatione templi vsq; ad Iudam Machabæum. Secunda ab eo vsq; ad Herodis tyrannidem. Tertia à tyrannide eius vsque ad finem legitimi regni. Quarta ab eius successore vsq; ad ætatem suā. Itaq; de prima parte sic dicit:

Et à

A ET à desolatione ad carceres Ioakin,sunt anni. XX.& ab eius trã-
smigratione. XXXI.sex annis se-
quentibus tunc æditus Mizmor
LXXXVII.in fine autem septimi anni Euil
merodach eductum Ioakin de carcere in hono-
re habuit,eumq́ populus Heri cognominauit,
B quòd lucerna Dauid quæ timebatur extincta
illuxerit,&Mizmor octogesimusoctauus ædi-
tus est ad gratiarum actionem atq; conserua-
tionem gentis, & celerem missionem Messiæ.
Mox liberato Heri datus est à Deo filius
Mesezebel cognomento Salathiel,qui anno de
cimoseptimo ante solutionem captiuitatis Ba
rachiam qui anno decimoseptimo soluta ca-
C ptiuitate dux populi fuit, & ab eo ducatu di-
ctus Zorobabel, anno à transmigratione octo-
gesimoprimo, & à desolatione suptuagesimo.
Præfuerunt autem populo duces ex domo Da
uid, & sacerdotes ex Leui seorsum vsque ad
tempora Asmonai,& de his septuaginta senio
res sic in scriptis reliquerunt: Iesus filius Io-
D sedech magnus pontifex cum Barachia Zoro-
babele filio Mesezebelis filij Heri, ipse est
Ioakin, anno primo Cyri venit Hierosoly-
mam, qui secundo anno dum iacerent funda-
menta prophetantibus Agai & Zacharia,
ob mor

ob mortem Darij Istaspis impeditum est opus nec adiri potuit Cyrus, qui bello Tamyrico erat impeditus. Successit interfecto Cyro Asſuerus priſcus Artaxerxes, qui bellum parabat contra Artaxat factionis Tamyricæ fautorem, qui & ad defectionem compulerat Aſſyrios, Medósque ac Perſas, & Aſſuerus intra Babyloniam ſeſe continebat. Ad eum Ie- B
ſus pontifex, quia duces Syriæ contra Hebræos ſcripſerant, ſe contulit, relicto in pontificatu anno duodecimo Aſſueri filio Ioakin qui & Elyh. Ergo quia eo anno erat Aſſuerus occupatus bello, non eſt auditus Ieſus. Victor cum ſequente anno miſſum à ſe Holofernem à Iudæis truncatum audiſſet, edicto publico ve- C
tuit templum erigi. Succeſſerunt duo filij eius, qui de imperio contendentes, Dario Longimano qui votum relaxandi edictum patris emiſerat. VII. *menſe victoria ceſſit. Anno eius primo reuerſus Ieſus hortantibus iiſdem prophetis ædificare templum annixus eſt. Geſſit ergo Ieſus pontificatum primum vſque ad duo decimum annum Aſſueri priſci, annis ſex &* D
XXX. *Ioakin filius in eius abſentia annis* VIII. *Is & Iudith geſta conſcripſit, & anniuerſariam liberationis memoriam quotannis agendam inſtituit. Idem Ieſus reuerſus proſecutus*

A *secutus est pontificatum annis.20.vsq; ad.20. annum Longimani, natus annos.30.& centũ, Et successit Ioakin, item secundo pontifex, annis.48.vsq; ad.12. annum magni Artaxerxis Assueri, qui gesta Hester scripsit, & memoriã Phurim instituit, hortante illũ per literas Mardocheo, qui.10.&.8.annis ætatem Isaac superauit.*

B *Tertius pontifex successit Eliasib, annis vno &.20.vsq; ad.33.magni Artaxerxis. Hic primus posuit Hierosolymis portam gregis. Quartus pontifex Ioada gessit pontificatum annis.23. & totidem Ioatham vsque ad finem Ochi Artaxerxis. Vltimus sub Persis fuit sextus pontifex Iaddua annis.* X. *Princeps verò ex domo Nathan primus Simeõ qui & Ioas.*

C *Rursus Leui qui & Amasias, itẽ Iesus qui & Ezechias, Her quoq; qui & Manasses. Hi ante captiuitatẽ. Porrò in captiuitatis solutione Zorobabel primus præfuit annis.8.&.50. Resa Mysciollã. 6.&. 60. Ioanna Ben Resa.3. &.50. Iudas primus cognoĩe Hyrcanus.14. Ab Alexandro verò ad Asmonaim pontifices*

D *vsq; ad Iudam, Onias priscus annis.* XXVII. *Simon priscus.13.Eleazarus Antiochi Theos inimicus.* XX. *Manasses Seleuco Gallinico amicus.27. Simon iustus honoratus à Magno Antiocho.* XXVIII. *Onias huius filius à Seleu*

cho

cho spoliatus templo. 39. Hunc sequitur Iudas Asmonai. Duces verò ex domo Dauid vsque ad dictum Iudam fuêre Iosephus primus, annis. 7. Abner Semei. XI. Elyh Matathias XII. Asar Maat. IX. Nagid Artaxat. X. Agai Helly. 8. Maslot Naum. 7. Amos Syrach. 14. Matathias Siloa. X. Iosephus iunior Arses, honoratus à Ptolemæo. LX. Ianneus secundus Hyrcanus præfuit annis. VI. & X. A B

Plura memoratu digna dicit, Primo quia distinguit annos transmigrationis spontaneæ à desolatione & captiuitate inuita totius regni. Et de vtriusq; distinctione atq; gestis scribitur in fine quarti libri Regum & 2. Paralip. & de vtraq; est vaticinium Hieremiæ cap. 34. vbi in fine contra Sedechiam dixit, & solitudinem atq; desolationem vocauit dicens: Reducam Chaldæos in ciuitatem hanc, & præliabuntur contra eam & capiet eam, & succendent igni, & ciuitates Iuda dabo in solitudinẽ, quia non erit habitator. Quomodo autem sit impletum scribitur in eodem libro Hieremiæ à cap. 36. vsq; ad. XL. & in fine Vaticinij eius, & in fine quarti libri Regum, & secundi Paralip. Eiusdem desolationis vaticinium, & quantum temporis duratura esset desolatio, expressit capitulo vigesimoquinto, hoc modo: Nabugdonosor regem Babylonis seruum meum adducam cõtra ciuitatẽ istam, & habitatores qui circum eam sunt, & interficiam eos, & ponam in solitudines sempiternas, & erit vniuersa terra eius in solitudinem & in stuporem. Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo iniquitatem regis Chaldæorum, & reliqua. Ex quo sequitur Philonem rectè posuisse septuaginta annos desolationis & solitudinis non transmigrationis, vt quidam inconsyderate scribunt. Quos etiam annos desolationis non transmigrationis vocauit doctissimus Daniel propheta nono capi- C

Desolationis anni.

D

A capitulo dicens: In anno, inquit, primo Darij filij Assueri de semine Medorum qui imperauit super regnũ Chaldæorum anno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et quia clara est litera, idcirco omnem aliam expositionem probatam ab obscuriori, negamus. Et hoc de primo. Secundo notandum est quòd Philo digerit annos vnum & nonaginta supra centum à primo anno Monarchiæ Cyri & Darij vsq; ad magnũ
B Alexandrum, per sex pontifices, quos etiam Neemias enumerat capitulo duodecimo, dicens: Iesus sacerdos genuit Ioakin. Ioakin verò genuit Eliasib patrẽ Ioadæ. Ionathan fuit pater Ieddu, & filius Ioadæ. Hos, vt ait, etiã septuaginta seniores memoria produnt, siue septuaginta seniores intelligat Zanedrim, siue septuaginta interpretes, qui etiam (vt ait) enumerat totidem annos à duce Zorobabel vsq; ad Iudam primum Hyrcanum de domo Dauid. Rursus per pontifices Leuitici generis & duces Dauidicos colligunt dicti seniores annos quatuor & septuaginta supra centum, ab Alexandro vsq; ad Iudam
C Machabæum. Et quia ipse Philo digerit singulorum nomina & annos, idcirco legantur in textu. Tertio notandum, quòd solus Philo habuit chronographiã annalium quatuor monarchiarum, vt in emendatione chronicarũ videbitur. Et ideò solus ipse in temporibus ex Hebræorum scriptoribus recipitur. Quinetiam non per opiniones, vt Iosephus, sed etiam septuaginta seniorũ testimonio vsus certissima scribit. Sed de his hactenus. Vltimo excurrenda est litera Philonis, si quid obscurum est elucidandum. Carceres Ioakin iniusti fuerunt, quia sub fide
D publica sese cum suis potestati magni Nabugdonosor permisit, & post lapsum temporis illum in vincla coniecit, & idcirco illum tanquã iniustè ibi positũ, filius magni Nabugdonosor cognomine Euil Merodach, & nomine Amilnus, eduxit & honorauit, vt scribitur in. 4. libro Regum, cap. 24. & 25. & in. 2. Paralip. cap. vltimo. Quod verò Hebræi Mizmor, id Latini dicũt Psalmum, & Psalmus octogesimusseptimus est Psalmus Domine Deus salutis

lutis meæ, æditus & decantatus sex annis quibus Ioakin fuit iniustè in carceribus, & sequens Psalmus quando fu it ab Euil merodach liberatus, ad quem sensum literalem nos exposuimus in commentariis super Psalterium. Neri appellat etiam ipsum Lucas Euangelista patrem Salathielis, cui nomen proprium fuit Mesezebel. Huic fuit Barachias filius, qui à principatu cognominatus est Zorobabel, id est, princeps captiuitatis Babel. Porrò Zorobabel genuit Resa, & libro secundo Paralipoménon ca. 4. Misciollam. Porrò breuibus ponit genealogiam Neemias tertio capite dicens: Et iuxta eum ædificauit Misciollam filius Barachiæ filij Mesezebel. De bello Tamirico Philo sequitur veram historiam Persarum & Metasthenis Persæ chronographi, & asserit post mortem Darij interfectum & non ante, vt somniauerunt Herodotus & Eusebius noster. Et hoc est quod significat Esdras cap. 3. & 4. quod licet Darius & Cyrus adepta monarchia soluerint captiuitatem Babylonicam quam ibi inuenerunt, & dederint licentiam reponendi templum, tamen fuit impe ditum à vicinis ducibus Cyri omnibus annis Cyri, post eum secutus Artaxerxes publico edicto prohibuit, boc addens quod semper ciuitas illa rebellarat contra reges, quia scilicet interfecerat fœmina Holofernē principē suum existente pontifice Ioakin, suffecto apertè Iesu, vt Philo scribit, & in libro Iudith commemoratur. Et non te moueat quod iste Assuerus vocetur Nabugdonosor in libro Iudith, quia vt ibi dicitur, & Philo scribit, Artaxat inuaserat monarchiam, tenebatq; Assyrios, Medos & Persas, & iste Assuerus solam Babyloniam, vbi rex com muni appellatione dignitatis vocatur Nabugdonosor, vt in Ægypto Pharao, Romæ Papa. Et Iudæi quidem iu niores festum agunt triumphi Iudith, & librum habent dubium propter nomen Nabugdonosor. Perdiderunt enim omnem sapientiam quam sui habuerunt, & Philo ex authoribus certissimis septuaginta sanctis semoribus tradit. Et ob id ecclesia recipit eum, & facit argumentū apud veteres Iudæos & Christianos, licet non apud modernos Iudæos, quibus etiam ipsa lux veteris testamenti fermè obscuratur, sed de his aliàs. Vocabulum verò

A *Zanedrim, quia sæpe occurrit, interpretatur à Talmudistis, collegium sceptri & publicæ potestatis totius regni, quæ erat penes septuaginta seniores ex principalioribus de tribu Iuda & aliarum tribuum, quibus vnus rex præerat, & loco eius Salomon ex decreto Dauid & dei posuit Matathim vt exposuimus. Dicunt autem Talmudistæ in lib. Zanedrim, quod hoc erat publicum sceptrũ institutum à deo in deserto Numeri.xi.cap vbi Deus instituens regimen totius populi ad Moysen: Congrega, inquit, mihi. LXX. viros de senioribus Israël quos tu nosti*

Zanedrim

Senes.

B *quod senes populi sunt & magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum. Et descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo tradamq; eis, vt sustentent onus populi tecum, & non tu solus graueris. Super hoc sceptrũ erat tribus Iuda & rex, sicut & Moyses. Vnde Zanedrim erat collegium publici regiminis & potestatis quibus vnus præerat. Et hi dicuntur vsitato veteri vocabulo senes siue veteres. Romana verò lingua Senatores, Aramea & Etrusca Lucij, vltima syllaba habente accentum, & Græci Palei. Porrò etiam*

C *am est opus vt sint magistri, id est verbistæ, cuius verbo pareatur, quos Romani à verbo & dicto imperioso Dictatores vocant, & communi vocabulo vnico Magistratus. Ergo collegium publicæ potestatis etiam apud Hebræos vetustissimos dicebatur Senatorium magistrale, apud Romanos senatorium dictionale, apud Etruscos Lucumonium, apud Græcos Paleologum. Vnde nomina importantia publicã potestatem apud veteres cõposita inuenimus ex duabus dictionibus, quarũ altera vetustatem & senium, altera verbum & rationẽ imperiosam importet, vt*

Magistratus.

D *apud Hebræos Zanedrim, apud Romanos senatus decretum, apud Græcos Paleologum, à paleos vetus, & logos ratio & verbum, apud Etruscos Lucumonium à lucu vetus, & moni ratio & verbum. Et tandem Viterbũ veterum verbum siue dictatura. Quare à loco & argumentatione non modo à vetustissimo more, verumetiam ab inexpugnabili & semper inuicta interpretatione, eadem sunt apud Romanos Senatus decretum & verbum quæ apud Talmudistas & Zanedrim, & apud Græcos Paleo-*

A *Paleologum,& apud Desyderium regem Viterbum, & apud Etruscos Lucumonium. De his hactenus. Quòd verò Philo scribit Mardocheum superasse Isaac annis .10. et 8. significat eundem Mardochæum vixisse annis duo de ducentis, quia Isaac vixit annis viginti & ducentis, vt patet Genesis capite trigesimoquinto. De regibus verò Nathanicis ante captiuitatis liberationem, & ducibus post liberationem, siue nomina, siue cognomina vsque ad Iudam Machabæum conueniunt Lucas Euangelista, & Philo, & in multis Iosephus, inter quos præcipui fuerũt Iosephus Arses, & Ianneus secundus Hyrcanus amici Ptolemæi, de quibus etiam in temporibus Ptolemæi Eusebius notat dicens: Iosephus vir inter suos nobilis legatus à Iudæis ad Ptolemæum missus, quum familiaritatem eius ob plurima in eum meruisset obsequia, dux Iudææ & regionum finitimarum instituitur. Et de filio. Hyrcanus, inquit, Iosephi ducis Iudææ filius, scilicet post mortem patris quum ad Ptolemæum perrexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verum fratris eius contra eum seditione mota, magnarum calamitatum Iudaicæ genti causa extiterunt. Hæc Eusebius ex Clemente & Tatiano & Aphricano. Asmonai Hebraicè, sed Latinè dicitur pugnax & vulgo palladrinus ab armata Pallade, Græcè verò Machabæus. Hæc de prima parte.*

Machabæus. B C

DE PARTIBVS TEMPORVM, SECVNDA, tertia, & quarta.

IAm primus libellus Philonis percurrit tempora ab Adam vsque ad spontaneam deditionem atque transmigrationem Neri, qui & Ioakin. Secundus D quoque libellus absoluit primam temporum partem à desolatione vsque ad Iudam Machabæũ. Nunc prosequitur tempora aliarum partiũ libelli, à Iuda Machabæo ad tyrannidem Herodis, & ab ea ad legitimum principatum, à quo ad suam ætatem Philo sic prosequitur dicens;

A MOx sequuti Asmonai simul cum pontificatu etiam ducatum à domo David subripuerunt, vnde orta inimicitia & simultas, Iudas Asmonai correptis armis contra Antiochum illustrem & filium eius Eupatorem atq; Demetrium, præfuit annis. V. Ionathas eius frater. XIX. Simon ab Antiocho Si-
B dete immunitate donatus, præfuit annis. VIII Iohannes Hyrcanus priscus præfuit ex Asmonaim annis. 26. Aristobolus, vno. Ianneus Alexander. 27. Eius vxor Alexandra. 9. vltimus Hyrcanus. 34. qui captus à Parthis relicta vxore ac filia & eius fratre Aristobolo, mox Herodes iubente Senatu Romano inui-
C tis Hebræis regnum tyrannicum iniit sumpta sibi vxore filia Hyrcani capti à Parthis, & declarato filio eiusdem Hyrcani Aristobolo pontifice, vt Iudæorum animos ad se inclinaret. Sustulit autem ex filia Hyrcani sibi vxore filios duos. Sed cum anno. 26. tyrãnici regni sui Herodes reuersum socerũ Hyrcanũ aduerteret, more prisco regis salutari ab Hebræis, il-
D lum sibi socerũ socrumq; atq; filiã sibi vxorem, & duos ex ea susceptos liberos, & Aristobolum interemit, biennioq; post. Hebræos multis calamitatibus afflixit. Anno verò. XXX. principatus sui tyrannici, Zanedrim ex domo David

uid deleuit, & Annaleum quendam atque Zanedrim ex Proselitis suffecit, qui nimium in lege videbantur eruditi. Tum & Salomen sororem suam & virum eius de tribu Iuda. Itēq; proprium filium, quem ex vxore eiusdem tribus susceperat interfecit, quòd diceretur iam in lege promissus CHRISTVS *natus. Fessi tandem Hebræi, vltro ipsi ac eius posteris regnum obtulerunt, iurantes in fide ipsius ac posterorum sese permansuros. Regnauit hic primus Herodes Ascalonita tyrannico principatu, annis triginta vno, & legitimo sex. Et filius eius Archelaus, annis nouem. Herodes autem Tetrarcha, annis vigintiquatuor: cuius vigesimoprimo anno Legatus à nostris Iudæis ab Alexandria missus adolescēs eram. Sequutus est hunc Agrippa priscus, annis septem. Agrippa iunior, annis septem & viginti. Et Agrippinus, qui & Agrippa vltimus, annis triginta, vsque ad hunc vltimum annum ætatis meæ decrepitæ.* A B C D

Antiochi. *Quot fuerint Antiochi reges Syriæ & Asiæ post magnum Alexandrum, lucidè enumerat Eusebius de temporibus, & nos in emēdata chronographia posuimus. Sunt autem anni à Iuda Machabæo vsq; ad tyrannicum principatum Herodis.* CXXIX. *vt hic enumerat Philo. Duobus annis minus regnasse Asmonai Iosephus tradit, id est, viginti septem supra centum. Talmudistæ verò in libro Aboda Zara, in distinctione quæ incipit Lipfne Idiē, aiunt: Rabi Iocep tradere Asmonai regnum durasse an-*

 nis tri-

A *nis tribus & centum, videlicet vigintisex minus quàm ponat Philo. Sed dicendum quòd Iocep dicit regnum, scilicet pacificum. Nam vigintisex annis pugnatum est, à Iuda quidem Machabæo quinque, & Ionatha decem & nouem, & à Simone duobus. Nam tertio anno immunitatem ab Antiocho Sidete accepit. Et ideo concordat Iocep Talmudista & Philo, Iosephus verò in temporibus reiicitur, quia tam in diuinis literis quàm gentilibus inuenitur quoad tempora erroneus. Nam libri Machabæorum, qui absque temporibus scripti erant, & gesta, &*
B *sub quibus regibus acta erant, apud veteres habebãtur: Iosephus tempora adiiciens, apocryphos reddidit, quia* Iosephus reiicitur. *ponit Antiochum illustrem regnasse anno centesimo trigesimoseptimo post Alexandrum, vt in primo libro Machabæorum primo cap scribitur: qui tamen regnauit anno cẽtesimo quinquagesimotertio, vt patet in annalibus Græcorum per singulos reges Asiæ & Syriæ post Alexandrum, quos Eusebius de temporibus eruditè notauit. Hæc est autem vna maxima Metasthenis & Chronographorum, quòd omnis author reiicitur, qui præter annales quatuor Monarchiarum de temporibus scribunt,*
C *quia in eis est publica tẽporum per singulos reges digesta fides. Porrò Herodes regnauit tyrannico principatu an-* Herodis regnum. *nis vno atque triginta, & sex legitimo principatu. In summa regnauit annis trigintaseptem, vt omnes concedunt. Ab eo autem per successores vsque ad annum quo hæc scripsit Philo, supputantur anni septem & nonaginta. Ergo regnatum est in domo Herodis legitimo principatu, annis centum & quatuor. In supradicta verò distinctione Talmud. vno minus supputat Rabi Iocep, di-*
D *cens: Regnum Herodis durauit stante templo, annis centum tribus, vbi glosa Rabi Selamo dicit, cum triginta annis Barcozbe cum Agrippa, quod est falsum, quia Barcozban cœpit cum Agrippa regnare anno vltimo Agrippæ, cum quo rebellauit Romanis, à quibus hostis iudicatus fuit. Et ideo quia in illa distinctione non ponit Iocep, nisi annos quibus regnatum est vel legitimè, vel pacificè, idcirco sustulit vltimum annum Agrippæ vltimi, quem Philo vocat Agrippinum; & ita remanent anni regni*

legitimi

A legitimi Herodiani centum & tres, vt verè ponit Iocep. Si verò volumus scire quantum regnauerit falsus Mesſias, quem ipſi Talmudiſtæ vocant Barcozban, ſiue Bencozban, id eſt, filium mendacij, quia decepit eos, vtique hoc pacto ſciemus. A trigeſimoprimo anno Herodis vſque ad vigeſimumnonum Agrippini, numerantur à Philone atque Talmudiſtis anni centum & tres. Cœpit autem legitimus principatus Herodis, eius regni anno trigeſimoſecundo, qui erat Octauiani Auguſti annus quadrageſimuſſecundus, vt per Olympiades probatur, & Euſebius optimè annotauit. Quare eo anno verè fuit ablatum ſceptrum de tribu Iuda, quia natus fuit qui mittendus erat Meſsias. Si vero ab hoc anno quadrageſimoſecundo Octauiani, qui erat primus legitimi principatus Herodis, numeremus vſq; ad vigeſimumnonũ Agrippini ſupradictos centum & tres annos, vtique perueniemus ad quintum annum Traiani Imperatoris. Ergo ſequente ſexto anno Traiani cœperunt ſimul regnare Agrippinus & Bencozban. Porrò vt ipſi Talmudiſtæ atq; Latina hiſtoria docet, & Euſebius de tẽporibus diligenter annotat, anno Hadriani. XVII. Bencozban ingentiſsima clade cum Hebræis à legionibus Romanis accepta deletus eſt. Quare Bencozban regnauit falſi Meſsiæ nomine annis triginta vno cum Agrippino, quia totidem ſupputantur à ſexto Traiani, qui imperauit annis decẽ & nouẽ vſq; ad ſucceſſoris ſui Hadriani annũ decimumſeptimum. Si quis vero curat intelligere geſta huius falſi Meſsiæ, quærat à Talmudiſtis, & legat Euſebiũ cũ Eccleſiaſtica hiſtoria. Quæ tẽpora Philonis ſupremo ſtudio memoria ſunt retinenda, cum quia plurimũ valet ad chronographiã emendatã, tum præcipuè ad emẽdatè atque irreuincibiliter differendum de ſeptuaginta hebdomadibus Danielis, tum vel maximè ad intelligendas diuinas literas, & pro comprobandis veri Meſsiæ temporibus. Nunc percurrenda eſt Philonis litera. Ait enim quòd ſuſceptus principatus fuit cauſſa ſimultatũ. Nam duces Dauidici depreſsi quidẽ iure iraſcebantur. Et Philo quidẽ non ponit qui ſucceſſerint ex domo Dauid, quia ſtuduit tẽpora per duces notiores exprimere. Quidã verò

Barcozban

Bencozban

B

C

Bencozban Antichriſtus.

D

A *Iudæi in primitiua ecclesia fingentes se Christianos, vt obscurarent genealogiam Christi, quam Lucas & Matthæus claram exponunt, potissimè Lucas qui ait Ianneo successisse Melchi, & Melchi successisse Leui patrem Mathan & auum Elyh siue Ioakin, transmutatis nominibus, dixerunt panter pro Melchi, & Barpanter pro Leui, & quòd Elyh quasi alter à Ioakin fuerit pater Ioseph. Legalis per suscitationem fraterni seminis. Contra quos Hieronymus de ortu beatæ virginis scribens; Quid, inquit, Panteris & Barpanteris & fraterni seminis suscitatio-*

B *ne opus fuit ad genealogiā Mariæ quæ clara est, nisi quia falsi fratres sub specie angeli lucis ad eludendū Euangelia, quasi illa expositura hæc finxerunt, vbi euangelista Lucas, & sanctorū traditio Syrorū, sicut Philo & Lucas clarissimè descripserunt. Quinetiam & vbi Lucas tempora non colligit, & Philo definit, ipsi ea clarissimè inferunt, dicētes: Vixit aūt Melchi filius Iannei annis.* XXV *& genuit Leui, qui quadragenarius genuit Mathā. Hic agens annum.* XXXVI *genuit Ioakin, qui & Elyh, patrem quidem naturalem Mariæ & legalem Ioseph. Anno aūt*

C XLVI. *natura sterilis genuit Mariā. Quæ & ipsa decimo-*
Ioakin. *quarto ætatis anno peperit Saluatorem. Verum contra*
Maria. *Euangelia angelus Sathanæ se transfigurat in angelum lucis. Hæc Hieronymus. Si numeres lector à Melchi ad 14. annum beatæ virginis, equidem annos. 161. supputabis, & totidem à Iuda Machabæo ad. 32. Herodis. Quare primus annus quo legitimè sceptrum de Iuda sustulit Herodes, idem fuit & primus nati Saluatoris. Porrò de institutione tyrannica Herodis, & grassatione atque crudelitate in suam sororem socrum, socerum filios & cogna-*

D *tos, partim in Iosepho, partim in Petro Comestore, et aliis legimus, quæ etiā Eusebius studuit in temporibus annotare. De Zanedrim verò deletionem Hebræi scribunt in Talmud in libro Baba Bathra, in distinctione Assurafin. Herodes, inquit, Ascalonita seruus fuit Asmonaim, qui suscepto per vim regno interfecit vniuersos Zanedrim septuaginta iudices, vno reseruato Baba filio Bota, cui eruit oculos. Porrò de filio interempto Macrobius in Saturnalium secundo meminit, dicens: Augustus*

gustus quum audisset inter pueros quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filiũ quoque eius occisum, ait: Melius est porcum Herodis esse, quàm filium. A

Vltima pars libelli Philonis.

Sequitur libellos duos supradictos pars tertia, quasi quodam epilogo confirmatiuo eorum temporum quæ supra exposuit Philo monent lectores, siue illam Philo, siue alius subscripserit. Hæc his verbis exprimitur: B

Explicit breuiarium temporum Philonis eruditissimi historici Hebræi, qui asserit in historijs suis omnia tempora quadrasse ad veros annales quatuor monarchiarum, qui soli & emendatissimi habentur, quos soli & maximè primi, retulerunt ex Chaldæis Berosus pro monarchia Assyriorũ, & Metasthenes Persa historicus in annalium indicijs pari forma ait ex Græcis eos solos se persequuturũ, qui annales Græcorum sequuti sunt septuaginta seniores interpretes vsque ad Ptolemæum & Asmonaim, inde Romanos qui tempora sua diligentissimè conseruauerunt. C

Verba tamen sonant alium hæc apposuisse ex libris historiarum eiusdem Philonis, in quibus ait eundem Philonem probasse tempora sua idcirco esse emendatissima, quæ non per opinionem suam vel aliorum priuatorum historicorum, sed publicam per fidem annalium quatuor Monarchiarum suam chronographiam conscripsit, quarum singula suum habet probatum authorem. Nam Chaldæorũ annalium probatus author ex Chaldæis sumitur, inter quos enitet Berosus. Porrò Persarum & Medorum annalium itidem probatus author ex Persis sumitur, inter D

A quos effulgent Deiocles & Metasthenes Persæ histori. Caue quum legis Petrum Comestorem super Danielem, quia ibi corrupta orthographia scribitur Diocles & Megasthenes, pro Deiocles & Metasthenes: quia primi sunt authores Græci, sed secundi Persici & Medici. Ab Alexandro vero vsq; ad Asmoniam sequutum se dicit septuaginta interpretes, quia hi eruditi erant in annalibus Græcorũ. A Machabæis verò, quia iam inierãt Hebræi societatẽ cũ Romanis, vt gesta Machabæorũ indicãt, idcirco annales Romanorũ Philo ab eis sumpsit, qui tempo-
B ra sua summo studio per annuos consules absq; errore cõscribebant, vt patet in Liuio, qui emendatè tẽpora digessit per regulos Latinos ab Ænea ad Romulũ, & per Romanos à Romulo ad Tarquiniũ superbũ, & per annuos magistratus à Bruto primo consule ad Cæsarem. Ex his patet, qui authores in tẽporibus suscipiendi sunt, et qui reijciendi Et quidem in monarchia Assyriorũ à Nini atauo Gyge prisco, vsq; ad ipsum Ninum Berosus Chaldæus præeminet, et qui descriptam à Semiramide columnã se-

Authores recipiendi.

C quuntur Xenophon, Archilochus, vtriq; Græci: itemque Latini Cato de originibus, Fabius Pictor, Sẽpronius, et q de tẽporibus aurei sæculi ante Ninũ cõscribũt. Deinde à Nino vsq; ad Sardanapalũ duo soli recipiuntur, videlicet Berosus, vt diximus, et Eusebius, quia ipsum sequitur in eius monarchiæ annalibus. Reijciuntur aũt in ea Paulus Orosius ex Latinis, et Iustinus atq; Trogus, quia ab his annalibus deuiant: & eadẽ ratione ex Græcis Herodotus, Hellanicus, Xenophõ, & qui eos sequuntur. Quin etiam & ipsum Ctesiam Gnidium, quanquam in multis

Reijciendi.

D alijs in pretio habitum, tamen in temporibus huius monarchiæ reijciunt Chronographi, non modò quia ab eius annalibus discrepat, verum etiam quia nomina regũ et singulorũ tempora non digerit, vt significauit Diodorus Siculus in. 3. lib. dicens: A Nino ad Sardanapalũ triginta numero reges tenuerunt imperium Assyriorũ annis mille trecentis et sexaginta, vt Ctesias in secundo libro scribit, qui nomina regũ, quantoq; quisq; regnauerit tempore non digessit, quãuis memoret auxiliũ Priamo missum à Tautamo Assyriorum rege. Post Assyriorum monarchiam

chiam sequuta est secūda Medorū atq; Persarū, vsq; ad Alexandrū, cuius annales digesserunt Dëiocles & Methastenes Persæ. In patre verò ab Arbace vsq; ad Cyrū, ex eiusdē monarchiæ annalibus retulit supradictus Ctesias Gnidius, vt fragmentum eius indicat, & Diodorus in tertio libro commemorat. Quare, quoniam ab his annalium Persicæ Monarchiæ veris authoribus deuiant Herodotus, Eusebius, Tatianus, Iosephus, Clemens, Aphricanus, & Porphyrius, idcirco negantur in temporibus eiusdem monarchiæ. Reassumitur tamen Eusebius in tertia monarchia, quia digerit fideliter annales Græcorum, regumq; Asiæ atq; Syriæ ab Alexandro ad Pompeium. Et similiter recipitur in quarta monarchia, quia sequitur annales Dictatorum & Imperatorum & Consulum Romanorum. Sed de his clarius tractabitur in emendatione chronographiæ nostræ. Nunc satis est nosse ad quadram diuinarū literarū, & quatuor monarchiarum. Philonis Breuiariū temporū, & quidem vtilissimum traditū esse, & occasionē respondendi Christianis tribuisse, præcipuè ad argumenta Iuliani Apostatæ & aliorum hæreticorū, vt author est Hieronymus. Nam quum obijcitur falsa scripsisse Euangelistas, quia scribunt Zorobabelem et Salathielem in duabus distinctis lineis naturalium posteritatum Salomonis & Nathan, negatur adsumptum, quia solum in linea Nathan inueniuntur, vt patet ex supradictis. Et ideo tā Maria q̄ Ioseph de domo Dauid per Nathan venerunt. Quod verò obijcit, Euāgelistas sibi mutuo aduersari, quum dicatur ab vno Ioseph filius Iacob, ab altero filius Elyh, vtiq; nulla est cōtrarietas, si dicatur: Ioānes est filius Petri naturalis, & est filius meus legalis, qa habet filiā meā vxorē. Quoto enim gradu mihi est cōsanguinea filia mea vel neptis, toto est mihi affinis vir earum. Vnde & neptis meæ virū, voco nepotem meum. Et hoc est quod Hieronymus dicit, quòd Ioseph fuit filius Iacob genitura, & Elyh seu Ioakin lege vxoria. Quòd dicis: Quid ad genealogiā Christi Ioseph? Plurimū equidem, non ad significandū quòd Saluator fuerit filius eius, sed quòd Maria erat ex tribu Iuda, vt ait glosa ordinaria, propter præceptū legis Num. vlt. cap. vbi sic dicitur: Omnes

A

B

C

Euangelistarum concordia.

Elyh & Iacob.

D

Ioseph qd ad Christi genealogiam.

A Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs. Et hæc lex, vt ait Talmudista, obligat solum primogenitos ad quos spectat hæreditas, quia ea lex facta fuit propter filias Salphaat & familiarum succedentium in hæreditate, vt patet in dicto ca. atque lege. Beata autē virgo fuit primogenita Ioakin sterilis, & Ioseph primogenitus Iacob. Et idcirco necessaria illatio est ex lege, vt quoniam Ioseph ex tribu Iuda & cognatione Dauidica extitit, vtique & beata virgo fuit
B ex domo Dauid & tribu, quia in lege vtrunq; ponitur: Omnes, inquiens, viri accipiant vxores de tribu & item de cognatione sua. Ergo Iosaba filia regis Ioram, quia nupsit Ioiadæ pontifici alteri à tribu & cognatione sua, nō fuit primogenita Ioram. Quòd si obijciat hæreticus, quia in primo Paralipo. III. cap. nullus inuenitur filius Zorobabel, qui dictus sit Abiut, vt Matthæus Euangelista scribit, respondet Hieronymus, quod sicut Misciollā ibi ponitur sine cognomine, ita & Ananias. Et sicut Misciollam primogenitus cognominatus est Resa, quod Lucas
C posuit & Philo expressit, ita alius filius Zorobabelis fuit binomius & dictus est Ananias & Abiut, quod vtrque vsitatissimum est in diuinis literis. Quia ergo tempore Apostolorum erat cunctis cognitum Ioseph atque Mariam esse ex tribu Iuda & cognatione Dauid, idcirco Apostolus pro principio à cunctis concesso semper arguit contra Iudæos, dicens & præsupponens, pro maxima manifesta ad Hebræos septimo capitulo: Manifestum est, inquit, quòd ex tribu Iuda Dominus noster ortus est. Et in primo cap. ad Romanos: Factus est Iesus ex se-
D mine Dauid secundū carnem: Quod verò obijcitur, quia Apostolus dicit ad Timotheum, vt denuntiet quibusdā ne doceant aliter, aut intendant fabulis & genealogijs interminatis, & ad Titum: Stultas, inquit, deuita quæstiones, & genealogias, & contentiones & pugnas legis deuita, quia sunt inutiles & vanæ: vtiq; his respōdetur, quòd ipsa verba Apostoli declarant seipsa, quia loquitur de genealogijs & pugnis interminatis, fabulosis & inutilibus & vanis. Et ideo non loquitur de genealogia Christi quæ

[Margin: Abiut. — Christi genealogia. — Genealogiæ interminatæ.]

li quæ erat terminata, manifesta & clara, vt ipse dicit A
d Hebræos, & Euangelistæ pro clarissimo & certissi-
no tunc fundamento fidei in ipsa prima fronte Euange-
ij posuerunt. Neq; erat fabulosa, sed vera: neq; vana &
nutilis, sed supremè necessaria, quia si Christus non fuit
le cognatione Dauid, vtiq; nec Messias. Non potest aũt
ene intelligere beatũ Paulum in his locis, nisi quis nouit
anitates Pharisaicas Talmudicas etiam in primitiua
cclesia, quas nos ad plenũ retulimus in commentarijs
ostris super epistolas b. Pauli, & super Prophetas, atq; B
lios libros. Sed pauca adducemus pro his vocabulis apo-
olicis: Interminatũ, fabulosum, inutile, vanũ: & quod
em prohibet in secunda epistola ad Timotheum cap. 2.
rophana & vaniloqua. Est autem totum documentum
Apostoli contra eos qui peruertebant verba Saluatoris,
t patet in prima epistola cap. vi. vbi ait: Si quis aliter
ocet, & non acquiescit sermonibus domini nostri Iesu,
uperbus est, & nihil omnino sciens, sed languens circa
uæstiones & pugnas verborum: ex quibus oritur scan-
alum, & non ædificatio ecclesiæ. Primò ex verbo Chri- C
i dicentis: Helias iam venit, & ipse est Ioannes. Venit
ora, & nunc est quando mortui & qui in monumentis
int, audient vocem filij Dei. Ergo iam resurrectio facta
st, & nulla alia expectatur. Et hi fuerunt conuersi ex Resurrectionem negantes.
aducæis, qui negabant resurrectionem esse, & fuerunt
Hymenæus et Philetus, quos excõmunicauit b. Paulus:
De quibus ait in secunda epistola ad Timotheum. 2. cap.
rophana & vaniloqua deuita, quia proficiunt ad ini-
uitatem. Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui ve-
itate exciderunt, dicentes resurrectionem iam factam, D
& subuerterunt quorundam fidem. Hi duo fuerunt prin
ipes factionis Saducææ contra b. Paulum, propter quos
 concilio dixit: Ego sum Pharisæus filius Pharisæorũ:
De spe & resurrectione ego iudicor, vt patet in Acti-
us Apostolorum, cap. 23. Patet igitur quæ sunt Propha
a & vaniloqua præter intentionem Christi. Intermina
as autem genealogias & fabulas contra b. Paulũ, & Ti
um diaconem, & episcopos Syluanum & Timotheũ mo
ebant alter Hymenæus ex tribu Issachar, & Alexãder

A ex Leuitica tribu, qui contra b. Paulũ prædicauerũt Galatis & alijs pluribus Christianis, quòd cũ Euangelio etiã legalia & circũcisio erant seruanda, & probant ex eo, quia Christus seruauit. Beatus uerò Paulus ecõtrario dicebat: Si circuncidimini & seruatis legẽ, Christus nihil prodest: & probat quia factus est sub lege tanquã finis, ideo qui sub lege erant redemit: & probabat quòd finis omnium præceptorũ erat charitas & conscientia bona, quæ sola Christus cũ lege intendit, vt patet in omnibus epistolis eius.

Legalia præcipientes.

B Verũ vt in eadẽ epistola cap. 3 ad Timotheũ scribit: Sic, inquit, Iannes & Mãbres restiterunt Moysi: ita isti duo restiterunt veritati: qui quum non possent vincere b. Paulum nec auertere Christianos ab eo, cœperunt stultas quæstiones, & fabulas verborũ, & interminatas, id est, indecisas genealogias afferre, fundantes se in duobus. Primo quòd docti siue doctores in regno cœlorum, id est, Euangelico, debent esse solum scribæ, dicente Christo in Euangelio: Omnis scriba doctus in regno cœlorum profert testimonium de veteri & nouo testamento. Secundo,

C quòd in veteri testamento nulli poterant esse scribæ & legis doctores & sacerdotes, nisi ex tribu Leui & genealogia eius. Vnde istæ pugnæ legis ortæ fuerunt. Prima, an alius posset ex officio ordinario dicere, quàm de genealogia Leuitica. Et in hoc ante aduentum Christi erat pugna rixosa. Leuitæ enim dicebant nullũ posse esse scribam & doctorem legis, nisi ex genealogia Leuitica, dicẽte Moyse ad populum Deuteronomij vltimo capitulo: Leuitæ docebunt iudicia tua Iacob, & legem tuam ô Israel. Econtra Ionathan Ben ooziel dicebat, quod etiam genealogia Iudaica poterat docere.

Scribæ qui.

D Vnde in Targum Genesis quadragesimonono traducit: Non auferetur sceptrũ de Iuda, & scriba de filijs filiorum eius, donec veniat Messias. Qui verò erant de tribu Issachar dicebãt, quòd etiam de sua genealogia poterant esse doctores. Nam in primo libro Paralipomenon duodecimo capitulo dicitur: De filijs Issachar erant viri eruditi, qui nouerunt singula tẽpora ad præcipiendũ quid deberet agere Israel. Plures alij volebant, quòd ex omnibus tribubus & genealogijs etiã conuersorũ ad Iudaismũ poterant esse doctores,

quia

quia interfectis legis doctoribus & Zanedrim, Herodes posuit Zanedrim ex neophitis & proselitis, qui dicti sunt Pharisæi & Scribæ. Vnde & Mayr author totius doctrinæ Talmudicæ fuit Idumæus conuersus ad Iudaismum, vt sparsim in Talmud traditur, & Rabbi Moyses Ægyptius narrat in prologo summæ de authoritate Talmudica. Et ita hæc quæstio de genealogia doctoratus nunquam fuit definita. Secunda fuit de sacerdotio, quia solum eo fungebantur qui erant de genealogia Leuitica, vt Leuitæ probabant ex traditis à Moyse. Alij verò dicebant, quòd qui etiam ex gentilibus conuersi, transiissent in tribum Leuiticam, poterant esse sacerdotes, quia Moyses dicit de comestione agni Exodi capitulo duodecimo: Si quis peregrinorum voluerit in vestram transire coloniam, circuncidatur, & ita comedat phase. Et mox subdens legem vniuersam: Eadem inquit, lex erit indigenæ & colono. Ergo eadem lex & ius erit colono, transeunti in coloniam & genealogiam Leuiticam, sicut & Leuitis. Et confirmabant, quia omnes pagani transeuntes in genealogiam Mesiæ, erunt etiam sacerdotes. Itaque hæc & huiusmodi pugnæ, & genealogiarum interminatarum rixæ erant, & ita vocabantur. Hymenæus aũt & Alexander, quum non possent euincere beatum Paulũ, vt auerterẽt ab eo Christianos ad circuncisionem & obseruantiam cerimonialium, conuersi sunt ad blasphemias & iniurias sub nomine doctrinæ dicentes, quòd CHRISTVS non venit legem soluere, sed adimplere, quæ præcepit, quòd nemo doceat aut sacerdotio fungatur quàm tribus Leuitica, aut saltem qui in eius coloniam transiuisset, quodque Paulus solus contra Christum & Moysen, quum sit de tribu Beniamin, temerariè decipiendo Christianos, docet, & instituit Leuitas & Episcopos Gentiles qui non transiuerunt in coloniam & domum Leuiticam, quales erant Lucas, Timotheus, Syluanus, & Titus, & huiuscemodi. Atque his publica prædicatione iniurijs infamabant beatum Paulum, tam apud Iudæos, quàm apud Galatas & Corinthios, quibus Epistolas Paulus contra eos scripsit. Nã et ad Hebræos scribit quòd sacerdotium Christi

A Talmud inuentor.

Sacerdotes qui.

B

C

D In Pauli doctrinam.

A *Christi nullam debet sequi genealogiam Aaroniticam, et ritum, sed debet esse secundum ordinem Melchisedech, cuius nulla scribitur genealogia, sed omnes amplectitur ad suam dignitatem. Vnde trāslato sacerdotio, cuius ius erat apud Leuitas, necesse vt legis Leuiticæ cuius erat docere, translatio fieret, et impleretur dictum Hieremiæ de lege noua Messiæ, quæ veterem excluderet. Et ideo lex vetus dum mutatur impletur, quæ se mutandam asserit in aduentu Messiæ, ac propterea Christus nec vnū*
B *iota soluit à lege veteri dum illam mutat, quia hoc iota erit ibi, & apex, quod illam in nouam mutaret. Ad Galathas verò scribens, quòd non vt illi Hymenæus & Alexander à Talmudicis fabulis & hominibus didicit euadere, sed reuelationem Iesu Christi. Et excōmunicat eos in communi dicens: Quicunque etiam si angelus de cœlo, aliud prædicat quàm prædicauerim vobis, anathema sit, & exclamans: O inquit, insensati Galatæ, quis vos fascinauit, non credere veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est in vobis crucifixus? Tam stulti estis,*
C *vt quum spiritu cœperitis, nunc carne consumemini. Lege totam epistolam saluberrimam, reuocatiuam ad Euangelicam legem. Et quia hi duo principes factionis hæreticæ contra beatum Paulum more hæreticorum sanctimoniam & Christi seruitutem ostendebant & peritiam in lege, & ob id erant in æstimatione apud Corinthios, idcirco ipse Paulus eos reuocans per duas epistolas, etiam in æmulos eos multa dixit, vti est in prima epistola. Perdā sapientiam sapientum dicit Dominus. Et item, non veni ad vos in sublimitate sermonis. Quia non spiritum & sa*
D *pientiam huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Et ibi excommunicat eū qui materterā duxit vxorē, permissu dictorū, qui ad legis obseruantiam Talmudicā inducebant. Et in fine primæ epistolæ, excōmunicauit eosdem in cōmuni dicens: Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christū, sit anathema Maranatha. Et in secunda epistola contra eosdem falsos Apostolos, quos adeo æstimabant Corinthij, vt nihil supra. Incipimus ne hoc, inquit, denuo commendare? Aut nos egemus sicut quidam commendatitijs epistolis ad vos aut ex vobis? Et*

Item in eadem epistola contra eosdem: Non enim prædicamus nosmetipsos, sed dominum IesumChristum. Et itē: O Corinthij separamini de medio eorū dicit Dominus: Et itē: Quod facio & faciam, facio vt amputem occasionem eorum, qui volunt occasionē gloriandi in vos, sicut et nos gloriamur. Hi sunt pseudoapostoli, operarij subdoli trāsfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Et subdit Apostolus: Quare non est mirum, si eius ministri se transfigurent velut ministri iustitiæ. Verum cum reuocatis ad fidem gentibus, elusis à falsis fratribus, neq; desisterent maledicendo de beato Paulo et comitiua eius, et dicta Christi deprauando, fessus b. Paulus eos nominatim excommunicauit, et beato Timotheo scripsit epistolam primam, in cuius primo capitulo denuntiat eos excommunicatos, et euitet eos et doctrinam eorum hortatur dicens: Rogaui te, vt maneres Ephesi cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, neq; intenderēt fabulis et genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem quæ est in fide. Finis enim præcepti est charitas, de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta, à quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes quæ loquuntur neque de quibus affirmant. Ecce quod de genealogijs interminatis loquitur Apostolus, in quibus, et ex quibus ipsi soli volebant esse legis doctores, et non de genealogia Christi, quam omnes lucidam et terminatam habebant. Et ideo isti resistentes Apostolo volebant præcedere, et soli esse doctores ob superbiam, et non ex charitate et zelo fidei, quam conturbabant, et scismata procurabant, ob quæ meruerunt publice excommunicari, vt in fine eiusdē capituli denuntiat dicens: Hoc præceptum tibi fili Timothee commendo secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus Hymenæus et Alexander, quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare. Et in quarto capitulo: Bonus sis minister Iesu Christi, nu-

A *tritus verbo fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus eſt. Et ideo ineptas & aniles fabulas deuita. Quæ autē ſint ineptæ & aniles fabulæ, in commentarijs noſtris ſuper Bibliam, præcipuè ſuper Eſaiam prophetam vtcunq; retulimus, in quibus præcipuè verſabantur Hermogenes & ſocius eius, qui ſcholas magnas in Aſia regebant. Quos cum reprehenderet Apoſtolus, inimici eius facti ſunt, vt in ſecunda epiſtola certiorem facit Timotheum primo capitulo dicens: Scias quòd auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygelus et Hermo-*
B *genes. Contra quos Epheſi fortiter reſtiterunt, atq; ideo ab vrbe Roma eis ſcribens Apoſtolus per Titicum Diaconem, eos collaudat, vt patet in Epiſtola ad eoſdē Epheſios. Hæc pro commentarijs Philonis, et genealogia Saluatoris ſufficiant.*

LIBER IOAN. ANNII

SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS.

De primis temporibus, & quatuor ac
C viginti regibus Hiſpaniæ &
eius antiquitate.

DE TEMPORIBVS priſcis.

CAPVT I.

Deucalion.

QVI de temporibus emendatius ſcribunt, aiunt Deucalionem natum anno ſecundo Spheri Aſſyriæ regis, et iam duos et octoginta annos natum, afflictum fuiſſe dilu-
D *uio, vt refert Xenophō chronographus. Hunc ſequuti videntur Beroſus et Euſebius, qui à ſecundo Spheri anno vſq; ad trigeſimumquartum Spareti, quo diluuiū Deucalionis accidiſſe referunt, duos et octoginta ſupputant annos. Annus porrò ſecundus Spheri quo ortus eſt Deucalion, is erat Hebraicæ ſeruitutis in Ægypto quadrageſimusoctauus, vt Euſebius rectiſsime annotauit. Ab eo autem anno ſeruitutis vſq; ad principiū vniuerſalis diluuij ſub Noa, annos ſeptingentos*

gentos, & menses fermè decem Moyses computat. Totidem ex Chaldæis Berosus enumerat. Pares & Latinis Solinus in capitulo de Creta supputat dicens: Meminisse, inquit, par est à primo diluuio sub Ogyge notato, quando diem continua nox inumbrauit mensibus. IX. & amplius, vsq; ad Deucalionē. 700 annis mediū æuum dari. Quare nos à diluuio Noæ cognomento Ogygis, vt tradit Berosus & Phœnices, tempora exordiemur, eaq; sic partiemur. A diluuio ad XLIII. annum Nini regis Assyriorum, anni numerantur à Beroso ducenti nonagintaduo. Totidē Moyses enumerat Genesis cap. XI. ab eodem diluuio vsque ad ortum Abrahæ. Quare castigatissime posuit Eusebius Abraham ortum anno Nini. XLIII. Porrò à XLIII anno Nini ad conditam Troiam Eusebius & Berosus enumerant annos quingentos & trigintaocto, & ab eodem ortu Abrahæ ad Christum Eusebius notat annorum duo millia vigintiquinque. Quare à primo diluuio notato sub Noa Ogygio vsque ad conditam Troiam colliguntur anni triginta & octingenti, & ab eadem inundatione vsque ad Christum decem & septem supra trecentos & duo millia. Hos igitur perpetuo annotabimus cum adiectione à condita Hispania.

A B C

DE ANTIQVITATE Hispaniæ. CAP. II.

Tempore Nini fuère Hispanis literæ, poësis, & philosophia moralis. Hoc pendet à Beroso, Strabone, & Hispanica memoria. Berosus etenim scribit Tubalem primum Hispaniæ regem formasse Hispanos legibus, anno quarto Nini, & memoria Hispanica quam Strabo refert in primo libro, asserit se ante Strabonem assecutam fuisse literas, leges, & carmina sex millibus annis. Teste autem Xenophonte chronographo de diuersitate annorum Priscarum gentium, Iberici anni quadrimestres erant, ac propterea sex millia Iberici anni, duo millia solares efficiunt. Quos si ab Augusto circa quem floruit Strabo numeremus, perueniemus ad tempora eiusdē Nini. Rursus à quarto anno Nini vsq; ad octogesimū ante Troianū excidiū, fermè octingentos annos Eusebius supputat. Eoq; anno, vt Eusebius notat, Cadmus ob zelotypiam

Hispaniæ literatura Tubal.

D

A *Priscæ vxoris, certamen passus, ob quod teste Spingbá & Palefato, coactus est à Samothracia in græcas Thebas commigrare, vbi primus, vt aiunt, græcas literas formauit. Ergo fermè octingentis ante annis Hispani claruerunt philosophia & literis, quàm Græci elementa literarum à Cadmo assequerentur: Tanto videlicet Hispaniæ quàm Græciæ antiquior est splendor & philosophia.*

DE ORIGINE HISPANICAE gentis. CAP. III.

Hispanorũ origo. IN *vniuersam Hispaniam principio gentium penetrarunt à Caspijs, Iberi, Persæ, Phœnices, Pœni, Celtæ, vt* B *in tertio naturalis historiæ Plinius astipulatur, & M. Varro testatur, & Cato de originibus retulit, fabulosaq́; arbitrantur esse, quæ Græci fingunt de Hercule & Pyrene, & Luso, & Pane, & eiusmodi viris Græcis.* *Iberi.* *Sunt autem Iberi & Aramei Scythæ Caspij, quos Persæ* *Aramei.* *Sagas appellant, Persæ verò sub Caspijs Corsi à Sagis appellantur, vt in quinto naturalis historiæ Plinius tradit. Quos verò Persæ & Hebræi proferunt Corsum & Quorem, Græci pronuntiant Cyrnum & Cyrum. Quare Iberi* C *Sagæ Saguntum, Persæ verò Corsi primi incoluêre Cor*-*Corsica.* *sicam, quam Græci vocãt Cyrnum. Ex his igitur colonijs* *Gortbi.* *primus omnes insulæ Sicilia, Corsica, Sardinia, vsq́; Baleares, simul & tota Hispania genus traxit. Porrò quũ Gothi & Alani à Caspijs in Europam se primũ diffuderint, hiq́; post Christum in tanto in Hispanias penetrauerint, atque ad hanc ætatem regnauerint, consequens necessario est, vt posteri Gothi non variauerint priscam originẽ Hispanicæ gentis. Hæc igitur est tum inuariata, tũ maxime vera vestra origo celsi reges Ferdinande & Helisa*-D *bet Christianissimi principes.*

DE PRIMO HISPANIAE REGE Tubale. CAP. IIII.

Tubal. D*Iuus Hieronymus et Eusebius aiunt Tubalem quintogenitum Iapeti filij Noë, primogenitum omnium Hispaniæ regum fuisse. Idq́; Iosephus concedit ex Hebræis, et Berosus ex Chaldæis, qui ait eum condidisse Hispaniam anno à diluuio centesimo quadragesimotertio, qui erat annus duodecimus Saturni Babylonici Nymbroti,*

broti, ante Troiam conditam annis septem et triginta supra sexcentos, et ante annū Christianæ salutis annis quatuor et septuaginta supra centum et duo millia. Vrbs nomini suo dicata Tubal est in Bætica, vt patet ex Pomponio Mela Huic præcipuum studium fuit greges et armēta atq; iumenta inducere. Tum quia Hispania hæc quàm maxime parit, tum præcipuè quia eadem mortalibus ad esum, victum, et tegumentū et alia necessaria erant, tum vel maxime quia etiam inter primas diuitias et delitias ea tempestate posita erant. Huiuscemodi studium Aramei Tharacoam vocant, id est, pastorum congregationem, vt tam Hieronymus quàm Talmudistæ exponunt. Hinc Tubali Tharaconem munus indidit cognomentū, à quo non dubium est Tharaconam dictam, sicut colonijs suis Sagis. Saguntum nomē accepit vetustissimum. Hic teste Beroso Hispanos formauit legibus anno quarto Nini. Quod profecto satis congruit supra dicto veteris Hispaniæ testimonio quod supra ex Strabone produximus Idem Berosus tradit anno. x. Nini, et eiusdem Tubalis anno. cxv. patrem Noam cognomento Ianum à Phœnicia et Aphrica in Hispanias traiecisse, et dimisisse Tubali, suo ex filio Iapeto nepoti duas colonias à suo proprio nomine dictas Noelas et Noeglas, quanquam Noegas et Noelas scribat Plinius in 3. natural. hist cap. xxi Rursus idem Berosus ait eum regnasse vsque ad quadragesimumtertium Nini annum, qui à condita ab eo Hispania est annus quinquagesimusquintus supra centum Ergo quinquennio quàm obiret Tubal, ortus est Abraham. Nam xliii. anno Nini genitus est, vt supra retulimus.

A B C D — *Tharacona.* — *Abrahæ ortus.*

DE SECVNDO HISPANIAE REGE Ibero. CAP. V.

SVccessit patri Tubali Iberus filius anno Nini quadragesimonono, vt Berosus scribit, id est, à diluuio anno ducentesimo nonagesimonono: à condita verò Hispania, centesimo quinquagesimosexto: ante autem Troiam conditam, primo et trigesimo supra quingentos: et ante salutem Christianam, decimosexto supra duo millia. Quare ab Iberis Caspijs tota Iberia dicta est, et Celtis, teste M. Varrone, pars proxima Galliæ Celtiberia nuncupatur *Iberus.*

A ab historicis: & ab Ibero rege dictus est Iberus amnis, et Iberi qui illum circumincolunt cognominantur. Hic fluvius, teste Alberto magno, Solino, & Diodoro in sexto libro, oritur sub Pyrenæi radicibus in Cantabris, & flexuose serpens sub Ferrariæ promontorio mergitur in Baleare pelagus, commercio dives, & ab authoribus nominatus. Regnauit autem vsque ad annum trigesimum tertium Semiramidis iuxta, id est, annis triginta septē, vt in Eusebio computatur.

Iberus fluvius.

DE TERTIO HISPANIARVM Rege Iubalda. CAP. VI.

B *Iubalda.*

SVmpsit Hispaniarum imperium tertius Iubalda, à quo mons Iubalda nomen accepit, teste Beroso, quanquam scriptores in Ptolemæo non castigatè scribant Iubeda, & corruptissimè Mauri Gybaltar nomen Hispanis reliquerint. Cœpit autē regnare anno trigesimoquarto Semiramidis, vt ait Berosus, id est, à diluuio trecentesimo trigesimosexto. Ab ortu verò Abrahæ, quadragesimotertio: & à condita Hispania, centesimo nonagesimotertio. Ante verò conditam Dardaniam, quadringentesimo.XCIIII. Et ante annum Christianæ salutis primo & octogesimo supra mille noningentos. Anno decimoquarto Iubalus fuit annus à diluuio trecentesimus quinquagesimus. Ergo anno decimoquinto Iubalis concessit naturæ Noa pater, cognomento Ianus Ogyges. Rursus anno trigesimosecundo Iupalis fuit septuagesimusquintus Abrahæ. Ergo eo anno facta est illi repromissio Christianæ salutis, vt patet Genesis duodecimo capitulo, vt benedictio paganorum non in nomine Dei Israël, sed in nomine seminis Abrahæ, siue Christi Dei fieret, dicente & exponente id Esaia capitulo sexagesimosecundo: Relinquetis, inquit, vos Israëlitæ nomen vestrum ad maledictionem electis meis, & seruos suos Deus vocabit alio nomine, in quo qui benedicetur aut iurabit, in Deo benedicetur, Amen. His temporibus Hercules Libyus ortus est, ante Græcum Herculem annis fermè septingentis, qui Ægyptios annos fermè decem millia efficiunt, vt Diodorus contra Græcos arguit in primo libro. Regnauit Iubalda teste Beroso à trigesimoquarto anno Semiramidis

C *Abrahæ repromissiones.*

D

midis vsque ad decimumoctauum Arij, id est, annis sexagintaquatuor, vt in Beroso & Eusebio colligitur. Septennio ante Iubalis mortem, centenario iam Abrahæ oritur Isaac. A

Isaac ortus

DE BRYGO QVARTO HISPANIÆ Rege. CAP. VII.

Brygus.

Brygus Hispanis imperat teste Beroso anno decimonono Arij, id est, à diluuio quadringentesimo. A cōdita verò Hispania ducentesimo sexagesimoseptimo, et ab ortu Abrahæ anno centesimooctauo. Ante autem Dardaniam conditam quadringentesimo trigesimo, et ante annum Christianæ salutis Millesimo nongentesimo decimo septimo. Brygum appellant Aramei Castellanū. Brygolam verò Castellum. Vnde Etrusci quibus ad hæc tempora plura manent Aramea vocabula, Bricolam vocant castellum in edito positum. A duobus verò hunc arbitror hoc cognomento fuisse dignatum, et quòd insigne sibi in vexillo castellum statuerit, et quòd teste Beroso plura in tota Hispania castella fundauerit, et Brygum nomen indiderit, præposito singulo eorum proprio nomine ducis cui illud consignabat, quod in Ptolemæo facile patet, vt in Lusitania Laccobryga, Mirobryga, et alia plura. Et in Taraconensi Bryganitum, Volubryga, compluraq; eiuscemodi. Plinius in quinto naturalis historiæ, capite vigesimoprimo asserit esse authores qui prodant memoriæ Brygos Europæ in Asiam traiecisse, et condidisse Brygios, quos mutata b in ph, Phrygios dixerunt. Quinetiam in Hiberniam colonias misit, et in Alpinos, et in Tusciam, in quibus nomina extant. In Hibernia quidem habent fluuium Brygum, et Brigantes eius populos, et in Vindelicis Brygos et Bartybrygam, vt in Ptolemæo describitur. At in Tuscia regio Sabatia continet agrum Brygianum, in quo postea fundatum oppidum Brigianum dicitur, quamuis g in cc commutet vulgaris sermo, vt Brygolam, Brygum, Brygianum, dicimus Bryccolam, Bryceum, Bryccianum. Corruptè verò Bracchianum, sicut et illius proximum agrum amnis Laronis dicunt Anguillariam, quum amnis Lara dici debeat. Submutauit B C D

A enim pluries nomina. Nam primo à duce Brygianum, inde Arcennum ab arce Veientum. Postea Arceanum & Barceanum, & corruptè Braccianum. Regnauit Brygus teste Beroso, vsque primum annum Balanei, id est, annis quinquagintaduobus, vt Eusebius aperit.

DE TAGO QVINTO REGE Hispaniæ. CAP. VIII.

Tagus. TAgus quintus rex Hispaniæ cœpit teste Beroso anno primo Balanei Xerxis .i. à diluuio quinquagesimosecundo supra quingentos, & à condita Hispania tre B centesimonono. Porrò ante conditam Troiam trecentesimo septuagesimooctauo, & ante annum Christianæ salutis sexagesimoquinto supra octingentos & mille. Ab hoc Tagus fluuius nomen accepit vt ait Berosius, diues piscatura & aureis arenis, vt Plinius scribit, & Solinus confirmat, de quo Iuuenalis in Satyra tertia: Tanti tibi non sit opaci omnis arena Tagi. Hunc Berosius Tagum Orma, Moyses verò per synæraicam compositionē Tagorma nūcupat. Posuit hic colonias Tagas in Caspiis, C & Tagorma in Aphrica. Vnde in Hispanias traiecit, vt ea loca in Ptolemæo memoriæ traduntur. Regnauit autē annis triginta, quibus & Balaneus Xerxes.

DE BETO SEXTO REGE Hispaniæ. CAP. IX.

Betus. ANno primo Armatritis, teste Beroso, cepit regnum Hispaniæ Betus, id est, à diluuio quadringentesimo octogesimosecundo, & à condita Hispania trecentesimo trigesimonono. Ante verò Troiam conditam trecentesimo quadragesimooctauo, & ante Christianam salutem D trigesimoquinto supra octingentos & mille. Talmudistæ aiunt Bætum per æ diphthongon scribendum esse Bætū. quòd Etrusci transpositis vocabuli literis a e, pronun-Bætica. tiarunt Latini felicem. Hinc Bætus & Bætica, beatus & beata patria est & felix, quam Homerus & Græci campos elysios dicebant, vti Strabo in primo libro retulit. Hebræi verò Betum à behin dici volunt, quod Hieronymus interpretatur locus vitæ meæ, id est, felicitatis optatæ, quæ cuique est locus vitæ & campus elysius. Hanc vos felicitatis auspices, felicissimique Hispaniæ

Hiſpaniæ reges Ferdinande atq; Iſabella è manibus impiorum, vt Ægyptius Hercules è manibus Gerionum; eripuiſtis. De Bati eius fluuio atq; ſaluberrimo aëre hiſtorici plura dicunt. Seneca verò Cordubenſis in Medea ſic habet. Nomen qui terris dedit Betis ſuis Pulſans Heſperia maria languido vado. Et in Satyra Iuuenalis inquit: Præcipitare volẽs etiam pulcherrima veſtem, Atq; alias quarum generoſi graminis ipſum Infecit natura pecus, ſed & egregius fons Viribus occultis, & Beticus adiuuat aër. Et Martialis: O, inquit, Betis oliuifera crinẽ redimite corona Aurea qui nitidis vellera tingis aquis. Regnauit B *hic Betus annis trigintaſeptem, & anno ſequente Gerion tyrannidem aſſumpſit, vt Beroſus aſſerit.* A

DE GERIONE SEPTIMO REGE Hiſpaniæ. CAP. X.

GErion *Afer teſte Beroſo, tyrannidem aſſumpſit anno trigeſimoſecũdo Armatritis. i. à diluuio quartodecimo ſupra quingentos, & à condita Hiſpania trecenteſimo ſeptuageſimoprimo. Ante verò Troiam conditam trecenteſimo decimoſexto, & ante vniuerſalem ſalutem orbis tertio ſupra octingentos & mille. Dictus eſt autem* C *Gerion à vocabulo Aphro, et propriè Hebræo Gera, id eſt aduena, quod teſte Beroſo ex Mauritania Hiſpaniam inuaſit atq; aduenit. Fuit autem illi cognomentum Ara meè Deabo, Græcè Chryſeo, Latinè Aureo, quòd à diuitiis nomen contraxerat, vt Beroſus ſcribit, et Diodorus in quinto confirmat. Regnauit autem vſque ad vigeſimũ octauum annum Bel ochi, vt Beroſus ſcribit, id eſt, annis trigintatribus, vt in Euſebio numerantur.* Gerion.

DE TRIGEMINO GERIONE OCTAVO rege Hiſpaniæ. CAP. XI. D

ANno *Bel Ochi vigeſimonono, vt ait Beroſus regnauerunt filij Deabi Lomnimi, id eſt, philarchæ ac exercituum principes, vt diuus Hieronymus interpretatur quos noſtri trigeminos Geriones vocant, quia tres Gerionis filij fuère. Cœperunt autem anno ſupradicto Belochi, à diluuio autem quadrageſimonono ſupra quingentos, et à condita Hiſpania.* CCCCVI. *Ante autem conditã Troiam ducenteſimo octogeſimoprimo, et ante humanã* Trigeminus Geriõ.

A *sa autem millesimo.DCC.sexagesimooctauo. Teste autem Beroso his regnantibus, & cum aliis orbis principibus conscijs Typhœus Ægyptius peremit fratrem suum Osiridem, cognomento Iouem iustum, iustè imperantē. Quare, vt idem tradit, & Diodorus post eum passim repetit in libro primo, secundo, quinto & sexto, Libyus Hercules Osiridis filius, in vltionem paternæ cædis, bello facinorosis per totum orbem indicto, patruum suum Typhœum in Ægypto iugulauit, Busiridem in Phœnicia deleuit, iuniorem Typhœum in Phrygia enecauit, Milynum maris præfectum in Creta obtruncauit. Antheum Lybicis harenis strauit, & in Hispania tres Geriones singulari prouocatos certamine sustulit, & contra Lestrigones in Italiam profecturus, vt ait Berosus, creauit Hispaniæ regem Hispalum. Regnauerunt autem Geriones, vt Berosus insinuat, vsq; ad trigesimumsextum Balei regis, id est, annis quadragintaduobus.*

Herculis facinora. B

DE HISPALO NONO REGE Hispaniæ. CAP. XII.

Hispalus. HIspalus, teste Beroso, regnauit anno trigesimosexto Balei regis, id est, à diluuio nonagesimo anno supra quingentos, & ab Hispania condita trecentesimo quadragesimoseptimo. Ante autem Troiam conditam ducentesimo quadragesimoprimo, & ante Christianam salutem vigesimoseptimo supra septingentos & mille. Ab hoc dicta esse Hispalim vi bē nomē accusat, neq; arbitror dici à palis, sed ab Hispali rege, & eius colonis Hispalis Scythiæ populis, quos secum adduxit Hercules per orbē, vt etiam Toletanus clarus historicus Rodericus commemorat. Hunc fuisse filiū Herculis ex eo constat, quod Hispanus & Ilberia illius filia, nepotes Herculis ab Hispanis scriptoribus memorantur, quanquam vitio scriptorum à Berosi originali deciderit. Regnauit autem vsque adfinem regni Balei, id est, decem & septem annis.*

C D

DE DECIMO HISPANIAE REGE Hispano. CAP. XIII.

Hispanus. ANno primo Altadis, regnauit nepos Herculis Hispanus, qui à diluuio est annus septimus supra sexcentos, & à condita Hispania quadringentesimus sexagesi-

gesimusquartus Et ante Troiam cõditam ducentesimus vigesimustertius, & ante humani generis Saluatorem millesimus septingentesimusdesimus. Quumq; omnium concessu Hispania nomen acceperit ab isto nepote Herculis, consequens necessariò est, vt ante hunc nouem prae cedentium regum cognominibus appellata de more vetusto fuerit, qui cum Caco simul vitio scriptorum à Beroso decidit. Regnauit autem Hispanus duobus & triginta annis, quibus & Altades. A

DE LIBYO HERCVLE, VNDECIMO REge Hispaniæ. CAP. XIIII.

B

Hercules Libyus.

POstquam Hercules Italia composita functus est omnibus laboribus, teste Beroso, ab Italia anno decimonono Altadis in Hispanias rediit, vbi eius nepos Hispanus regnabat. Quumq; Hispanus naturae concessisset vltimo anno Altadis, ipse Hercules senex admodum regnum Hispaniæ iniit anno primo Mamiti; à diluuio, trigesimonono supra sexcentos: & ab Hispania condita, quadringentesimo nonagesimonono: & ante Christianã salutem, millesimo sexcentesimo septuagesimooctauo. Regnauitq; ibi vsq; ad decimumnonum annum eiusdẽ Mamiti, & obiit. Cuius ossibus opulentum sepulchrum atq; templum cõdidère Hispani apud Gades, vt Pomponius Mela exprimit Berosum secutus. Idem Berosus ait eius nomini Libyo ædificasse ac dicasse vrbes Libysoson, Libysocam, Libuncam, Liboram Quas etiam Ptolemæus describit. Plinius in tertio naturalis historiæ capite quarto asserit Libysosam vocatam fuisse à Romanis Foro augustanam, & illi ius Italicum tributum. Ergo regnauit vsq; ad decimumnonum annum Mamiti. C

DE DVODECIMO REGE HISPANIAE Hespero. CAP. XV.

D

Hesperus.

FErt Rodericus Toletanus Herculem duxisse secum Atlantem, qui circa tempora Moysi floruit. Hunc Berosus non Maurum, sed Italum fuisse tradit. Huic frater erat Hesperus, vt scribit Iginus, quem sibi successorẽ Libyus Hercules reliquit. Regnauit, teste Beroso vsq; ad vltimũ annũ Mamiti, id est, decem annis: quippe quia Italus Atlas illum ab Hispania pellens, in Italiã coëgit, vt

A *scribit Iginus, ac propterea Hispaniā et Italiam Hesperias dictas ab Hespero rege, non à sydere, vt fingūt Græci, probat. Nam eadem ratione intermedia Gallia diceretur Hesperia, quia sicut eo sydere ab Italia in Hispaniā, ita et in Galliam nauigant Græci. Cœpit autem regnare in Hispania Hesperus anno Mamiti vigesimo, succedēs Herculi Ægyptio anno à diluuio sexcentesimo quinquagesimooctauo: et à condita Hispania, quingentesimo decimosexto. Porrò ante Troiam conditam, centesimo septuagesimoprimo: et ante vrbem Romam, sexcentesimotertio: et ante*
B *humanatum Deum, millesimo sexcentesimo quinquagesimooctauo.*

DE XIII. REGE HISPANIAE ATLANTE Italo CAP. XVI.

Italus. Atlas. K*ityn Atlas, teste Beroso, regnauit apud Hispanos anno primo Mancalei, id est, à diluuio, sexcentesimo sexagesimonono: et à condita Hispania, quingentesimo vigesimosexto. Porrò ante Troiam conditam, centesimo sexagesimoprimo: et ante vrbem Romam, quingētesimo nonagesimotertio: ante verò Christianam salutem, mille-*
C *simo sexcentesimo quadragesimooctauo. Tres fuisse Atlantes Seruius tradit super Æneida Vergilij. Primum omnium Maurum, postremum omnium Græcum, horū medium socerum Coriti Hetrusci Atlantem Italum fratrem Hesperi, quem Berosus vocat Atalum Kityn. De hoc sermo factus est. Regnauit, teste Beroso, vsque ad duodecimum annum dicti Mancalei, et creato rege filio Sycoro, ipse in Siciliam, deinde in Italiam ad Coritum adnauigauit, vt in historia Hetrusca probatur.*

DE XIIII. REGE HISPANIAE Sycoro. CAP. XVII.

D

Sycorus. R*Egnauit Sycorus, teste Beroso, decimotertio anno supradicti Mancalei, id est à diluuio, sexcentesimo octogesimosecundo. A condita verò Hispania, quingentesimo trigesimooctauo: ante Troiam, centesimo quadragesimooctauo: ante vrbem Romam, quingentesimo octogesimo. Et ante annos salutis, millesimo sexcentesimo trigesimoquinto. Ab hoc pars Hispaniæ Sycora dicta fuit, vbi est fluuius Sycorus. De hoc Lucanus: Hesperios in*

ter

ter Sycorus non vltimus annis. Regnauit vsq; ad septimum annum Mameli, vt insinuat Berosus, id est, annis quadragintaquinque. Sub hoc Sycoro hæc contigerunt. Primum, quia vigesimus annus Sycori erat secũdus Spheri, quo ortus est Deucalion saluator Thessaliæ. Item decimusnonus annus Spheri est trigesimusseptimus Sycori At decimonono anno Spheri natus est Hebraicæ seruitutis saluator Moyses, vt Eusebius notat. Ita sub Sphero et Sycoro nati sunt duo saluatores, alter à diluuio ereptor, alter à seruitute. A

DE SICANO DECIMOQVINTO REGE Hispaniæ. CAP. XVIII. B

Sicanus patri successit, vt Berosus tradit, anno Mameli octauo, id est, à diluuio septingentesimo vigesimo sexto, et à condita Hispania, quingentesimo octogesimo tertio At ante Troiam, centesimoquarto: et ante Vrbem Romam, quingentesimo trigesimosexto: et ante Christianam salutem, millesimo quingentesimo vndecimo. Sicanũ nomen Siculis et Italis tributum legimus, et celebre nomen est apud historicos et poëtas. Regnauit autem, vt Berosus indicat, vsque ad octauum Spareti, id est, annis vno et triginta, vt in Eusebio colligitur. Sicanus. C

DE SICELEO DECIMOSEXTO REGE Hispaniæ. CAP. XIX.

Siceleus regnare cœpit paulò post Iasium Tuscum fratrem Dardani qui Troiam condidit, & primum Athenienfium regem priscum Cecropem, vt Berosus notat, anno nono Spareti: à diluuio, septingentesimo quinquagesimoseptimo. Et à condita Hispania, sexcentesimo decimo quarto. Sed ante Troiam, septuagesimotertio: ante Vrbem Romam, quingentesimo quinto: & ante aduentum magni Messiæ, millesimo quingẽtesimo sexagesimo: ætatis autem Moysi, quadragesimoprimo, & Deucalionis quinquagesimooctauo. Ab isto Siceleo & filio Itali Siculi dicti fuerunt, vt Dionysius Halicarnasseus in primo libro recitat. Vt autem Eusebius & Berosus conscribunt, diluuium in Thessalia accidit anno Spareti trigesimoquarto, Deucalionis octogesimosecundo, Moysi sexagesimosexto. Huius autem Sicelei anno trigesimoquinto Siceleus. D

Asca

A *Ascatadis vero quarto, Io Ægyptia soror Osiridis reuersa est in Ægyptum, & Isis dicta ob beneficium traditæ humano generi artis pistoriæ, vt Xenophon refert, & Eusebius notat. Et vt Berosus prosequitur, lis orta*

Iasius. *inter Dardanum & Iasium de regno, in qua contentione quum Iasius atq; Tusci ab Hispania euocassent Siceleum, soli Aborigines sequebantur Dardanum, omnis vero Italia & Siculi cum Siceleo fouebant partes Cybelis & Iasij. Quumq; dolo Iasium Dardanus peremisset in Vetuloniæ agro ad thermas Iasinellas, Siceleus Aborigines exclusit, & Dardanum Italia pepulit, & in Samothraciam coëgit, vt Latina historia tradit. De quo Vergilius septimo Æneidos:*

B

Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Thraiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti Turrena à se profectum, & reliqua.

Hæc fuit prima intestina Italiæ rixa, ob quam Aborigines infensi Siculis, pòst occasione data contra eos, socia arma Pelasgis iunxerunt, & ab Italia in Siciliam coëgerunt, vt in primo libro Dionysius Halicarnasseus commemorat. Eodem anno obiit Siceleus, quo & Iasius relicto

C *filio Luso. Regnauit autem vsq; ad decimumtertium annum Ascatadis, id est, quatuor & quadraginta.*

DE DECIMOSEPTIMO REGE HISPANIAE Luso. CAP. XX.

Lusus. *Lusitania.* NOn est Lusus hic Græcus, sed Hispanus filius Sicelei, qui regnare cœpit anno Ascatadis decimotertio: à diluuio, octingentesimoprimo: & à condita Hispania, sexcentesimo quinquagesimooctauo: & ante Troiam, vigesimonono: & ante vrbem Romam, quadringentesimo sexagesimoprimo: & ante humanam salutem, millesimo

D *quingentesimo decimosexto. Ab hoc Luso dictam Lusitaniam omnes cõcedunt. Lusum verò nominatum, quòd more Arameo vbiq; sacra ludis & saltu agebat, vti quandoq; Dauid ante arcam egit: & Tuscis Lucumonibus erat moris, vt de conditore Lucensium Festus insinuat. Hic mortuo patre Siceleo in Italia, rexq; creatus multas duxit ex amicis Italiæ colonias in Lusitaniam, faciuntq; argumentum complura vetusta locorum & gentium nomina*

mina Italis et Lusitanis communia apud veteres Geographos seruata, quanquam nunc variata fuerint. Huius anno vigesimooctauo Dardanus; qui à Turrena sede Coriti in Samothraciam profugerat, teste Vergilio, Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes. Et Troiam condidit, quam à se primò Dardaniā nominauit, anno sexto Ægypti fratris Danai Ægyptij, vt Eusebius rectissimè annotauit. Regnauit autem Lusus vsq; ad annum septimum Ægypti, id est, annis triginta. A Dardanus.

DE DECIMOOCTAVO REGE HISPANIAE Siculo. CAP. XXI. B

Siculus, teste Manethone, regnauit anno Ægypti octauo, id est, à diluuio octingentesimo trigesimosecundo: à condita Hispania, sexcentesimo octogesimonono. Et à condita Troia, secūdo: sed ante vrbem Romam, quadringentesimo trigesimo: & ante annum salutis, millesimo quadringentesimo octogesimoquinto. Notandum est hoc loci olim Hispanos non propriè habuisse reges, sed electissimos duces, vt Trogus scribit, & Iustinus abbreuiat in quadragesimotertio lib. Cui argumēto est, quòd suos principes vocabulo Arameo Iberico vocabant, non Ry, id est reges: sed Sic, id est, duces. Vnde Orum, Anum, Eleum, Vlum, dixerunt Sycorum, Sicanum, Siccleum, Siculum, nomine ducum. Hic Siculus iunior dictus est, per distinctionem prisci filij Itali. Regnauit hic Siculus ad principium Menophis regis Ægypti, vt insinuat Manethon, id est, annis fermè sexaginta, vt in Eusebio supputamus. Siculus. C Sic.

DE XIX. REGE HISPANIAE Testa. CAP. XXII.

Testa, vt ait Manethon, regnauit primo anno Menophis Regis Ægypti: à diluuio, octingentesimo nonagesimotertio: et à cōdita Hispania, septingentesimo quinquagesimo: et à condita Troia, sexagesimoquarto. Ante verò vrbem Romam, trecentesimo sexagesimooctauo: et ante annum Christianæ salutis, millesimo quadringentesimo vigesimoquarto. Hoc eodē anno, vt Eusebius notat, filius Dardani Erichthonius regnare cœpit, secundus rex Troiæ. Hic Testa, vt ait Manethon, fuit oriūdus Libya, Tritonide patria Mineruæ Palatuæ, condiditque in lit- Testa. D Erichthonius.

A in littore Testam vrbem, à qua Ptolemæus Contestanos circa populos vocat. Eam (vt aiunt Hispani) Teucriam vocauere posteri, à Teucro Thelamonio, vt Sillius & Iustinus sunt argumento. Deinde Carthaginem nouam anno Testæ quadragesimoseptimo, qui erat septimus Zeti

Tros. regis Ægypti, vt notat Manethon & Eusebius. Tros filius Erichthonij tertius Troiæ imperauit, à quo Troia

Testa. ampliata simul & dicta fuit. Regnauit Testa vsq; ad trigesimumsecundum Zeti, vt insinuat Manethon, id est, annis septuagintaquatuor, vt in Eusebio numerantur.

B

DE VIGESIMO HISPANIAE REGE Romo. CAP. XXIII.

Romus. Regnauit Romus, vt ait Manethon, anno trigesimoquinto Zeti: à diluuio, noningentesimo sexagesimo octauo: à condita Hispania, trecentesimo vigesimoquinto: & à condita Troia, centesimo trigesimooctauo. Caterum ante vrbem Romam, ducentesimo nonagesimoquarto: & ante annum salutis, millesimo trecētesimo quadragesimonono. Fuit alius Romus, qui in Latio Romam oppidulum auxit, quod Roma Itali filia condiderat, vt Berosus tradit, & Plutarchus confirmat in vita Romuli.

C Quod oppidulum postea Romam Latina iuuentus per interpretationem Valētiam dixit. Et Euander iterato Romam vocauit, vt Solinus testatur. Est enim idem dictu

Valentia. Arameè atq; Græcè Roma quod Latinè Valentia, sicut

Roma. & Romus valens. Ergo vrbem quam more principum à se Romus Hispanus Romam vocauit, postea Romani seruata nominis interpretatione Valentiam ad hanc ætatem dixerunt, vrbem profecto vetustissimam ab hoc Romo conditam, & inclytam Sancto Laurentio martyre ac Vincentio confessore, Borgianaq; domo quæ quàm maxi

D mè enituit summis pontificibus, Calisto tertio, cuius auspicio Turcus in Vngaria fusus est, & festum transfigurationis institutum, & item eius nepote, nunc sanctissimo Pont. Max. Alexandro sexto, cuius aduentu in suā Vetuloniam Iasiana & Cybelica triumphalia apparuere, quæ tempore defensoris eius Sicelei regis Hispaniæ condita fuerunt. Sub hoc pontifice maxima suspicamur in eius gloriam futura. Finiuit autem regnum Romus,

vt in-

vt insinuat Manethon, anno duodecimo Ramsis regis Ægypti, qui in Eusebio anni tres & 30. enumerantur. A

DE PALATVO XXI. REGE Hispaniæ. CAP. XXIIII.

Ergo quia Palatui populi circa Valentiam describuntur, consequens est ibidem patrem Romum & filium Palatuum sedem tenuisse. Ab his Palentiam conditam fuisse, deriuatio nominis est argumento, in qua olim floruit Mineruæ studium & Gymnasium generale Hispaniæ, vt in legenda beati Dominici scribitur. Regnauit autem hic Palatuus, vt Manethon insinuat, anno octauo Ramsis regis Ægypti, à diluuio quidem vno supra mille, & à condita Hispania nongentesimo quinquagesimo octauo, & à Troia fundata centesimo septuagesimoprimo. Porro ante vrbem Romam ducentesimo quinquagesimosecundo, & ante annum salutis Millesimo trecentesimo decimosexto. Hoc anno, vt Eusebius notat & Manethon, Ilus filius Trois, regnauit quartus rex Troiæ, à quo Ilium dictum simul & conditum in Troia fuit. Regnauit hic Palatuus circa Valentiam, quem vt quidam existimant pepulit Cacus Celtiber, qui in Carpentanæ monte militiam duxerat, vbi et victoria potitus est, et monti Caco nomen ad hanc ætatem dedit, quamuis alij Canum dicant. Ferunt autem Palatuum victum, quia adolescentulus erat. Regnauit autem hac prima vice Palatuus puer vsq; ad trigesimum annum Ramsis, id est, annis 28 vt in Eusebio supputari potest.

Palatuus. Palentia. B Ilus. C

DE CACO VIGESIMOSECVNDO REGE Hispaniæ. CAP. XXV.

Antequam Hercules Græcus natus esset annis duobus et quadraginta, Cacus etiam adolescens Celtiber regnauit in Hispania, ob cuius victoriam monti Caco nomen impositum, anno Ramsis trigesimoprimo, à diluuio autem Millesimo decimonono, à condita Hispania nongentesimo septuagesimosexto, à Troiæ conditione centesimo octogesimooctauo, & ante vrbem Romam ducentesimo quadragesimoquarto, et ante aduentū Christi Millesimo ducentesimo nonagesimooctauo. Dictus fuit Vulcani filius, quod primus in Hispania ferrum et arma

D Cacus.

A & armatam militiam, quæ Vulcano conficiuntur maximè docuerit. Regnauit vsq; ad annum vltimum Ramsis, id est, annis triginta sex. Et pulsus regno fuit, & coactus fuit in Italiam à Palatuo, qui resumptis armis illum propulsauit ab Hispania, quoniam anno primo Amenophis mortuo Ramse, inuenitur Palatuus iteratò rex in Manethone. Non potuit igitur pelli à Græco Hercule qui non natus erat. Paulò post anno sexto dicti Amenophis ortus est, vt mors eiusdem Herculis probat. Nam vt idem

B Eusebius omnibus consentiēs scribit, ab anno sexto Amenophis ad sextumdecimum Amenemis, duo & quinquaginta anni computantur, quibus vixit Hercules, & prædicto decimosexto anno Amenemis seipsum Hercules in flammas coniecit, vt omnes consentiunt. Ergo antea nō potuit Hercules pepulisse Cacum, aut Argonautas cepisse, aut vastatum fuisse Ilium ab Hercule, vt mendosè in Eusebio scribitur, quia nondum natus erat Hercules, vt ex prædicto tempore illius interitus certissimo comprobatur. Regnauit secundo Palatuus non multis annis, vsq; ad ortum Herculis.

C

DE ERYTHRO XXIII. REGE Hispaniæ. CAP. XXVI.

Sicut rex Hispalis filius Herculis Libyi cognomentum hoc à coloniis habuit (nam teste Roderico Toletano Hispale Scythicæ gentes sunt) ita Eritbrus à coloniis Erythreis verisimile est cognomentum desumpsisse, qui à mari rubro in Gades venientes insulam Erythram incoluere, vt Plinius in tertio naturalis historiæ insinuat, & alij complures confirmant. Regnauit iste, annò

Erythrus.

D septimo Amenophis, id est, à diluuio, M. LXI. à condita Hispania. DCCCC. XVIII. à cōditione Troiæ. CC.XXXI. Ante autem Vrbem Romam. CC.I. & ante Christianam salutem. M.CC LXXII. Perseuerauit autem vsque ad euersionem Troiæ, id est, annis. LXVIII. Anno huius. XI. qui erat sexagesimus ante Troianam euersionem, venit Euander Romam. Anno eiusdem vigesimoquinto Hercules Græcus Cacum in Auentino mōte Romæ insidiosè peremit. Et eodem anno in Asiam adnauigans Laumedontem

Euander.

tem quintum Troiæ regem dolo truncauit. Erat enim Alceus Herculos pirata maximus non iusti belli & ordinatæ militiæ dux. Quare Hercules annum vigesimumsextum agēs Ilium vastauit. Non potuit igitur Priamus regnasse annis. LVIII. *post obitum Laumedontis, vt Eusebius ponit, quia tunc Hercules inuenitur duodennis sub præceptore Lino musicam discens non bella exorsus. Ergo vigesimosexto anno Erythri Caco occiso Laumedon periit, & filius eius Priamus anno sequente regnum exorsus regnauit annis quadragintaquatuor, quo anno cū Troia interiit. Quisq; tamen tempora Troianorum regum emendatissima in Archilocho legat.* A Hercules pirata. B

DE MELLICOLA XXIIII REGE Hispaniæ. CAP. XXVII.

AB excidio Troiano anno primo Mellicola proditur imperasse Hispaniæ, cuius proprium nomē fuit Gargoris, dictusq; Mellicola, quòd primus Hispanos mella colligere docuit, cuius nepotis Habidis mirabilem fortunam & regnum summatim refert Iustinus in quadragesimosecundo libro Epitomatum. Hunc igitur vltimum reperire proprio nomine in authoribus cum residuis præmissis duntaxat hactenus potui, regnumq; exorsus anno primo post Troianum excidium, à diluuio verò, millesimo centesimo trigesimoprimo, & à condita Hispania, octauo & octogesimo supra nongentos, & ante vrbem Romam. C.XXXI. *simulque ante Christum* M.C LXXXVIII *Finiuit anno primo Æneæ Syluij regis Latinorum, id est annis.* LXVII. *Deinde ad prouincias & particularia dominia ciuitatum Hispania conuersa est vsq; ad Carthaginenses, et mox ad tempora Romanorum, quæ aliquando procurabo distincte rimari, si cum vita concedatur commoditas.* Mellicola Gargoris. C D

Institutio de æquiuocis prima.

ARistoteles vbiq; docet æquiuoca nomina prius esse distinguenda quàm diffinienda, vt euitetur obscuritas & æquiuocatio nominum, quæ etiã eruditissimos capit: & errare compellit. Porro vt author est Varro de lingua

B Latina: obscuræ originis nomina sunt Diua, Volturna, Palatua, Flora, Furina, Falucer, Pomona, Pomonusq; pater: adduntur & Turrena atq; Etruria. Quare distinguenda sunt hæc omnia nomina, vt reiiciamus, quod obiicitur non pertinens ad Etruscam originem.

Dĩua. DIVA vt est Latinæ originis à diuinitate deriuatur, & significat diuinum: vt est Etruscæ originis à dio, id est, aëre deriuatur, vt sub dio Etrusci, corrupte sub diuo dicũt Latini. Inde Dius & Dia atq;

C Diespiter & Diana. Hæc Varro docet in primo de

Ζεύς. lingua Latina: vnde genitiuus Græcus Zeus, Dios, id est Iuppiter Iouis ab Etrusca origine deriuatur, quia barbara & Etrusca origo, antiquior est Græca simul & Latina.

Volturna. *Volturnus.* VOLTVRNA ET VOLTVRNVS Tyberis Volturnus deus Varro in primo de lingua Latina distinguit sic. Volturnus, quod vt oritur in Samnio, non est originis Latinæ. Quod vt caput extra Latium non pertinet ad linguam Latinam, etiam si in

D Latinam linguam effluat. Quod vt secus mare, Colonia est Romana, & ad Latinã originem spectat.

Tyberis. Volturnum Tyberim deum, Roma dicit esse suũ, & Etruria suum. De Tyberis verò nomine anceps est historia, dictusne sit à rege Veientum, an Albanorum. Hæc significat Varro. Liuius verò in. 4. ab

Volturnũ. vrbe condita. Volturnum inquit, quod nunc Capua est, Etruscorum fuit. Fabius quoq; Pictor, de ori-

origine vrbis Romæ,eadem fermè dicit. Sic in fine ad verbum ſcribit.In parte inquit Romæ ſunt loca Etruriæ,Antipolis,Ianiculum. Tyberis ipſe limes imperij Volturreni, inter veteres Ianum & Saturnum, qui à principe illius vrbe Volturrena, per ſyncopam Tyberis dictus eſt Volturnus,& ob id Tuſcus non Latinus. Quod verò Volturnum ſine ſyncopa & compoſitione eſt nomen primitiuum, notat fluuium in Samnio, & oppidum Romanum in littore,à quo Volturnus deus Tyberinus in Latio,ſicut & Volturnus vt caput imperij in Etruria Et ſubdens Fabius:Quamobrem inquit deum Tyberinum,ſuum dicit eſſe Roma,atq; Etruria ſuum, eundem Ianum Vertumnum,& ab eis dictũ Vadimona. Ex his omnibus iuuentus noſtra Viterbēſis cum de Volturnæ nomine contentio eſt,mox ita diſtinguat, aut Volturna eſt nomen primitiuum ſine compoſitione ſyncopaq;,aut ſimplex & deriuatiuũ aut compoſitum ſyncopatum & deriuatiuum. Si eſt primitiuum ſimplex & ſine ſyncopa ſignificat fluuium in Samnio,& oppidum in littore Latij Si verò ſit ſimplex & deriuatiuum, ſignificat Capuam vt ait Liuius, quia deriuatur à cognomine fluuij Volturni, qui vt in Ptolemæo patet oritur in Samnio & præterfluit iuxta Capuam, & in mare mergitur. Cæterum ſi ſit nomen compoſitum à vol,et turrena,et per ſyncopam in compoſitione dictum Volturna,tunc ſignificat vrbem,caput imperij Thuſcorum, regiamq; ſedem extra Latium in Etruria. Ergo quoniam accolæ Capuæ & Romani in littore Latino, à Volturno dicuntur etiam ipſi Volturni, eruditiſsime Plinius in tertio naturalis hiſtoriæ. Voltũrrenos regios Etruſcos diſcreuit ab omnibus aliis dicens cap. vi. Volturreni cognomine Etruſci,in eadem parte Volſinienſes. Quare quęcunque Volturna non eſt in eadē parte qua et Volſinienſes,illa vtique neque Etruria cognomine neque caput imperij extra Latium eſt. Nos ergo de Volturna locuturi,illam accipimus quæ in Tuſcia

Volturrena | A | B | *Ianus Vertumnus.* | *Volturna.* | C | D | *Volturreni*

A erat caput imperij prope Volsinienses, & ad cuius regium Fanum indicebantur concilia. XII. populis Etruriæ, vt Liuius author est.

Palatua. PALATVA est nomen obscuræ originis: vt est Latinæ, plures habet origines, sicut & Palatium, de quibus *Varro* tradit, vbi de Palatino colle scribit in primo de lingua *Latina*. *Vt* vero est Etruscæ originis, est cognomen Numidicæ Mineruæ, ad lacũ Tritonidẽ inuẽtę, vt copiose exposuimus in opere de lacu *Vadimonis* Nauiso, ibi *Vadimona* Palatia

Flora. FLORA vt est latinæ originis, significat deam B florum, de qua Ouidius in quinto Fastorum loquitur, inducens eam ita dicentem: Chloris eram quæ flora vocor, corrupta *Latino* nominis est nostri litera Græca sono. In agro *Volturreno* nostro, vicu lum posuerunt Pelasgi, quem Annales Gotifredi *Castrum Chloræ.* vocant castrum Chloræ. Nam *Lucum* ingentem siue Fanum *Volturnæ* fama est veteres sacrasse pelasgos, vt tradit *Virgilius* in octauo Æneidos. Argumentum ei facit *Volturnæ* campus ad hanc ætatem Pelasgi dictus, quanuis rustici geminato ll pel C lasgi proferant. *Vt* Flora est Etruscæ originis, deriuatur à Falor, vt aiunt Talmudistæ, à quo falora *Falora.* & per syncopam flora, est dea mœrentium. Nam Falor per se mœror, vt etiam diuus Hieronymus consentit. Sacrificabatur ipsi vt mœrores auferret & lætitiam redderet. Dicatum ei fuit oppidum in eo *Florentia.* dem agro *Volturreno*, ab eo dictum Florentinum *Tudernum* vsq; ad hanc ætatem, & quarto miliario aut paulo *Vua Tudernis.* amplius ab eo distat Tudernum, vel corrupta prima litera in Ptolemæo impresserunt Sudernum.

D *Vtrunque* olim illustre vuis oppidum, vt Plinius author est in decimoquarto naturalis historiæ capite quarto dicens: Tuscis peculiaris est vua Tudernis, æque ac eiusdem nominis Forentia. Non enim de Florentia præclara nunc vrbe intellexit Plinius, quia tunc non extabat vrbs illa, licet accolas Arnus aliquot haberet, Fluentinos à præfluenti Arno dictos, vt idem Plinius in.3.natu. hist.ca.6.indicat.

FVRINA vt ad linguam latinam ſpectat ſignifi- A
cat deam furum. Vt vero originis eſt Etruſcæ ſigni- *Furina.*
ficat deam ſortium, ad dirimendum lites, deriuata
& dicta à Furim, id eſt ſortibus, vt diuus Hierony-
mus & Hebræi conſentiunt. Venerabatur in regio-
ne Furina, vbi poſtea poſitum eſt ſacellum beatæ
virginis adhuc de furinis dictę, quanuis ruſtici mũ-
tata litera u in a, de farinis dicant.

FALVCER eſt (vt ait Varro) obſcuræ origi- *Falucer.*
nis. Nam vt nomen ſimplex ſecundæ declinatio-
nis, eſt originis Volſcæ vt quidam ſentiunt, & ſi- B
gnificat eorum principem deum. Vt vero compoſi-
tum à duobus Etruſcis vocabulis fano & luceres;
eſt Etruſcum nomen, & per ſyneraicam compoſi-
tionem dicuntur Fani *Lucumonij* ciues ſcilicet cir-
cum Fanum Volturnæ habitantes. *Lucerum* vero
nomen à *Lucumone* deriuatur. Quod Varro doctiſ- *Luceres.*
ſimus in l. de lingua *Latina* probat authoribus ſe an-
tiquioribus, & ratione deriuationis grammaticæ.
Doctores affert, vt Ennium, qui dicit Romam diui-
ſam in tres partes à Romulo vnde tribus dictę, &
eas à tribus ducibus nominatas, *Tatienſes* à *Tatio*, C
Rũnenſes à Rumulo, *Luceres* à *Lucumone*, vt ait Iu-
nius. Et hæc ſunt nomina Etruſca, vt ait To-
lumnius Tragœdiarum Thuſcarum ſcriptor.
Quæque enim gens imponit nomina ſuæ linguæ.
Quare ex tribus ducibus, quorum erat munus
imponendi nomina, à *Lucumone* Etruſco impó- *Lucumo.*
ſita ſunt, qui triumphos peperit Romulo, quia *Etru-*
ſca ſunt nomina. Nam *Latini* dicunt Titium & Ti-
tienſes, Romulum & Romuleos, *Lucios* et *Luca-*
nos à luceo: *Et* lucos atq; antelucanum. Porro *Etru-* D
ſci dicunt Tatium & Tatienſes. Rumulum verò à
Ruma dicunt Rumnum & Rumnenſes, quaſi Ru- *Rumulus.*
manenſes, vt Sempronius de diuiſione Italiæ di-
cit. *Et Luceres* à *Lucumone*, et *Lucumo* à *Luca* *Luca.*
verbo *Etruſco*. *Lucus* verò *Etruſcæ* originis à *Lu-*
ca vltima ſyllaba habente accentum, quod vt *Tal-*
mudiſtę perhibent, ſignificat ſenem et Senatorem.

A Et ideo lucus nõ per antiphrasim à Luceo gignitur improprie, vt aiunt Latini, sed quammaxime proprie ab Etrusca origine deriuatur, scilicet à Luca, id est Sene. Lucus id est Senatorius, quia lucus propria definitione, est Senatorum curia templum, vt de Luco Latini regis Virgilius in septimo Æneidos definiuit Etruscum vocabulũ dicens: Templũ augustum ingens centum sublime columnis: Horrendum syluis ac relligione parentum. Hinc sceptra accipere et primas attollere fasces, Regibus omen B erat, hoc illis curia templum. Non enim nisi inaugurato loco, vt ait Seruius, poterat Senatus habere curiam siue concilium: vnde templum Vestæ nõ erat consecratum, ne illuc Senatus accederet, vbi erant virgines. Et ideo lucus proprie, horrendus, id est venerandus syluis, quia centum sublimis arboribus consitus, quas poëtice columnas appellat, vtiq; est senatoribus curia templum, cuius nulla est proprietas significata, vt lucus latine deriuatur à luceo, sed C vt Aramee atque Etrusce deriuatur à luca, id est Sene ac senatore. Quare lucus vt est senatorum curia templum, solam Etruscam à proprietate nominis habet originem, & non Latinam, nisi tracto per capillos vocabulo ad violentam Antiphrasim. Et ita lucus proprie et ab eo Lucumones ab hisq; Luceres, Etruscæ originis, et certissimæ linguæ eorum nomina sunt, vt doctissimus Varro inuincibiliter probauit.

Luceres. *Lucumo* LVCERES Varro (vt diximus) probate et non D verbose, à Lucumone dictos, origine Etruscos demonstrauit. Is Lucumo fuit Etruscus, qui post Cælium Tuscum fuit auxilio Romulo contra Sabinos, vt Dionysius Halicarnasseus in secundo libro scribit. Cælius enim primus cum manu sua venit auxilio Romulo contra Cenienses et alios Latinos, vti Varro ait in primo de lingua Latina. *Galeritus.* Galeritus verò Arbanus Lucumo auxilio fuit Romulo contra Sabinos, et illos deuicit, dicente Vertumno Tusco in libro. 4. Elegiarum Propertij: Tẽpore quo

quo socijs venit Lucumónius armis, Atq; Sabina A
feri contudit arma Tati, Vidi ego labentes acies
& tela caduca, Atq; hostes turpi terga dedisse fugæ.
Et in alia Elegia Propertius cum alijs consentiens:
asserit Galeritum vicisse, posuisse prætoria Romæ
primũ: indidisse tribubus nomina, & ita eius auxi-
lio quatuor triũphos Romulum egisse, dicens: Pri-
mus Galeritus posuit prætoria Lucmo. Magnaq;
pars Tatio rerum erat inter eos. Hinc Taties: Rum
nesq; viri: Luceresq; coloni. Quatuor hinc albos B
Romulus egit equos. Cato quoq; in fragmento. xii
originum: Romulus inquit cum palatio Exquilinũ
collem tenuit, ab excubijs dictum, quas illi more
Thusco Lucumo dedit. xii. lictorum ad custodiã
sui corporis, quia Tatius non erat sine suspitione in-
fidæ societatis. Hæc existimo esse. xii. prætoria vt
ait Propertius quæ hic Cato dicit. xii. lictores. Et
fragmento penultimo Cato. Sub Capitolio est Ia-
nus quadrifrons Quirinus á victoria Lucumonis
á Quirino colle mouentis. Quirinalem enim collem C
contra Sabinos tenebat Lucumo Etruscus, & Ro-
mulus Exquilinum, vt ait Dionysius in secundo
lib. Fabius item in libro de origine vrbis Romæ
sic ait: Condita vrbe quarto mense, audax facinus
in raptu Sabinarum & Latinarum perpetratum
fuit. Primum Latini Ceninenses & alij intulerunt
bellũ. Romulus implorato auxilio á Thuscis, cum
Cælio rege Etruriæ primum ex his triumphũ retu-
lit, & ob id quartus vrbis collis á Thuscis habita-
ri cœptus est. Subinde Sabini ingens bellum orsi, D
coëgerunt Romulum denuo á Lucumonibus soci-
os milites expetere. Galerito Lucumoni Arbeæ
prouincia data, magna manu occupauit collẽ Qui-
rinalem, vnde mouens contra Sabinos insequentes
Romulum, deuicit & in fœdera coëgit. Et infra.
Diuiso Romano agro æquis collibus, Sabinis ac
Tatio Capitolium & Quirinalis: Romulo sequen-
tes Exquilinus & Palatinus; Galerito verò & Lu-
ceribus Thuscis, Cælius & Cæliolus obuenerunt.

A Deinde subdit, ꝙ Thusci relicto Cælio colle subsidentem vallem tenuerunt, quæ vicus Thuscus dicitur, & ꝙ nomina tribubus imposuit Lucomo lingua Etrusca, à se suos Thuscos vocauit Luceres. Seruius itē super v. Æneidos, ibi tres equitum turmæ, Tres inquit partes ab initio fuisse populi Romani constat, vnam Tatiensem à Tatio rege Sabinorū dictam, alterā Rumnensiū à Rumulo, tertiam Lucerum à Lucumone vt ait Varro, qui ait Romulū dimicantem contra Tatium à Lucumonibus

B id est Thuscis auxilia postulasse, vnde quidā venit cum exercitu, cui recepto, pars vrbis data est, quæ vicus Thuscus dicitur. Hactenus pro Varrone, nūc contra eum alios audiamus.

Luceres. LVCERES. Liuius in primo ab vrbe condita: Lucerū inquit nomen est incertæ originis. Respondet Suetonius in vita Caij Calligulæ, ꝙ Cal. Cæsar paulū abfuit quin statuas & scripta Liuij ab omnibus bibliothecis amoueret, carpens illum vt verbosum & negligentem in historia, qui suppressit

C triūphos Romuli habitos & partos victoria Tuscorū, quod in historia est genus falsitatis, dignū abolitione authoris. Antoninus itē Cęsar in Itinerarij veri fragmento cū de itinere Cyminio supra Cassianum loqueretur, *Volturna*, inquit, cuius præclaris gestis inuidit Liuius. Porro si quis cōtra doctissimum sua probantē: solo verbo contradicat, quod est puerile atque anile, vtiꝗ verbosus dicitur, quia solo verbo vtitur. Et ideo iuxta regulam diui Hie-

D ronymi, ea facilitate cōtemnitur qua profertur. Cæ-

In Liuium. terum Liuius contra doctiorem se in origine linguæ latinæ & vocabulorum vrbis: *Varronem* dico, inexpugnabiliter probantem dicta sua, & alios, solo verbo vtitur dicens: Lucerum nomen est incertæ originis. Et ide iure in hac re Thusca, à duobus Cæsaribus damnatur tanꝗ negligens & verbosus in historia, et ea facilitate contēnitur dictū eius qua profertur, quanꝗ alioqui eloquentissimus. Nam aliud est eloqui, aliud recte narrare historias & origines.

nes.Similiter Plutarchus & Plinius & alij reijciun- A
tur,qui aiunt Luceres dictos á Luci Asili quotidia- *In Plinium*
na communione,quo multi fuga delati ciuitate do-
nati sunt. Sed isti peccant in origine nominis & in
historia.In origine quidem nominis, quia Luceres
non deriuãtur á Luco,vt latine oritur á luceo:quia
sic dicũtur Lucij & Lucani, vt supra exposuimus.
Peccant veró in historia, quia communicantes fu-
ga Asili, ante raptum Sabinarum, Romulei erant
& Rumnenses postea á Lucumone nuncupati.Post B
bellum igitur Tatienses Sabini & Luceres Thusci
adiecti sunt. Postremo obijciunt quód Festus dicit
Luceres dictos á Lucero Ardeæ rege aduersus Ta- *Arbea.*
tiũ ferente auxilium Romulo.Et ad hoc dicit Fabi-
us Pictor á Lucere Arbeæ rege non Ardeæ.Arbea
vero est quarta pars vrbis Etruriæ,á qua Harbanũ
dicitur & non Herbanum á Plinio, vt ostendimus
in.xl.quæstionibus Annijs. Hactenus de Falucere
ac Falucro.

POMONA Pomonusq; pater.Hæc sunt obscuræ C
originis,vt ait Varro. Sunt enim latinæ originis si *Pomona.*
deriuantur á Pomo, & significant Ianum & Vestã *Pomonus.*
qui primi rationem Georgicorum tribuerunt: vn-
de & á Georgicis poëtis inuocantur. Vt veró sunt
Etruscæ originis deriuantur á Pomazo vltima syl-
laba acuta,& significat iuuo. Hinc & Dalmatæ dijs
salutãt,dicũt:Boch ti pomazi,id est,Deus te iuuet. *Boch.*
Ergo Pomonus pater & Pomona,vt Etruscæ ori-
ginis est,Iuppiter & Iuno dij optimi,& maximi in- D
ter Veioues ijdẽ Ianus Vertũnus et Vesta Horchia,
vt in commentarijs exposuimus super Elegiã Pro-
pertij ad Vertumnũ,quã inseruimus pro Iano patre
in tertio libro antiquitatum Berosi.

ETRVRIA vt Græcæ originis,teste Seruio,scri- *Hetruria.*
bitur cum.he.aspirato Hetruria,estq; nomen cõpo-
sitũ ab heteros quod est alter,& oros quod est finis
& limes. Hinc Hetruria quasi Heteroria,id est,alte-
ro fine limitata,vno quidẽ Macra amne inter Thus-
cos & Ligures: altero vero Tyberi fine imperij

Voltur-

A Volturreni inter veteres Saturnum & Ianum: vt Fabius Pictor est author, & nos in commentarijs super eum explanauimus, de quo fine Iuuenalis dixit. Et quæ imperij fines, Tyberinum virgo natauit. Si ergo aspirate scribatur Hetruria & Hetrusci:

Etruria. significat totam prouinciam & populos eius. Vt vero est Etruscæ originis: scribitur sine aspiratione Etruria: & est nomen deriuatum à Tursibus. Et vt ait Myrsilus de origine Italiæ & nos copiose super eum demonstrauimus: Etrusci non proferunt Etru-

B riam vel Turrenam, aut Volturrenam, sed per literam s. Voltursenam, Tursenam, Etursiam. Huius nostra ætate argumentum manet oppidulum antiquissimum inter Lucam & Macram: quod vetusta prolatione non Turrenam sed Tursenam dicimus, licet rustici ob propinquitatem literarū mutato t in c dicant Cursenam pro Tursenam. Posteri

C vero vt author est Quintilianus, posuerunt in pluribus r, in quibus s veteres proferebant, vt quæ antiqui dicebant Valesios, Fusios, Phalesios, decos, honos, Turses, Cameses, Camesena, eadem posteri dicunt Valerios, Furios, Phalerios, decor, honor, Turres, Cameres, & Camerena. Ita & Turses, Tursenam, Voltursenam, Etursiam, dixerunt Turres, Turrenam, Volturrenam, Eturriam, & transposita vno r Etruriam. Quæ omnia prolixe exposuimus in xi. quæstionibus Annijs, & in cōmentarijs supra

R pro s.

D Myrsilum. Itaq; sine aspiratione Etruria significat principaliter vrbem regiam Volturnam circa Volsinienses: quia teste Plinio cognomine Etrusci sunt Volturreni circa Volsinienses. Vnde & Cato in 2. fragmento vbi dixit Ianum in tractu Vmbriæ fundasse regiam vrbem, mox in. xiii. eam nomine suo nominans, Etruria inquit olim Italiæ princeps à metropoli eorū sic cognominatur. Dionysius quoque Halicarnasseus in primo libro hoc ipsum confirmat dicens. Romani vocant Etruscos à loco regionis quondam ab his habitatæ dictæ Etruria. Myrsilus item antiquior Dionysio, quem idem Dionysius.

sius sequitur in libro de origine Italiæ, Turreni in- A
quit Tetrapolim suã vocant Etursiam. Et infra, Romani confitentur Turrenos esse vetustissimos, & eos vocant Etruscos à prima eorum Tetrapoli dicta Etruria. Et Cato item in. xvi. fragmento, gens inquit tertia Tusciæ Transcyminia: à Cyminijs diffunditur ad Pistorium. In his Volturna sub radicibus Cyminijs iacens dicta Etruria. Et Plinius: Volturreni inquit cognomine Etrusci, in eadẽ parte Volsinienses. Idem Cato in fragmento. xix. Turrenus inquit patre Elbio ad locum Vadimonis cæso, & semper Romanis principibus charus, ad reddendam vrbem Etruriam pellectus est: anno secundo Olympiadis centesimæ vigesimæquartæ. De hac deditione Valerius Maximus libro. IIII. cap. ccccxvi. Quod inquit sequitur, idcirco inter externa posuimus, quia ante gestum est, q̃ ciuitas Etruriæ daretur. Et ita Liuius intelligitur in primo ab vrbe condita dicens. Sabinis erat vicina Etruria, proximi Etruriæ Veientes. Et in nono ab vrbe condita, Fabio inquit decretus fuit triumphus, ob egregie perdomitam Etruriam. Quæ profecto duo falsa essent si origine Græca pro prouincia sumeretur et scriberetur Hetruria. Veientes enim non sunt finitimi Hetruriæ, sed intra Hetruriã, vt recte dicit Plutarchus in vita Romuli. Neq; verum est quòd Fabius egregie perdomuit Hetruriam, qui vix cepit subiacentem Cymínijs Volturnæ regionem hanc. Etenim neq; à fronte attigit Volsinienses Volturnæ proximos, neque à sinistris Tarquinienses vicinos, sed eos sequente anno Decius subegit, vt ipsemet Liuius ibidem scribit. Quare quod refert Liuius verum est pro *Etruria*, sed non pro Hetruria, & ita sine aspiratione scribendum est in Helio Spartiano, in vita Commodi & Antonini Annij Veri: vbi scribit, plæraq; horum origo, materna quidem ex Fauentia, paterna verò fuit ex *Etruria*. *Et* item Antonino factum est omen imperij in *Etruria*, quia eius dolia suffossa supra terram reperta sunt, et ędes

B and C and D margin letters appear beside lines.

A eius in tota *Etruria* examen apum compleuit. Et item: Antoninus præfecturam Etruriæ tenuit, quia multas possessiones paternas in ea habuit. Ætate nostra faciunt argumentum, eius prædia, quæ adhuc fora Annia nuncupamus, ab Annia Tuscorum vetustissima familia dicta, ex qua ortus est Antoninus, vt idem Helius scribit. Possunt adduci innumera loca authorum, in quibus *Etruria* pro vrbe regia Volturna accipitur, & sine aspiratione, quia à Tursibus deriuatur.

B TVRRENA, & Volturrena. Ol Hebræi & Vol Aramei dicunt quod latini æternum, vel antiquissimum & priscum. Hinc Turrena commune nomen multis vrbibus Turrenis, sed Volturrena, id est omnium antiquissima Turrena, vni soli conuenit. Igitur vt est Etruscæ originis Turrena & Volturrena, sine aspiratione scribenda sunt, & à Tursibus deriuantur, non à Turrheno Mæone, quia multis ætatibus et sæculis q̃ pater & ataui Turrheni essent

Ol et Vol. Turrena.

C nati, vtique Turrena & Volturna erant à Tursibus dicta, vt clare probat Myrsilus de origine Italiæ, et eum sequutus Dionysius in primo libro vtrunque refert atque probat, & nos in cõmentariis super Myrsilum exposuimu. Vt verò sunt Græcæ originis, scribenda sunt cum rth aspirato, & ypsilon Tyrrhenus, et Tyrrhenia, atque Tyrrhena, & significat Terebum filiũ Atus, & eius oppidula circa Tyberim, vbi consedit, vt referunt Myrsilus et Dionysius, et nos copiose explanauimus in eiusdẽ Myrsili com-

D mentariis, & in. xi. quæst. Anniis. Ergo cũ in cõtentione nomen & ortographia fuerit, referat se iuuentus nostra ad Etruscam originem de Etruria, Turrena, volturrena, siue per syncopam Volturna.

Tuscia. TVSCA TVSCIA vt est Arameæ & Etruscæ originis, dicuntur à Tusco rege filio Herculis, quẽ pater Vetuloniæ præfecit deletis gigantibus Lestrigonibus Italiæ, vt ait Berosus in v. antiquitatũ super quem iam commentaria confecimus. Id idẽ sentit Festus dicens; Tuscia dicitur à Tusco rege filio

Herculis

Herculis,et scribitur sine aspiratione.Tusca vrbs,à A
qua Tuscanienses & Tusci, & Tuscia ager eius, à
quo in Tuscis dicitur esse ab historicis, oẽs regio-
nis eius incolæ, vti est illud Plinij in.xiiii.naturalis
historiæ,cap.iiii. Tuscis inquit peculiaris est vua
Tudernis,æque ac eiusdẽ nominis Florentia. Et in
xxxiii.li.ca iii.Equestris inquit ordinis nomẽ sæpe
variatũ est. Sub regibus enim & Romulo celeres
appellati sunt,inde Flexumines,postea Trossuli ab
oppido eiusdẽ nominis citra Volsinos nono lapide B
in Tuscis,capto absq; pedite. Similiter illud Liuij.
Cæso noctu exul in Tuscos abijt.Sic enim sine aspi
ratione Etrusci & Tusci ijdem,quia Tusca est quar
ta portio regiæ vrbis Etruriæ,vbi Vertumnus co-
lebatur,vt postea dicetur.Vt vero est Græcę origi
nis cũ aspiratione.th. Thuscia scribit,& significat Thuscia.
totã prouinciã.Et vt Seruius et Festus asserũt,deri-
uatur Thuscia à futuro huius verbi thuo.i. sacrifi-
co et aruspicor, quod facit futurũ thuso,à q̃ thusia,
id est,sacrificola et aruspicatrix. Et hanc deriuatio- C
nem Græcã habuerunt à Mœonibus eiectis Pelas-
gis,vt insinuat Plinius in.iii. naturalis historiæ ca.
vi.dicens:Etruria sæpe mutauit nomen. Vmbri eã
coluęre,quos antiquitus pepulęre Pelasgi, hos Ly-
di,à quorum rege Turrheni,mox à sacrifico ritu,lin
gua Græca Thusci cognominati fuerunt. Quòd si
quæris,vnde Thusia addita c dicatur Thuscia? Re-
spondimus in.xi.quæstionibus Annijs,quia Roma
na lingua id moris habuit. Vnde Cilissam, Ciliscã:
Phœnissam, Phœniscam:Libyssam, Libyscam:& D
Libyssillã,Libyscillam proferunt. Vnde quã Græ
ca origine à futuro Thuso Thusiã dicere decet, ipsi
addito c dicunt Thusciam. Argumẽto sunt vetusta
prolatione permanentia loca,Tussa, para tussa,Tus
sa Nana,quæ Romani proferunt Tusca, hastata tu-
sca.Tusca Nana,siue tuscanella,Est autẽ Tusca Na Tusca Nana.
na vrbs diruta inter Tuscanellã et Caninũ. Et para
Tussa, id est hastata Tusca est pars Volturnæ siue
Etruriæ Tetrapolis, vnde fuit Lybacas dux, ex
Delphinis

A Delphinis exul, de quo in tertio Metamorphoseos Ouidius ait. Furit audacissimus omni de numero Lybacas, qui Tusca pulsus ab vrbe, Exilium dira pœna pro cęde luebat. Hactenus de obscuritate originis nominum quasi æquiuoca: quoad satis est pro nostra vrbe Etruria nunc Viterbo, vt videbitur.

Lybacas.

FRATRIS IOANNIS ANNII SECVNDA INSTITUTIO, *de definitione nominum Turrenæ, Volturnæ, Etruriæ, & de forma veteris eiusdem vrbis.*

B

VBI iam origo quasi æquiuoca Turrenæ, Volturrenæ, & Etruriæ patuit, instituenda est iuuentus Etrusca de diffinitione nominum dictorum: vt Etruscæ originis sunt, et à Tursibus deriuantur. Initium diffinitionis sumendum est ab ipsis Tursibus. Sunt autem Turses Etrusca lingua ædes turritæ, vt insinuat Dionysius in primo libro, & Myrsilus exprimit in de origine Italiæ. Et ideo diffinitur vrbs à Tursibus deriuata, q̃ sit vrbs turritis ædibus extructa, vt idem Dionysius significat, secutus Myrsilum, qui in prædicto libro sic habet. Etrusci Turses & Turrenas vocãt, si sunt Tetrapoles, turritas ædes, perinde ac Mossinœci à Mossinis in Asia. Ex his eandem vrbem significãt regiam, vt sunt Etruscæ originis, videlicet Turrena, Volturrena, Etruria. Inuincibilia autem argumenta sunt ab origine propria nominis, simul & à diffinitione. Nam quæcunq; eandem propriam deriuationem & originem nominis habent, eandẽ rẽ significant, licet possint differre in modo significandi, teste authore modorum significandi & speculatiuis non vulgaribus grammaticis, vti fluuius, fluentum, fluere, flere, quę à fluo habent originem: Porrò Tursena, Voltursena, Etursia, quam latini protulerunt Turrenam, Volturrenam, & Etruriam, vtrúq; à Tursibus vnam eandemq; propriam originem de sumunt, vt probat Myrsilus, & eum secutus Dionysius, & commentaria nostra super Myrsilum.

Turses.

C

Turrena.

Volturrena.

D

Etruria.

Quare

Quare eandem vrbem significant: licet diuerso modo significandi. Nam Turrena significat per modū cōmunis turritam vrbem. Volturrena vero addit antiquitatem, vt diximus, & Etruria frequentiam & crebrietatē. Etruria enim valde turrita, sicut Volturrena antiqua turrita dicitur. Vnde omnis Volturfena & Etursia est Tursena, sed non omnis Tursena est Etursia & Voltursena, quoniā inter Lucā & Macrā est Tursena viculus, nō tamē est Etursia et Voltursena, quia nō est frequētibus & crebris extructis ædibus extructa, neq; antiquissima omniū, quod soli regiæ cōuenit. Similiter quæcunq; habēt eandē penitus definitionē, sunt eadem, vt Marcus Tullius Cicero. Porrò Turrena, Volturrena Etruria, eandē penitus definitionē habēt, quia quælibet definitē ꝙ sit vrbs extructis turritis ædibus. Quare Turrena, Volturrena, et Etruria eandē turritam vrbē significāt. Colligitur itē ex supradictis ꝙ vrbs Etruria fuerit tetrapolis, vt Myrsil⁹ insinuat. Quod profecto et ex aliis probamus. Nā et regiā sedē anti qui, vt insinuat Xenophon in lib. de æquiuocis, tetrapolim cōstituebant, id est, quatuor distinctis portionibus instar oppidi, & partes eius regiæ erant, vt ibidē in cōmentariis probauimus de Babylonia, Niniue, Arbea Phœnicum, Samothracia, Hierosolyma, Syracusa. Roma, & ipsa vrbe Etruria: de qua Myrsilus circa finē libri de origine Italiæ dicit. Tetrapolim quoq; suā Etursiā Turreni, & eius partes Voltursenam, Vetuloniam, Tuscam, & Harbanū cognomine à Luco Calumbū, à Deo suo fundatam asserunt. Porro Latini singulis his partibus regia munera tribuunt, vt intelligas vere partes vrbis regiæ fuisse. Nam Vetuloniæ fasces & secures, Volturnæ Senatorum Fanum Lucumōq;. Tuscę principem tribuunt vrbis regium Deum, & eiuscemodi. Et quidem de fascibus tributis Vetuloniæ, Sillius Italicus in. VIII testatur dicens.

Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis,
Bissenos dedit. hæc primos præcedere fasces.

A *Turrena.* *Volturrena* *Voltursena* *Etursia.* *B* *C* *D* *Vrbium dictarum decora.*

A *Et iunxit totidem tacito terrore secures.*
Hæc altas eboris decorauit honore curules,
Et princeps Tyrio vestem prætexuit Ostro,
Hæc eadem pugnas accendi protulit ære.

Vetuloniæ reges. Berosus quoq; ac Manethon in *V*etulonia regnasse omnes reges Italiæ à Iano ac deinceps,& eam fuisse regiam regum asserunt. Quod vero *V*olturna fuerit regia,& illi Lucus regius tributus, qui erat vt in præcedentibus expositũ est,regibus curia tẽplũ, tã Liuius q̃ alij docent,qui ad sanũ *V*olturnæ indici B cõcilia.xii.populis *E*truriæ perhibent. Virg.quoq; in.viii. Æneidos scribit ad auxilia imploranda ab *E*truscis cõtra Turnũ, venisse Æneã ad Lucũ ingentẽ Lucumonũ patrũ religione late sacrũ. Quod aũt Tuscæ parti regius *E*truriæ vrbis Deus tribuatur, patet in *E*legia Propertij ad Vertumnũ, in qua *V*ertũnus dicit: *T*uscus ego,*T*uscis orior. *E*st enim *V*ertumnus municipalis ac princeps deus vrbis *E*truriæ,vt insinuat *V*arro in primo de lingua lati. Quod *Harbanum* vero Harbanũ sit regium, cũ nomen indicat,quia C Harbanum quarta pars dicitur ab Arbea quod est quarta secundũ Talmudistas,tũ præcipue cõstat ex eo q; à Luco regio,Calumbũ.i.viride,cognomẽ desumpsit,vt Myrsilus dicit. Quod verò hæ quatuor partes essent discretę,nõ sub vnis mœnibus,nõ modo decretũ Desiderij probat,sed etiam Plin. qui eas distincte enumerat in.iii.naturalis historiæ cap.vi. dicens: Harbanum Tuscanienses, Vetulonienses, Volturreni cognomine *E*trusci. Institutio hæc secũda erudit iuuenes nostros,si nomina in contentionẽ D & significata veniant,asserere regiam sedẽ Thuscorũ tribus synonymis eandẽ esse *E*truriã,Turrenam, & Volturrenã,& eam fuisse tetrapolim,cuius partes regias,authores nominant Harbanum,Tussam siue Tuscam, Vetuloniam, & *V*olturnam vti exposuimus. Quod si quis obijciat Volturnam esse nomen commune toti tetrapoli, sicut Turrenam & *E*truriam, & ob id non esse nomen partis, neganda est consequentia,quia antiquitus vt plurimum,ali-

quod

A quod nomen commune toti vrbi vni partium eius imponebatur, vnde et Thraicia Samus, quæ nunc Samothracia fertur, antea dicebatur Samus tota & pars similiter, dicēte Strabone in eius Geographia. Samothracia inquit cum esset tetrapolis, habuit vnam ex his, quæ Same & Samos dicta fuit. Similiter & Babylonia & Niniue fuerunt tetrapoles, vt patet Genesis. x. ca. Et tamen vnam partem Babyloniæ tam Moyses ibidem q̄ alij nomine totius vocant Babyloniam, & vnam partem Niniues vocāt Niniuen. Pari forma etiam tetrapolim Etruscam cō B muni nomine vocant Volturnam, & similiter partem eius. Et hæc sufficiant pro secunda institutione. Nunc de tertia est tractandum.

Samothracia.

FRATRIS IOANNIS ANNII VITERBENSIS
Tertia institutio, vbi sit Tetrapolis Etruria.

Quærentibus vbi sit Tetrapolis Etruria: Respondendum est: vbi limites eius & partes: quia totum non est sine partibus. Et primo C sic respondeat nostra iuuentus. Ibi est Etruria, vbi eam egregie perdomuit Q. Fabius consul transgressus iuga Cyminia, vt author est Liuius in nono ab vrbe condita. Sed illam perdomuit ad lacum Vadimonis, habentem à tergo Cyminia transgressa iuga, à fronte autem Volsinienses, & à sinistris Tarquinienses, quos non attigit, sed Decio in annum sequentem reliquit, vt ibidem Liuius scribit. Ergo Etruria vrbs ad lacum Vadimonis est, ha- D bens à tergo Cyminia iuga, & à sinistris Tarquinias, & à fronte Volsinienses. Quare necessario sequitur, vt Etruria sit inter Cyminia iuga, & Volsinienses. Confirmatur idem limes Volsiniensis ab argumento à coniugatis inuincibili tam secundū peripateticos quàm etiam Ciceronē in Topicis, vt si iustitia est bonitas, vtiq; iustū est bonū. Et si Fluentini sunt ciues Florentini, equidem Fluentia est ciuitas Florentia. Quare necessario consequens est,

Etruria vbi sit.

A vt si Volturreni sint cognomine Etrusci, vtiq; Volturna vere sit cognomine Etruria, ac propterea vbi Volturreni & Volturna ibi Etrusci & Etruria. Cæterum teste Plinio in tertio naturalis historiæ: Volturreni cognomine Etrusci sunt circa Volsinienses. Ergo vrbs Volturna cognomine Etruria est circa *Volturrena* Volsinienses. Rursus vbi pars Etruriæ vrbis, dicta *Tusca.* Tusca, vtiq; ibi est & ipsa Etruria tetrapolis. Cæterum vrbs Tusca dei regij Vertumni, est in focis Volsinijs, dicente in Elegia Propertiana eodē Ver-

B tumno.

Tuscus ego Tuscis orior, nec pœnitet inter Prælia
Volsinos deseruisse focos.

Ergo eius tetrapolis Etruria est in focis Volsinijs. Hęc de limite vrbis Etrurię, ex parte Volsinia. Nūc de eius limite ex parte Cyminia repetendū est. Vbi igitur finit gens Ciscyminia, quæ teste Catone Veiens à Metropoli dicitur, ibi est vrbs Etruria, dicente Liuio in primo ab vrbe condita. Sabinis inquit est vicina Etruria, proximi Etruriæ Veientes. Cæte-

C rū Veientes finiunt limites suos in iugis Cyminijs, & lacu Cyminio, vt author est Cato in xv. fragmēto de originibus. Quare Etruria vrbs est proxima iugis & lacui Cyminio. Quod clare insinuauit Liuius in nono ab Vrbe condita, dum profectionem Transcyminiam Q. Fabrij scribens: postera inquit die luce prima consul Cyminia iuga tenebat. Inde contemplatus opulenta Etruriæ arua, milites emittit. Amplius, vbi Vetulonia regia, ibi Etruria tetra- *Vetulonia.* polis eius, quia vbi pars, ibi & totum. Porrò Vetu-

D lonia est iuxta lacum Cyminiū, & Thermas, in quarū aquis est piscatura salubris, & in regione mediterranea Tyberina, vbi Turrhenus cōsedit. Ergo ibi est tetrapolis Etruria. Etenim de loco Thusciæ vbi cōsedit Turrhenus, oēs cōsentiunt ꝙ non cōsedit in maritima gente, quæ teste Catone in fragmētis originū, diffunditur ab ostio Tyberino vsq; Lunā & Macrā. Similiter nō cōsedit in secūda gēte mediterranea Veiente, quæ eodē authore diffunditur à Vati-

cano in Cyminia iuga. Restat igitur, vt in tertia gēte mediterranea consederit, quæ teste Catone protēditur à Cyminijs iugis ad Pistoriū. Non enim sunt in Tuscia vt enumerat Cato, nisi istæ tres gentes. Maritima, Trāscyminia & Ciscyminea. Quod et de xii populis significauit in .x. Æneidos Virgilius. A

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni,
Ipsa caput populis, vires de sanguine Thusco.

Quod equidē copiose in quæstionibus Annijs et cōmentarijs super fragmenta Catonis exposuimus. B
Verū quoniā gens Trāscyminia diuidit in Tyberinā & Arniensem, et Tyberina est à iugis Cyminijs circa Hortē oppidum, & à lacu Cyminio vsq; ad fontes Tyberis & Arretiū. Arniēsis aūt est ab Arretio & fontibus Arni vsq; Pistoriū, cōsequens est, vt quoniā Turrhenus nō cōsedit in gente maritima prima Thusciæ, neq; in secunda Ciscyminia Tyberina Veiente à Vaticano ad lacū Cyminiū, equidē tenuit tertiā Trāscyminiā gentē aut Tyberinā, aut Arniensem. Non autem tenuit Arniensem. Ergo necessario tenuit eam partem Tyberinam Trāscyminiam, quæ est à fontibus Tyberis & Arretio vsq; ad Hortē & lacum Cyminium Hanc argumentationem nostra iuuentus firmet authoribus, Myrsilo & Dionysio Halicarnasseo, atq; Herodoto qui exprimunt, ad quā partem Thusciæ Turrhenus Mæones adduxerit. Dionysius enim in primo libro, breuibus dicit: Herodotum & quosdam alios scribere Turrhenum ad partem septentrionalem Tyberis venisse vbi erat Vmbris habitatio, & cum eis consedisse, habitasse, & vrbes ædificasse, quæ extant. Myrsilus quoq; de origine Italiæ super quem iam cōmentaria confecimus, his verbis vtitur. Turrhenis quidam originem suspicantur esse à Lydis. Et paulò post. Turrhenus inquit filius Atus in septentrionalem partē Tyberis veniens, eius totam mediEtatē à fontibus vsq; vbi erat priscis Vmbris habitatio tenuit, & cū eis cōsedit & habitauit, & vrbes hacten⁹ dictas Mæonias et Turrhenias ędificauit.

Tyberini. *Arnieñ.* C *Turrheni aduentus.* D

A Quæ autem sint istæ vrbes in tractu Tyberis ab Arretio ad lacum vsq; Cyminium, siue á fontibus Tyberis vsq; ad Hortẽ, si quis scire cupit, legat cõmentaria nostra super Mursilum, & Annias quæstiones. Satis est iuuentuti *Etruscæ* instituendæ, Lydos consedisse in tractu Tyberis septentrionali & ipsũ Turrhenum consedisse & habitasse vbi fuit priscis *Vmbris* habitatio. Quærendus est igitur locus ab Arretio vsq; ad Cyminium lacum vbi fuit priscis Vmbris habitatio. Vmbri enim antiquitus coluerunt *Etruriam*, quos pepulêre Pelasgi, vt Plinius dicit in tertio naturalis historiæ cap. sexto, vbi etiam ad mare Thuscum numerat *Vmbronem* fluuium & tractum *Vmbriæ*, scilicet finem eiusce tractus, qui incipit á Tyberi septentrionali parte, quia ibi fuit priscis Vmbris habitatio. Quærendum est hoc loco ad complementum doctrinæ, qui dicuntur prisci *Vmbri*, qui patres eorum, & vbi nati, & quãdo á Pelasgis pulsi ad montes. Respondent ad hæc

Vmbri primi.

B

C M. Antonius & Cato in fragmentis, & Myrsilus in supradicto loco. De M. Antonio testimoniũ perhibet Solinus in Collectaneis dicens. *Veterum Gallorum prolem Vmbros esse M. Antonius asseuerat. Hos eosdem quia tempore aquosæ cladis Hymbribus superstites fuerunt Græce Vmbros dictos.* Cato item in fragmento secundo. *Ex Scythia venisse Ianum rate in Vaticanum, á quo ipse Deus Vaticanus cum Dyrim & progenitoribus Vmbrorum, & á Vaticano progressum in tractum Vmbriæ ibi*

Ianus.

D fundasse regiam & fani Olympum sacrasse, & non longe á regia dicasse Augustalem Turrhenam, vbi ad salutandũ regẽ nouis lunaribus. xii. populi conuenirent. Myrsilus quoq; de origine Italiæ. *Tetrapolim inquit suam Turrheni Etrusiam, aureo seculo mox post inundationem terrarum á Deo suo fundatam asserunt, argumentaq; afferunt agrum suum eorum lingua Sale Vmbrone dictum vbi primum geniti Vmbri. Et deos, ritus, mores, literas & leges illius vetustatis, quibus á cæteris differunt etiam*

A
sibi vicinis. Rursus Cato in tertio fragmento, Italia inquit complura à dijs & ducibus sortita fuit nomina, à Iano Ianicula, à Camese Camesena, à Saturno Saturnia, à gentilibus Sale Vmbrona, & reliqua. Sempronius quoque de diuisione Italiæ, Montes inquit ab fontibus Tyberis vsque ad Nar inhabitant Vmbri, prima veterum Gallorum proles, vt Augustus scribit. Ex his ergo authoribus, & quæ in commentarijs super eos demonstrauimus: respondetur ad quæsita: quòd primi Vmbri dicuntur prima proles Italiæ, nata in Sale Vmbrone Etruriæ, à gentilibus veteribus Ianigenis Gallis id est inundatis, vt in commentarijs ostendimus super Xenophontem de æquiuocis. Vocabulum aũt Sale vmbrone vt super Myrsilum & alios probauimus, est Arameum & Etruscum, & Sale significat egressum. Hinc Sale vmbrone est regio Eturiæ in qua egressi ab vterro veterum Ianigenarum fuēre Vmbri, & à Pelasgis pulsi vt ait Plinius. Quo autē tempore, in historia Etrusca narrauimus. Nunc examinanda est regio ab Aretio ad lacum Cyminium, vbi sit Sale vmbrone. Et quidem nusq̃ inuenitur nisi in agro Volturnæ nostræ, quia vt ait Myrsilus. Etrusci vocant agrum suum Sale vmbrone, quo primum geniti fuerunt Vmbri. Hinc vsq; ad ætatem nostram, partem amnis exeuntis à lacu Volsiniensi vocat vulgus la caduta di Sale vmbrone. Antoninus quoque in fragmento itinerarij sui, quod est de sex præcipuis itineribus ab vrbe Roma in gallias: de itinere Cyminio supra Cassianũ loquens, ordinate loca enumerans ait: Cyminio itinere sunt Gallera, Larthenianũ siue veiens, Rosulũ, Sutriũ, Lacus elbij, iuga Cyminia, fanum Volturnæ cuius claris gestis inuidit Liuius, Sale vmbrone Volturnę, Larthes amnis Volsinæ Clusiũ vetus, olim Comer solum. Clusium nouũ à quo nunc dictus clusentinus transitus Annibalis, Phesulæ transitus. Ex quo euidētissime patet, argumentũ vulgatũ quod ex dictis pēdet esse validissimũ. Turrheni inquit et Tusci soli

Italiæ nomina.

Vmbri.

B

Alij mundatis.

Sale vmbrone.

C

D

A indigenæ. s. Italiæ ac propria regione oriundi sunt: cæteri conuenæ et aduenæ ab origine scribuntur, vt Myrsilus probat, & Dionysius Halicarnaſſeus in. 1. libro insinuat, & Cato in fragmentis atque Fabius Pictor in de origine vrbis Romæ significant. Cæterũ in Thuscia Ianus fundauit primã omniũ vrbem *Etruria.* tetrapolim *Etruriam*. *Volturrenã* in subcyminijs, vbi prima proles Italiæ in Sale vmbrone orta fuit, vt probatum est. Igitur in tota Italia prima omniũ B vrbium est tetrapolis *Etruria*, & eius quatuor partes Arbanũ, Tuſſa, *Volturna* & *Vetulonia*, quæ dicta est decus Mæoniæ gentis, vt Sillius in. VIII. lib. cecinit, quia Turrhenus & Lydi ea donati & decorati fuerũt: vt Berosus in. v. antiquitatum exprimit. Nã vbi priscis *Vmbris* in *Etruria* in regione Tyberina ab Aretio vsq; in lacũ Cyminium fuerat prima habitatio, equidem ibi societate imperij & ciuitate donatus consedit Turrhenus. Porrò ab Aretio in lacũ Cyminiũ nusq̃ est Sale vmbrona siue natiuitas *Vmbrorum* nisi in *Volturna* regia. Quare Tur- C rhenus cõsedit & habitauit in *Volturna* regia tetrapoli. Cæterum decoratus & donatus fuit *Vetulo-* *Vetulonia.* nia regia, vt Sillius & Berosus perhibent. Ergo *Vetulonia* est in Sale vmbrone, pars *Volturnæ* & *Etruriæ* regiæ. At *Volturna* regia tetrapolis est in- *Volturna.* ter Cyminium lacum & *Volsinas* vt supra probauimus. Ergo *Vetulonia* est inter lacum Cyminium & *Volusinas* Quod etiam ex his quæ dicunt authores constat. Sillius enim in. VIII. cum legionem vnã D contra Annibalem ex *Etruria* sumptã à Romanis referret & enumeraſſet, qui ex maritima gente fuiſsent à Phregene ad Lunam, cuius laudes sub Porsena ponit, & deinde enumeraſſet duas vrbes Trãscyminias, remotam quidẽ Phesulas à *Veientanis* Trãscyminijs, etiam proximam eis *Vetuloniam* declarauit dicens: iuxta hos *Vetulonos* esse finitimos *Veientes* populos, inter quos ponit Sutrium, Nepe, & lacũ Cyminium. Quare *Vetulonia* pars tetrapolis regiæ est iuxta lacum Cyminium & *Veientes*

qui

qui sunt proximi Etruriæ vt author est Liuius in primo ab vrbe cõdita. Plinius quoq; eandem Etruriæ vrbis regionem insinuat, dum in. 2. naturalis historiæ cap. de miraculis fontium & aquarum dicit. Aquis calidis Pisæ innascuntur ranæ, ad Vetulonios verò in Etruria non procul mari, pisces. Notat duo Plinius, quòd Vetulonia sit in Etruria quod de Pisis subticuit, & quòd Caldanis aquis innascũtur pisces quod de Caldano amne Volturrenæ verissimum est. Non dixit autem eam esse maritimam quia Vetulonienses in mediterraneis cum Tuscanienfibus & Volturrenis enumerat in. 3. naturalis historiæ cap. 6. Et Turrhenus donatus ea consedit in mediterra quia eius ager finitimus limiti Tarquiniensium fluuio Blerano, tredecim milibus passuum distat à mari Grauisco. Vnde qui Vetuloniũ pro Iculonium in littore scribunt, somniant & nomen simul atq; Ptolemęum corrumpunt, vt demõstrauimus in. XL. quæstionibus Anniis, vbi & id exposuimus, quod Virgilius in. VIII. Æneidos de Luco ingenti & sede regia dicit. Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Vrbis Agillinę sedes, vbi Lydia quondam Gens bello præclara iugis insedit Etruscis. A B C

Sic enim exponitur, sedes regia vrbis Agillinæ, id est ciuis Agillini Mezentij, quia ibi accipit locũ pro locato, & vrbem pro ciue, sicut in primo libro Ilium in Italiam portans, id est ciues. Non enim Lydia gens in iugis aut Agilla vrbe maritima, sed vicina Tyberi vt Volturna & Vetulonia insedit, vt supra probauimus. Quare sola expositio vera hæc est. Sedes regia Turrhena ciuis Agillini fundata saxo vetusto, id est, antiquissima sub Iano, incolitur haud procul hinc ab vrbe Roma, quia est in Etruria proxima Romæ, quia teste Macrobio in Saturnalibus vsq; Cosas ab Ostia dicitur Etruria proxima Romæ, remota verò à Cosis ad Lunam. Ergo sedes Volturna est in Etruria vicina Romæ, vbi Turrhenus & Lydia gens bello præclara à prin- *Locus Virgilianus.* D

A cipio insedit in iugis Etruscis, id est, Volturrenis, quia Volturreni sunt cognomine Etrusci. Ex his
Viterbum. sequitur quod pluries diximus. Quod nunc Viterbum dicitur, olim regia tetrapolis Etruria dicebatur. Nam si limites quæris, ipsa à tergo habet iuga lacumq; Cyminium, à fronte Volsiniēses, à sinistris Tarquinienses, à dextris suam portionem Tyberis Trossam vbi Turrhena & Mœonia deleta: Mœnianus ager & oppidum Trossulum deletum, & Trossanæ vadus vti exposuimus in quæstionibus An-
B niis. Calidæ aquæ et Caldanus ex his amnis, piscibus refertus, adhuc nomine et remanet. Si quæris partes quatuor, adhuc nomina quatuor partib9 perseuerant vetusta prolatione Volturna, et Vetuletū, à quo Vetulones et Vetulonia. Item para Tussa, id est hastata Tusca: Et rursus pons Arbanus cognomine pons sancti Laurentij vbi Musarnum Herculis & à luco Calumbum, vt ait Myrsilus, licet corrupte pronuntient Palumbum. Lucus ipse vestigia seruat, vt exponemus in tabula FAVL Faluceres. Sa-
C le vmbrone & pars lacus Volsiniensis Viterbensium est. Viterbum quoq; et eius ager vicinus est Sabinis, & proximus Cyminiis Veientanis populis. Et vt vnico argumento peruincamus, nusquam in tota Tuscia, sed in solo Viterbo simul omnes partes descriptionis regiæ Volturnæ, Tussæ, Vetulonis, Arbani, Fani, limitum, nominum, locorum, & ipsa nomina atq; loca collecta reperiuntur. Quare necessario consequens est, vt quod nunc à Desyderio rege Viterbum dictum est, sit ipsa tetrapolis Etruria
D regia. Hinc eam in authoribus sæpe variato nomine appellatam reperimus. Turrhenam sedem poëtæ nominant, & quandoq; ab aliquo Larthe illam cognominant, vti Virgilius supra vocauit antiquam sedem Agillini Mezentij in. VIII. Æneidos. Item in VII. appellauit à rege patre Dardani Turrhenam sedem Coriti ibi. Hinc illum Coriti Turrhena à sede profectum. Et Sillius in. IIII. vocat à sacro Fano & prisco Corito sedem sacratam prisci Coriti ibi. Er-

go agit arreptis præceps exercitus armis Lydorũ A populos, sedemq́; ab origine prisci Sacratam Cori- ti, & reliqua. Dicit autem Turrhenam siue Voltur nam sedem fuisse sacratam ab origine, quia Ianus pomœrium illi & Fanum primus ab origine sacra- uit, & regiam. xii. populorum Thusciç instituit, vt authores sunt Fabius pictor et Cato et alij Quando que vocant eam à toto vel à parte Volturnam, vt Liuius sæpe Fanum Volturnæ, & Plinius Voltur- reni cognomine Etrusci circa Volsinos. Nonnun- quam vocãt eam à parte Vetuloniam, vt Sillius in viii. lib. ibi. Mœoniæq́; decus quondam Vetulonia B gentis. Et Plinius ad Vetulonos inquit in Etruria aquis calidis innascuntur pisces. Sæpe à parte Tussa Tuscos vocant & Tuscam vrbem, vt Propertius in Vertumniana, Tuscus ego Tuscis orior, nec pœ nitet inter prelia Volsinos deseruisse focos. Et Oui. in 3. Metamorphoseos de Lybaca. Qui Tusca pul- sus ab vrbe, exilium dira pœnam pro cæde luebat. Sępissime tamen & in vsu fuit dici communi nomi ne Etruria vt supra exposuimus. Hac ergo instru- C cta institutione tertia nostra Etrusca iuuentus: quæ rentibus vbi sit prisca Thusciæ regia regum Etru- ria tetrapolis, respondeant vbi nũc Viterbum, quia in tota Thuscia nulli loco nisi Viterbo, conueniũt cunctæ simul collectæ partes descriptæ ab autho- ribus, vt patet irreuincibiliter perquirenti, exami- nanti, & nihil indiscussum dimittenti.

FRATRIS IOANNIS ANNII QVARTA IN- *stitutio, de excisis marmoribus.*

SEx tabulæ memoratu dignæ excisæ marmori- D bus extant de antiquitate & rebus Etruriæ. Duæ sunt Libyscillæ, Duæ Cybelariæ, vna Tuscaniensis, altera Arbana. Primę duę dictę sunt Libyscillæ à loco. Est enim Libyscilla regio iuxta Vetuloniam, ex qua effossum est ad quantita tem semidigiti alabastrum transparens, quod si con tra solem opponitur, videntur ab intus albæ lite- ræ quæ ita leguntur:

LIBYS-

A LIBYSCILLA VITVRGIA. Viturgiã alterã pro oppido notat Ptolemæus longe ab ista, circa Tybetim supra Ferentinum Othonis oppidum. Quare vel corruptus est Ptolemæus, vt in multis aliis locis, vel altera est oppidum, altera villula Vetuloniæ vbi Ceres Ægyptia primos panes confecit quæ Libyssa cognominata fuit, a qua locus Libyscilla, vt in tertia tabula videbitur.

DE SECVNDA TABVLA

B ALtera Libyscilla tabula fuit aduecta, item alabastrina ad quantitatem magnæ manus, quam idcirco incantatam appellabant; quia nunc sine literis eminentibus cernebatur, nunc ab intus cernebantur ipsæ literæ, & nunc vnũ inde alium mentiebantur colorem. Quidam vero quia quædam male legebantur cum sæpius corio, & oleo atq; aceto tergerent, nunc ipsum deleuerũt. In ea tabula ita excisum erat.

FAVL Faluceres pellunt Agillum tyrannum. Vetulones hostiis placãt Volturnæ Volturnũ. Agillæ stultitiæ succedit Tarcon & Ocnus. Sic Turre-C na Ethuræ Longhola sancta manet. Etrusco quaterno populo.

Quo tempore hi versus æditi fuerint, e dicto Catonis excerpere possumus, qui in fragmẽtis de originibus hæc dicit ad verbum. Etrusci Græcas literas semper horruerunt, & ob id Latinas suscipere noluerunt vsq; ad Cecinam Volturrenum, magistrũ quadrigarum & augurum principem: patrem Menippi & auum Menodori, quas ante illũ pater eius Volturrenus, auusq; Titus & Turrhenus proauus D quanquam Romanis principibus charissimi, semper renuerunt. Nam is Turrhenus patre Elbio Etruscorum regum vltimo, ad lacum Vadimonis cæso, equidem ad reddendam vrbem Etruriam anno secundo Olympiadis centesimæ ac vigesimæquartæ allici potuit, sed ad recipiendũ Latinas literas nunquam persuaderi potuit. Hæc Cato. Sane quidã nõ vulgariter existimant hunc Menodorum fuisse pa-

trem

trem Mœcenatis, quia magno ardore semper secu-tus fuit partes Iulij Cæsaris. Nam & Appianus in v. lib. de bellis ciuilibus ait Menodorum Turrhenū parata classe pro Iulio Cęsare contra Pompeium iu niorem, superasse Menecratem nauali prælio. Causa autem cur Turrheni nunc Viterbenses partes Marianas & Cæsarianas secuti fuerint, facile habetur ab eodem Appiano in primo libro, quia sub Sylla soli Turrheni & Vmbri proprio solo vexati sunt, quare cum Marius ex Aphrica cōtra Syllam regrederetur, in Turrhenam adnauigās ad sex milia Turrhenorum vt scribit, sibi adiunxit, cum hisq; ad Cinnam profectus pergrate ad belli societatem admissus est. Et de his hactenus. Satis est ab auo Menodori susceptas literas Latinas ab Etruria vrbe; paulò ante Augustum & Mecœnatē, & ob id Etruscos ea ætate inassuetos linguæ Latinæ molli, ac dissoluto stilo scripsisse, vt de Mecœnate in secundo Saturnalium scribit Macrobius. Ergo quia molli ac dissoluto stilo hi versus compositi sunt, idcirco excisi et æditi fuerunt ætate Mecœnatis. Liceat tamen cuilibet vt libet opinari. Exponamus igitur eos hoc pacto.

A *Mœcenatis pater.*

B

C

FAVL, quatuor literæ sacræ sunt Fani Volturnæ adhuc ita dicti. Est enim FAVL Volturnæ sub sidēs campus, ab ipsa natura spectaculum, & Luco quàm aptissimum productus, vndiq; quatuor cauis distinctisq; collibus cinctus Arbano, Tusso, Vetuleto, & Volturno, vt egregie descripsit Virgilius in octauo Æneidos cum Æneam transito Minione inducit Egelido amne lustratum promeruisse allocutionem Veneris. Est autē Egelidus riuus in reducta valle quarto miliario à Fano siue Faul distans, adhuc nomen à frigiditate vulgo Fredanum retinēs, sicut illi proximus Caldanum à caliditate. Itaq; Virgilius cum transito Minione qui decimo lapide distat à fontibus Egelidi amnis Æneam vidisse è vicino Fanum, & illi vicinas legiones Etruscas inducit, ita Fanum ipsum describit. Est ingēs gelidum, lucus prope Ceritis

Faul.

Egelidus.

D

Caldanus.

A ritis amnem. Religione patrum late facer, vndique colles Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingit. Syluano (fama est) veteres sacrasse pelasgos Aruorum pecorisq; deo, lucumq; diemq;. Omnes hæ partes descriptionis Faul Volturnæ conueniunt, vt ad sensum cernimus. Faul enim est xv. lapide, itinere Cassiano prope amnem Ceritis, id est, Minionem, vt recte Seruius exposuit, quia is amnis ad ius Ceritum pertinebat. Et hic Lucus et fanum Volturnæ, erat religione patrum Lucumonum sacer, non B priuatis ciuibus tantum, sed late omnibus accolis, &. xii. populis vt significat Seruius. Erat enim Fanum Volturnæ regium, Lucumonibus curia templum, ad quod teste Liuio indicebantur concilia. 12 populis. Cernimus eundem Faul cinctum vndiq; quatuor tetrapolis ipsius collibus vt diximus. Arbores crematæ sunt, postquam Christi fides suscepta fuit, iuxta dei mandatum Deuteronomij. 12. cap. In Volturna adhuc est vicus, quem Seuaston pana vocabulo pelasgico dicimus, id est, Augustalē Syl- C uanum. Est enim Pan Inuus Syluanus idē, teste Seruio super Æneida & Georgica. Aruorum pecorisq; deus Vertumnus Pomonus pater Ianus Etruscis erat, vt probauimus in commentariis super Vertūnianam Propertij in. 3. antiquitatum Berosi. Itaque duo argumēta sunt, Faul veteres post Ianum secun-

Pan. do sacrasse pelasgos, tum quia Volturnę vicinus est *Inuus.* campus Pelasgi adhuc dictus, tū vel maxime quòd *Syluanus.* Augustalem Syluanum Vertumnum vocabulo pelasgico Seuaston pana dixerunt. Vnde & Vertum-

D nus deus erat princeps Etruriæ, vt ait Varro in. 1. *Seuastus.* de lingua Latina. Et hæc ratio soluens dubium tale *Pan.* Cum locus Fani Faul dicatur, & in compluribus *Vertūnus.* nummis argenteis & æreis id idem seruetur, cur in quibusdā vltima sacra litera p ponitur, & scribitur Faup? Responsio in promptu est, quia duobus dicatum erat Fanū, scilicet Lucumonibus quibus erat curia tēplum, et Aruorū pecorisq; deo Pomoni Syluano. Primo modo dicitur Faul. i. Fanū almæ Volture

turnæ Lucumonũ.Secundo modo Faup.i. Fanũ almæ Voltumæ Pomoni,aruorum pecorisq́ dei, dicente eodẽ deo in Vertumniana Propertij de seipso. A

Pastor & ad baculum possum curare,vel idem Serpiculis medio puluere ferre rosam. Nam quid ego adiiciam,de quo mihi maxima fama est.Hortorum in manibus dona probata meis. Ergo est Faup Fanum almæ Volturnæ Pomoni, aruorũ pecorisq́ dei,vt in dictione Pomonus & Pomona vidimus institutione prima.Ab his quatuor sacris literis introitus Faul siue Faup dicitur in contractibus porta quadriæra,quia quatuor æreis denariis insculptę erant istæ quatuor literæ,dũ sacraretur. Teste enim Plutarcho in vita Romuli,Etrusci sacrãt Olympũ mysteriis et literis quibusdam.Quòd si excellens sit locus,æreis literis sacrant,vt de ilice Luci Vaticani Etrusci. Plinius significat in.14. libro naturalis historiæ,cap.61.dicens: Vetustior vrbe in Vaticano est ilex,in qua titulus literis æreis Etruscis,religione arborem tum dignam fuisse signat. Hanc ilicem Vaticani inter sanctum Petrum et castrum sancti Angeli fuisse memoria antiqua seruat, quam Eugenius pontifex Maximus, in valuis ecclesiæ sancti Petri æreis exculpsit, vt patet aspicienti valuas æneas. B *Ilex.* C

FALVCERES sunt Fani ciues,circum Fanum incolẽtes,Arbani,Tussi,Vetulones,Volturreni,vt dictione Falucer et Luceres in prima institutione vidimus.Vetulones hostiis placant Volturnæ Volturnum.Dictione Volturna diximus de IanoPomono Volturne deo principe.Vetulones, Vetulonia et Vetulonienses, deriuationẽ habent à Vetuleto,vna ex quatuor partibus tetrapolis Etruriæ, vt in superioribus exposuimus. Et in.XL. quæstionibus Anniis copiose probauimus. Placant autem sacrificio expiatiuo,quo expiauerunt vrbem et lustrauerunt exercitum ab impietate Mezentij. *Faluceres.* *Vetuletum* D

PELLVNT Agillum tyrannum. Agillũ tyranũ appellat Mezentium Larthem Etruriæ regiæ cuius *Mezentius Agillus.*

impietate

A impietate atq; crudelitate diutina fessi ciues, illumq; ad supplicia exposcentes, fugatum viderunt, vt historiam integram in octauo Æneidos, Euāder refert Æneæ: quem ad Lucumones pro auxilariis legionibus mittebat in Lucum ingentem siue Fanum Vol turnæ, vbi congregati erant, & in cuius latis aruis Turrheni & Tarcon rex tutis tenebant castra locis. De hoc Tarconte ita subdit Agillæ stultitiæ succedit Tarcon & Ocnus. De vtroq; loquitur Virgilius De Tarconte quidem rege, qui legiones dedit Æneę

Tarcon.

B contra Turnum et Mezentium, loquitur pluries in octauo Æneidos et in decimo. De Ocno verò conditore Mantuæ in x dicit. Ipse quoq; patriis agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantus, et Thusci filius amnis, id est, Tyberini, qui ante Mezentium Larthes fuit Etruriæ et contra Glaucum filium Minois apud Albulam dimicans in fluuiumq; submersus nomē Tyberi dedit: vt in Anniis quęstionibus, et in commentariis super tertium fragmentum Catonis probauimus. Sane sciēdum est, tres fuisse Tarcontes. Primus fuit filius Turrheni Mæonis, et frater Trasimeni, vt Berosus in secundo antiquitatum

Ocnus.

Tyberinus

Tarcontes tres

C in genealogiis notat. Huic teste Strabone in. v. libro pater ob prudentiam, condēdarum. vii. vrbium ministerium delegauit, et inter eas à se nobilē Tarquinas vrbē posuit. xv. vt cernimus lapide à Fano Vol turnæ. Hæc enim tria. xv. lapide à Volturna distant, à fronte Volsinæ, à sinistris Tarquinæ, et à tergo Mi nio itinere Cassiano. Secūdus Tarcon fuit, qui Euādro Palatinum collem permisit, et vt Solinus in col lectaneis significat. Cacū in vincula coniecit. Hunc

Tarquinæ.

D teste Manethone secuti sunt Larthes Etruriæ Tyberinus pater Ocni, et Mezentius. Quo fugato successit tertius Tarcon et post eum Ocnus, vt Virgilius insinuat, et Manethon exprimit, et hæc excisa tabula testatur, et nos in historia Etrusca narrauimus.

Sic Turrhena Ethuræ Longhola sancta manet. In tabula Turrhena Ethuræ cum aspiratione sunt scripta, cum sine aspiratione hoc loco scribi debuissent,

essent: vt in prima institutione significauimus. Sed A ea ætate vt diximᵘˢ, Etruria vtebatur molli & dissoluto stilo & orthographia. Longola dicitur à vico longo, sicut Vetulonia à vico eius Vetuleto. *Longola. Par.* Est autem idem para & Lōgola. Nam vt ait Samuel Talmudista, quos Græci & Latini vocant Persas, Aramei & Hebræi vocant à dignitate principatus parazim, id est hastatos consulares. Par enim hastam & sceptrum Aramei vocant, quia antiquitus hasta pro sceptro et corona reges vtebātur, vt asserit Trogus & Iustinus vltimo epitomate. Græci vero Longen vocant hastam, & Longolam hastatam. B Quare pars Etruriæ dicta vocabulo vetusto para Tussa, eandem Pelasgi qui sacrauerunt Fanum lingua sua dixerunt Longolam Tussam, ad distinctionē Tussæ Nanæ. Latinæ item dicimus hastatam Tuscam, vt copiosius fuit expositum in. XL. Anniis quæstionibus. Latini verò absolute Tussam siue Tuscam pronuntiant, vt in prima institutione absoluimus. Longola autem est duplex. Vna in Latio secus mare, in Volscis circa Tarracinām, vt Liuius inducit C in secundo ab vrbe condita. Ergo quia in Latio est scribi debet sine aspiratione Longola à longitudine dicta. Hæc autē nostra, quia nec vicus ille longitudinē habet, nec est in latio, & per interpretationē potius Para dicitur, idcirco cū aspiratione dicitur Lōghola in Tuscis Transcyminiis, de qua Liuius in nono ab vrbe condita dicit. Postero die repetitis auspiciis dictator Papyrius, cum legionibus nuper conscriptis ad terrorem Cyminiam syluam traductī exercitus profectus peruenit ad Longholam. Et D acceptis à consule Martio veteribus militibus explicauit acies, nec hostes detractauere pugnam. Quidam iuuenis ex Flaminia superioribus annis cū publice disputationes quotidie de hac patria fierent, dixit Liuium loqui de Longola Latij, quia dictator Papyrius dictus fuit pro bello Samnitico, cui præerat consul Martius vt scribit Liuius, & nō pro bello Etrusco Transcyminio, cui præerat. Q Fabius ad

A lacum Vadimonis. Vnde et veteres milites á Martio non á Fabio accepit. Dicebatq; quód putabat esse verum, quód eodem tempore Papyrius in Samnio pugnabat, quo & Fabius in Etruria ad lacum Vadimonis, & ideo non potuisse interesse Papyrium pugnæ Transcyminiæ ad *Longolam*. Huic respondimus primo falsum esse quód eodem tempore fuerit vtrobiq; pugnatum, quia litera Liuij est in contrarium. Finita enim pugna Etrusca, subinde in
B quit pugnatum est in Samnio. Quód veró acceperit veteres milites á Martio consule, equidem verũ est. Sed vt ait *Liuius* ad *Longolam* vbi expectabat eos recepit cum legionibus ad hunc Cyminium terrorem nouiter cõscriptis, et vbi explicauit acies contra hostes ibi paratos. Porro hostes parati non erant in maritima Longola cũ nullũ ibi esset bellũ, sed in remotis montibus Samnij & Cyminiis. Quare conuincitur, vt si nullum bellum, nullus hostis erat in maritima Longola, sed actu præsens in Etrusca vtiq; Papyrius non explicauit acies in *Lon*
C gola maritima *Volsca* sed *Etrusca*. Quod vero obiecit ꝙ creatus est Dictator pro bello Samnitico, consequens est vt nõ pro bello Volsco, & ob id nec ad Lõgolam *Volscam* explicasse acies. Et cum pro his adductus esset Liuius, & hæc ibi lecta, multa ille iuuenis submurmurans, dixit, se in futura desputatione omnino probaturũ, ꝙ nullo modo Papyrius interfuit bello *Etrusco*, Sed cũ in palatio dominorũ vbi res gerenda est, non affuisset (nam in Perusiam festinauerat) noster *Vetuloniensis* Ser Thomas Vel
D trinus vices illius accepit, & his validissimis argumentis obiecit. Primo quia pœna capitis mulctabatur Dictator, si iniussu Senatus, alio proficisceretur, quàm in prouinciam sibi delegatam, quæ Papyrio Samnium erat decreta. Respondi primum quód iussu Senatus id fecit, qui teste Liuio nuper atque nouiter legiones conscripserat pro terrore Transcyminio non Samnitico. *Et* ideo Dictator ad eam Longolam illas deduxit, vbi erat terror Transcyminius

minus. Et ita iussu Senatus illo traduxit legiones. A
Deinde argumētum in eum sic verti. Pœna capitis erat alio descriptas Legiones ducere, quàm in prouinciam pro qua conscribuntur, aut alibi pugnare & explicare acies. Porro non fuit Papyrius dictator creatus pro bello maritimo Volsco & Longola Volsca, neque Senatus nouiter scripserat Legiones pro terrore Samnitico vel Volsco, sed Transcyminio. Quare nullo pacto has legiones duxit in Samnium, neque in Longolam Volscam, neque ibi explicauit acies vbi nullum erat indictum bellum, sed B
bene hæc omnia conueniunt Longolæ Transcyminiæ vbi hostes parati Etrusci & finitimæ Vmbriæ, vt ait Liuius, cuius terror percusserat vrbem, & Senatum coëgerat ad nouiter Legiones cōscribendas quibus actu indictum bellū & non Longolæ Volscæ. Secunda obiectio fuit ista: Vnusquisque triumphat pro bello quod gessit. Porro Fabius triumphauit ob egregie perdomitam Etruriam, & non Papyrius, vt ibidem Liuius est author. Quare Papyrius non gessit bellum Etruscum. Ad hoc responsum C
fuit, aliud esse bellum gerere, aliud succenturiari. Conceditur igitur quòd Papyrius non gessit bellū Etruscum, sed Samniticum, & ideo vterque de suo bello triumphum retulit. Ante tamen bellum Samniticum quod subinde gestum est vt loquitur Liuius, territa vrbs de profectione Q. Fabij qui teste Liuio dicto in Sutrio Papyrio dictatore, transgressus fuerat Cyminia iuga circa lacum Vadimonis, mox conscripsit legiones ad succenturiandum Fabio, quia vt ibi exprimit Liuius D
terror fuit vrbis, ne subito cohortibus Etruscis & Vmbris exercitus intercluderetur, quia vt patet ad oculum, Fabius cum exercitu stans in hac planitie, habebat à fronte Volsinenses, à sinistris Tarquinenses, à dextris Etruscos & Vmbros Tyberinos, à tergo sola iuga Cyminia versus Longolam, quæ nisi Legionibus Romanis custodita fuisset, funditus interclusus fuisset exercitus, & non potuisset,

A vel retro referre, neq; à fronte aut dextris vel à sinistris procedere. Et ideo clare dicit Liuius, quòd ad hunc terrorem tollendum, nouiter conscripsit legiones Senatus, cũ quibus profectus peruenit ad Longolam Trãscyminiam dictator, & explicauit acies ad succenturiandum & custodiendum iter Transcyminium, ne intercluderetur exercitus, & non ad pugnandum iusti more belli. Tertio sic obiecit. Hæc pugna Transcyminia pugnata fuit vsq; Perusiam,
B quia induciarum fregerat fidem, vt ibi ait Liuius. Ergo non fuit ibi Papyrius, qui pugnabat in Samnio Responsum est, quòd consequentia est falsa, simul & adsumptum. Consequentia quidẽ, quia fuit ibi Papyrius (vt diximus) antequam pugnaret in Sãnio, quia subinde ac perdomita Etruria, ipse gessit bellum Samniticum. Adsumptum quoq; falsum est, quòd ea pugna Transcyminia eo anno pugnata fuerit vsq; Perusiam, aut quòd Perusia induciarum fregerit fidem, quia teste ipso Liuio ibidẽ, egregie perdomita Etruria regia, nõ processit ad Volsinien-
C ses à fronte Fabius, nec à sinistris ad Tarquinienses, nec à dextris ad alios Tyberinos Etrusci nominis & Vmbros, sed sequente anno illos Decius consul subegit. Quod vero ait pugnam Transcyminiam pugnatam vsq; Perusiam, vtique Liuius nõn affirmat, sed per opinionem refert dicens quòd quidã id aiunt. Et ideo tãquam veritati non coherens opinio reiicitur. Hactenus de Longola, id est Para Tussa, de qua excisus lapis dicit, quòd sit expiata impietate Mezentij & succedentibus religiosis Tarcone
D & Ocno. Longola Turrena vrbs Etruriæ mansit sancta, id est pia ex religionibus vt prius dedita.

SEQVITVR.

Quaternus Populus Etruscus. ETRVSCO QVATERNO POPVLO. Quatuor partibus constabat tetrapolis Etruria vt diximus, Arbano, Vetulonia, Para Tussa, siue Longola hastataq; Tusca, & Volturna. Et ideo referens ad has quatuor partes Helius Spartianus dixit quòd Antonini prj omnes ædes in tota Etruria examẽ apum compleuit,

uit, quia in qualibet parte vrbis Etruriæ paternas A
ædes habebat. Erant autem absque mœnibus quatuor magna oppida vsque ad Desyderium regem vt dicemus in quinta tabula. Et ideo quaternus Etruscus populus dicebatur: Et seorsum enumerabantur, Arbani, Tuscanienses, Vetulones, & Volturreni, vt patet in tertio naturalis historiæ capite sexto Plinij, & in Myrsilo de origine Italiæ. In authoribus vero historicis & poëtis, confunduntur nomina, quia interdum totum pro parte, interdum pars pro toto accipitur. B

TABVLA TERTIA VNA EX CIbelariis.

Duæ tabulæ excisæ Marmoreæ quæ Corsetus repperit, Cibelariæ idcirco dictæ, quòd in prædiis tursitæ Cibelis, & colle eius hactenus Cibelario dicto, repertæ sunt, vbi paulopost astante curia quæ cum beatissimo Alexandro. VI. Pont. Maxi. Viterbum se contulerat, effossæ fuerunt triumphales statuæ vetustissimæ, minio illitæ, Cibelis, Iasij, Armoniæ, Vestalis, & Electræ. Sub statua Iasij carmen rhythmicum, antiquis C literis & verbis Etruscis excisum, in Latinum ita vertitur.

Cibelariæ tabellæ.

Iasio acclamauit Herculeus, Dux inuicte, inuicta corona:
Anno ætatis suæ trigesimooctauo. Sub Cibele hoc carmen exciditur, ita dicens.
Veiuzo hospita Isis, Hospitata est epulatrix.
In domo Tylæ sponsæ decoræ regis Sypi:
Anno ætatis eius quinto decimo.

Prima igitur tabula marmorea magna, excisa est literis Græcis, & vetusta orthographia Græca, cuius hæc est in Latinum traductio. D

CORITINA desponsatio cum Electra Atlai Kityi, iam dudum pertransiuerat.

ET MAXIMA Isis frumentaria atque Panifica, concessit ad nuptias Iasij filij Coriti, in habitaculũ turritæ Cibelis spõsæ Iasij, in prædio Cibelario, ad fontem Cibelarium, paulo sub Vadimona palatia.

A ET PAVLO post à scelerato fratre Dardano Iasius male periit in agro Iasinello, ad Thermas Iasinellas in Theiscis.

ET QVIDEM ista regia fuit reparata, primum quidem à Pipino, posterius vero à Marsia Turrhenis principibus, ad æternam gratiam & monumentum rerum.

LAPIS vetustissimus repertus sub his verbis. Omnium primus Cameses cum patre suo Iano, & Ry Comero Gallo, Vetulonos colonos supra bal-
B nea statuit. Et post pusillum iuxta istos castellum fundatum fuit à Lybio Ægyptio, qui cognominatus est Hercules Celsus. Sed ante hunc Herculem Celsum, Sabatius Sāgni pater Sabinorum atq; Samnitum, villam posuit in Volturrenis Trossis in Celeni regione.

ALTERA TABVLA CYBELLARIA IN ORDINE *quarta, hæc est.*

EPigramma Araratheum in Vetulonia repertum ad portā Vetuleti, sub his verbis, Om-
C nium primus Cameses cum patre Iano & Ry Comero Vmbro patre Vmbrorum dedit Vetulonos habitatores ante Balnea. Iuxta hos posuit munitionem Libyus Ægyptius, cuius prænomen Hercules Celsus, & prius isto Hercule Celso Saturnus Sangni dedit munitionem in ferocibus in bello, & castellum Camsancti siue panos Seuasti & castellum Fenestræ, & castellum Lucernæ. Hucusq; tabulæ Cybellariæ, tertia quam Corsettus afferre pollicitus erat funditus periit. Vnde has duas breuibus exponemus.

D

PRAEDICTARVM TABVLARVM EXPOSITIO

HAs igitur tabulas quærendo exponemus. Principio quæritur. Si Etrusci semper horruerunt literas Græcas & disciplinas, vt supra fuit expositū, cur has antiquitates Græcis literis seruandas tradiderunt? Ad hoc ex dictis

ipsius

ipſius Catonis reſponderi poteſt, qui teſte Plinio in vigeſimonono libro naturalis hiſtoriæ capite primo ad filium ſcribens,his verbis vtitur. Dicam de iſtis Græcis ſuo loco Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quòd bonum ſit illorum literas aſpicere non perdiſcere. Vincam nequiſſimum & indocile genus illorum. Et hoc puta vatem dixiſſe,Quandocunq; iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet Hæc Cato vt Plinius refert. Itaque quoniam bonum eſt Græcas literas aſpicere nõ perdiſcere,vtique Etruſci ad perdiſcendas eorum literas et fabulas atque mendacia magis quàm diſciplinas nunquam inclinati fuerunt, ſed bene rectéque aſpexerunt illas, et permiſerunt vt patriæ antiquitates ſcriberentur literis Græcis et Latinis, quia niſi ad honorem non pertinebat hoc genus ſcribendi.

A

B *Græcas literas non perdiſcendas eſſe.*

SECVNDO Quæritur quo tempore fuerunt exciſa? Reſpondetur, quòd coniectura eſt circa tempora conditionis Romæ has tabulas fuiſſe permiſſas ſcribi literis Etruſcis. Nam teſte Archilocho in epitheto temporum, ſuper quem iam commentaria confecimus poſt euerſionem Troiæ, aliis et aliis temporibus octo Homeri claruerunt, quorum qui eximius poëtarum eſt,fuit ipſi coætaneus et vicit Olympico certamine,Olympiade vigeſimotertio, quæ fuit circa trigeſimum annũ Numæ Pompilij,vt patet in Euſebio.Eo anno vt aſſerit,fuit ipſius tributum emendandi literas ſimul et linguam Græcam,quas ſemibarbaras et rudes Cadmus retulerat in Græciam. Quare hæ tabulæ pauloante Numam exciſæ fuerunt, quia ruditatis antiquæ ſunt plenæ. Nam orthographia eſt vetuſta,quia *Ve*tuloniã ſcribit per ου,et ε,doctrinaHomerica poſtea ſcribitur per β,et η,βητουλονια.Rurſus ſcribit *Sã*gyn per σ τ η,cũ per duplex ττ ſcribẽdum dictauerit *M*ę on Homerus. *S*imiliter poſt Marſiam et Pipinum Larthes Etruriæ fuiſſe exciſas, tabulæ ſunt teſti-

C

Homeri octo.

D

A monio, quæ illos nominant. Floruit autem Marsias, Etruriæ Larthes, quinto & septuagesimo anno ante Romam vrbem conditã, vt probauimus in Etrusca historia et Chronographia, quam contra Eusebium, & alios corruptores publicorum temporum conscripsimus. Quare post Marsiam, & ante Numam circa conditionem vrbis Romæ, excisa sunt hæc marmora.

Atlantes tres. TERTIO Quæritur quis fuerit hic Atlas & Coritus. Respondetur iuxta Seruium super. VII. Æneidos, tres fuisse Atlantes. Primus maximus: Maurus

B dictus, quia teste Diodoro Siculo in quarto libro in Mauritania obiit. Postremum sibi finxit Græcia

Italus. mendax. Inter hos fuit Atlas Italus socer Coriti & pater Electræ, quem Aramei ac diuinæ literæ vocant Kitym, id est, Italum, à quo Italia primo nomen habuit circa Tyberim, in quo sunt loca à Siculis qui venerunt cum Italo à Sicilia primũ habitata, Phalaris & Phescennium, et circa Tybur Siciliensia, vt ait Dionysius in primo libro. Vnde tam in Latio quàm agro Etrusco vallis Sicania et

C loca Sicania sunt. Hic Atlas Italus, fuit frater Hesperi regis Hispaniæ, quem teste Igino et Beroso ab Hispania pepulit in Italiam, quo tempore, quia Larthes Etruriæ posthumus in cunis erat, qui nomine dicebatur Cambo, vt in. II. et. V. antiquitatum dicit Berosus, et cognomine vocabatur Ianus iunior, vt Iginus et alij significant, vbi scribunt, Iani ope atq; permissu Italum condidisse Capenam, idcirco infantis tutelam in Turrena sede suscepit Hesperus, et ob id, vt ait Iginus, tam Hispania quàm Italia

D Hesperiæ, ab eo dictæ sunt, et non ab Hespero sy-

Hesperiæ. dere quo nauigant in Italiam et Hispaniam, sicut somniat Græcia mendax, quia eadem ratione Gallia esset tertia Hesperia, quia eo sydere nauigant in Galliam. Itaque hic dicitur Atlas Kitym, id est Italus pater Electræ, per distinctionem ab aliis duo

Coritus. bus Mauro et Græco. Coritus autem hic dicitur Ianus iunior, pater Dardani et Iasij. De his vt

Iginus,

Iginus,ita ante illum Fabius Pictor de origine vr- A
bis Romæ ita dicit. Prima origo Romæ fuit collis
capitolinus,à Saturno cultus & Saturnia dictus.Se
quens hunc Auentinus fuit habitatus ab Atlante
Italo,è Sicilia illo aduecto contra fratrem suum He
sperum,in cuius tutela erat Etruriæ imperium, ad-
huc Iano puero & immaturo ad munera regia &
regni.Porro Italus dimicare, à Iano & Etruscis pro
hibitus,in Auentino consedit , ad cuius radices iu-
xta Tyberim ope atque consilio Iani, Capenam Capena.
oppidulum condidit,& regionem eius permissu Ita B
liam dixit.Mox Hespero fratre rebus humanis ex-
empto, Italus in tutelam Ianum & Etruriam susci-
piens, omnem regionem circa Tyberim vltro ci-
tróq; à se Italiam dixit extinctis alijs cognominibus
priscis.Ab hoc loco Fabij Seruius super æneida scri
bit Italum cum Siculis in loca circa Tyberim ve-
nisse,& à se Italiam primo dixisse,esseq; argumento
loca dicta Siciliensia vel Sicania. Similiter & Soli-
nus, vt Tortellius noster Aretinus scribit, ab hoc
Fabij loco excerpsit, Italum iuxta Tyberim ædifi- C
casse Capenam ope,consilio,& auxilio Iani , à qua
portæ Capenæ nomen fuit. Sequitur vero Fabius
de tertio colle Palatino,quòd fuit tertius in origine
vrbis Romæ,sic dicens:Suscepto Italus Italiæ im- Roma.
perio,tum filiam suam Romam nomine, Aborigi-
nibus & Siculis in Latio præfecit.Quæ Capena re
licta.Palatinum collem medium tenuit,& oppidū
Romam condidit in eius vertice vbi hæret exquili
no. Hæc Fabius.Ergo Italus Atlas,est qui in hoc lo D
co scribitur pater Atlantis Electræ,& socer Coriti
Iani,cuius in regia Thuscorum & Italiæ sede tute-
lam suscepit,& illi filiam suam infantulam Electrā
vxorem pro futuro imperio locauit, vt Berosus in
quinto antiquitatū exprimit,super quem exigemus
cōmentaria. Et notandum quòd Iano huic vt dixi-
mus nomen fuit Cambo,& dignitatis nomen Co-
ritus id est Iuppiter,vt probauimus super Berosum
& in Annijs quæstionibus, in quibus exposuimus

A vrbes & oppida q̄ condidit in hac Turrhena sede.

Italum regnasse in Volturna. QVARTO Quæritur vbi regnauit Italus. Respõdetur quòd regnauit in Etruria tetrapoli. Id probatur argumentis communibus, proprijs, & authoribus. Commune argumentum est, quia vel regnauit circa Tyberim in Capena, vel circa Tyberim in Volturna quæ Etruria regia. Circa enim Tyberim consedit cum Siculis, & eam regionem à se nominauit Italiam, vt Seruius & cæteri conscribunt. Porro non regnauit in Capena, quia non potuisset dici
B rex Italiæ sed Latij regulus. Nam ante Romanorũ imperium à tempore Iani, & deinceps solum penes Thuscos imperium totius Italiæ fuit cuius regia fuit Volturna nec quispiam potuit esse regulus in Italia, nisi permissu Larthis Etruriæ, vt Fabius Pictor scribit, & nos in commentarijs nostris super eum, & quæstionibus Annijs copiose probauimus. Quare in regia Volturna regnauit. Alioquin, non modo non potuisset dici Italiæ
C rex, sed ne regulus quidem. Aliud commune argumentum est, authorum dicentium quòd ibi regnauit circa Tyberim Italus, vbi fuerunt vrbes ante Pelasgos habitatæ à Siculis, vt Capena & circa Tybur loca. Cæterum in Thuscia Veientana, circa Tyberim sunt Phescennium & Phalaris vrbes, ante Pelasgos habitatæ à Siculis, vt asserit Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Quare Italus commune imperium tenuit circa Tyberim, vltro in Latio, citroq; in Thuscia. Sed nullus ante Roma-
D norum imperium regnauit citra Tyberim in Thuscia, simulq; vltra in Latio, nisi Larthes Etruriæ, vt omnes concedunt qui de imperio Thuscorum post Ianum scribunt. Quare Italus haud dubie fuit Larthes Etruriæ. *Italus Larthes.* Tertium commune argumentum sumitur ab externis authoribus ex vocabulo Kityn. Sint igitur hæ pro hoc argumento institutiones. *Cetym Kityn.* Distant Cetym & Kityn. Nã Cetym est vrbs Macedoniæ, adhuc dicta terra Cetym, de qua in primo libro Maccabeorum dicitur: Alexander Philippi

Macedo,

Macedo, egressus de terra Cetym, percussit Darium regem Persarum. Porro Kityn fuit Italus Atlas, vt hæc tabula indicat, & Berosus in quinto antiquitatum testatur, & Aramei atque Hebræi asserunt. Vnde à Kityn, id est, Italo diuinæ literæ Italiā dicunt Kityn. Et in septem locis diuinæ historiæ ponitur Kityn, scilicet Genes. decimo capite. Et Numeri. xxiiii. Bis quoque Kityn vocat Esaias capite. xxiii. semel capite vltimo. Semel Hieremias capite secundo. Semel *Ezechiel* vigesimoseptimo. Codices quidam latini mendosi sunt in quibusdā his locis. Scribunt enim Cetym pro Kityn, quia Kityn est scribendum, vt patet in textu Hebræo. In his igitur septē locis. LXX. interpretes Kityn interpretātur Italiam, diuus verò Hieronymus quandoꝗ interpretatur Italiam, quādoꝗ proprium nomen Itali in sua lingua reliquit, vt est illud Hieremiæ. II. cap. Ite in Kedar & ad insulas *Kityn*, & videte quia gēs nō mutauit deos suos, Israel aūt mutauit me in idolū. Vbi septuaginta ita interpretantur. Ite in Cedar & ad insulam Italiā, quia gens non mutauit deos suos. Appellat aūt Hieremias Italiam insulā, quia vt cernimus, & Liuius in quinto ab vrbe condita dicit: Italia instar insulæ cingitur supero & infero mari. Non mutauit autē deos suos in Etruria tantū, quia teste Myrsilo & Dionysio Halicarnasseo, soli *Etrusci* non mutauerunt deos suos vetustissimos Vadimona, Vertumnum, Horchiam & Razenuum, cū his differant ab omnibus etiam Thusciæ populis vicinis, nedum Italiæ & Mæoniæ. Alia institutio sit ꝙ Hebr. periti Romanos vocāt Romanym, Italos vero circa Tyberim dicūt *Kityn*, ꝗa Italus qui & proprio noīe *Kityn* dictus est, solū circa Tyberim consedit & regnauit vt exposuimus. Ex his institutionibus hoc cōmune argumentum venit. Ibi circa Tyberim regnauit Italus, vbi gens seruauit semper vetustissimos deos suos. Quæ cum sola gēs *Etrusca* regia fuerit, vt authores docent, necessario sequitur vt in tetrapoli *Etruria* regnauerit Italus.

Italia insula.

Sequuntur

A Sequuntur argumenta propria, ab eius proprio nomine, cognomine, nominibus filiarum septem Pleiadum, & vxoris eius Pleionæ. Ibi enim regnauit Italus, vbi locis & titulis imposuit nomen suum proprium & cognomina, quia ad fulgorem ac memoriam rei gestæ, veteres imponebant sua nomina montibus, fluminibus, & locis aliis, vt in quarto antiquitatum Berosus dicit, & nos in commentariis super eum probauimus. Et ideo à nominibus est validissimum historiæ argumentum, vt Liuius arguit

B de amplitudine imperij Thuscorum in quinto ab vrbe condita. Cęterum nomen proprium Itali in sola tetrapoli Etruria permanet. Tota enim pars *Vol*turnæ superior dicitur. Sic Kity Aryn, id est domicilium Itali sublimis, vt Talmudistæ interpretantur. *Et* circa extima parazoli Volturnæ, tituli septē sunt, inscriptis literis *E*truscis, qui latine dicunt. *Ti*tuli patriæ Kytei, hic sunt ad memoriam. Monti quoq; ac riuo subcyminio Volturnæ, Ry Atlao est cognomen, vulgo Ry Tlao. Duobus collibus, alte-

C ri in subcyminiis, alteri circa lacum Volsiniensem, nomen est vulgo Mon Taliano, pro Italiano; quia vulgus Etruscum sæpe truncat primam syllabam in nominibus gentilibus & localibus, vt pro Philippo, Nicolao, Ogygiano Ry Osiri, Ry Atlao Italiano, proferimus Lippum, Colaum, Gygianum, Ry Syrim, Ry Talum, *T*alianum. Lacus quoque *V*olsiniensis à Plinio in secundo naturalis historiæ dictus est lacus magnus Italiæ. Aut ergo genitiuus istæ Italiæ, construitur appositiue ab isto nomina-

D tiuo lacus in habitudine denominationis cōmunis Italiæ aut propriæ. Non communis, quia falsum est in communi Italia hic sit lacus magnus sed valde paruus. Quare constituitur in habitudine propriæ denominationis, secundū q; antiquitus à propriis limitibus suis denominationem habuit. Finiuntur enim limites ipsius lacus à fronte & dextris cum Volsiniensibus, à sinistris cum Tarquiniensibus, in quibus cōnumerantur Tussi Nani, & à tergo

cum

cumEtruſcis. Vnde & oppidum in ore lacus deletũ à Romanis, quod adhuc noſtrum eſt, & nomen illi Cort, Noſſa, Liuius in. vi. ab vrbe condita dixit eſſe Etruſcorum non Tarquinienſium. Quare à limitibus denominationes habet, & dicitur lacus Tarquinienſis & Italiæ, at Volſinienſis ab eodem Plinio. Deſyderius quoq; rex, cum totum lacum Viterbẽſibus decreto reſtituit, rationem reddidit quare lacus magnus Italiæ dictus fuit antiquitus, quia inquit ager Vetulonus antea fuit Italiæ dictus à ſede Itali ibi decreta. Argumento quoq; eſt vxoris Itali Pleionæ nomen inditum monti Pleionico, quẽ corrupte vulgus profert Pleiobicum, non procul Ry Atlao. Rurſus locum generationis & patriam Pleiadum vetuſto vocabulo Cercinas Mauri vocant, vt Diodorus in quarto libro indicat. Nam vt quidam Talmudiſtæ dicunt, Scythæ & Aramei antiquitus Pleiades vocabant Cercinas ſicut latini Vergilias & pullicinellas. Cæterum nuſquam in Latio, ſed in parte Vetuloniæ eſt regio Cercinæ. Quare in Vetulonia Atlas ex Pleiona Pleiades ſuas Italas genuit. Denique in agro Etruſco fluminibus & oppidis nomina Pleiadum manent. Nam inter Volturnam & lacum Vadimonis viculorum fundamenta interpolata apparent, quæ ab Ameroe dimi-nutiue vulgo Amerella, & à Plinio nepote Amerina prædia dicuntur, in epiſtola de lacu Vadimonis ad Gallum. Ab Alcione vero, quis dubitat dici, Alcion fluentum, quod interfluit regiam Etruriam, & diuidit Vetuloniam, Volturna. Celeno oppidũ noſtrum adhuc incolitur, cui in vicino nõ deeſt ſui amatoris vetuſtũ oppidũ Oriona dictũ. In iugis noſtris Cyminijs Maiæ oppidum deletum eſt, vbi Maiæ muros dicimus, à quo Maia & Maienſis vetuſtiſsima Viterbenſis familia. Mons quoque Mon Aſteropus, quem ab Aſterope dici nemo dubitat. Sit igitur hoc vnum inexpugnabile argumentum. Vbi circa Tyberim hæc omnia ſimul collecta reperiuntur Itali videlicet, Domicilium

A

B *Pleiona.*

Pleiades. *Cercina.*

C

D *Maiæ muri*

A micilium, tituli, nomina propria, & cognomina, itemq; & vxoris ac filiarũ patria & oppida atq; nomina, ibi necessario consedit, regnauit & consenuit. Cæterũ nusq̃ hæc omnia simul collecta circa Tyberim sunt: q̃ in Tetrapoli *Etruria* nunc Viterbo, vt exactissime perscrutanti clara luce offertur. Quare nusq̃ nisi in Etruria nunc Viterbo Italus consedit atq; regnauit. Confirmatur & á sexta Itali Atlantis filia *Electra*, cuius prædia *Electraria* sunt á Corit Nyeta vsq; in *Electraias* fontanas, quas vulg⁹ depto
B r profert Electaias, vt in præcedentibus diximus.

Coriti & Iasij regia Volturna. QVINTO Quæritur vbi regnauit Coritus & Iasius eius filius? Respondetur argumento indubitato communi, q; ibi regnauerunt vbi erat sedes Fani regij siue sedes sacrata. Nam á prisco Corito siue hastato Ioue rege Etruriæ vsq; ad hunc vltimũ Coritũ & Iasium, omnes successerunt sibi mutuo in eadem sede communi regia, quę ab ipsis sępe nominabatur, sicut superius diximus, vt sedes sacra prisci
C Coriti, sedes Turrena Coriti, sedes vrbis Agillinæ & eiuscemodi. Cæterum sedes sacra Fani ingentis, fuit *Etruria* tetrapolis, vbi fanum Volturnæ, vt supra demonstrauimus. Regnauerunt igitur Coritus & Iasius in fano Volturnæ. Præterea sedes sacrata prisci Coriti fuit eadem & Itali & Mæonum, quia ibi iunctus est sanguis auitus Thusciæ, scilicet prisci Coriti Ianigenæ & ipsius Itali, cum Ianigeno Corito, cui *Electram* filiam locauit vxorem, & subsequentis Turrheni Mæonis post interfectionem Ia
D sij, vt Berosus in quinto dicit, & Sillius in quarto insinuat dicens: Ergo agit arreptis præceps exercitus armis, Lydorum populos, sedemq; ab origine prisci Sacratam Coriti, iunctosq; á sanguine auorum Męonios Italis permixta stirpe colonos. Quibus autem successiue fuit eadem sedes auiti sanguinis, in ea vtique regnauerunt. Cæterum eadem sedes Turrena fuit Iani & prisci Coriti *V*olturna, & item Itali *V*olturna, & item Turreni Mæonis Volturna, vt clarissime in præcedentibus demonstrauimus.

Ergo

Ergo successores reges iuncti sanguine permixtaq; stirpe horum trium auorum, regnauerunt in Volturna. Porro Coritus & Iasius Ianigenæ Thusci fuerunt, iuncti permixta stirpe Italo & eius filiæ Electræ. Quare in Volturna regnauerũt. Amplius, Prima vrbs Iani quæ & Coriti fuit Capena Auētini, quam ope eius posuit Italus, vt supra exposuimus. Extremas vero condidit Ianus Larthes in prædijs suis, quæ sunt Corit Nyenta, Cort Veia, Cort Nossa, Cort Enebra, Cortilianum, vt probauimus in Annijs quæstionibus. Itaq; vbi sunt extremæ vrbes Coriti, ibi & Turrena sedes eius. Cæterum in Volturrena sacrata fano regio, sunt omnes dictæ vrbis vt cernimus, & in supradictis quæstionibus explanatum est. Quare in Volturna regnauit Coritus. Præterea vbi oppidum Dardanium, & prædia à fratre eius rege Iasio & Thermæ dictæ adhuc Iasinellæ, & prædia vxoris eius dicta adhuc ab ea Cibelaria, & prędia matris Iasij dicta Electraia, & oppidum à nomine patris dictus Coriti mons, & oppidum vocabulo Etrusco & non latino, vtique ibi domicilium & regia sedes Coriti & Iasij, ac reginarum Electræ ac Cibelis. Ergo in Volturna regnauit Coritus & Iasius, quia ibi sunt oppida & prædia Dardanium, Iasinellæ, Cibelaria, Electraia, & Corit Nyenta, id est, Coritus mons & oppidũ, vt probate interpretati sumus in Annijs quęstionibus. Amplius, vbi fuerunt ad memoriam regiæ acclamationis seruatæ more antiquo illitæ minio triumphales statuæ Iasij, Cibelis, Electræ, & Armoniæ, haud dubie ibi regia eius sedes quærenda est. Quare Volturna fuit regia sedes Iasij, quia eius agro & colle Cibelario seruatę fuerunt dictę triumphales statuę, vt in principio huius tabulæ scripsimus, et late probauimus de origine literarum Etruscarum et philosophiæ. Mentitur ergo Græcia mendax in historia, q Cibeles mõs in Phrigia sit à quo matris deum Cibelis nomē fuit, cũ ècontra à Cibele Thusca cognata Dardanij in Thuscia prius collis mõsq; Cibe-

Cibelis mõs in Tuscia.

A Cibelarius,& inde in Phrygia sit nominatus, quia prius Cibeles Thusca fuit quàm Dardania. Et vocabulum Thuscum est Cibeles,à cibelizare id est sacrare dictum, à quo Cibeles regina sacrorum latine dicitur, vt probauimus in eodem libro de origine philosophiæ ac literarum Etruscarum. Deniq; vbi ortus est Dardanus,ibi patris & matris domiciliũ, & regia sedes.Sed vetusti Arunti Camillarij,id est, secretarij famam retulerunt,qua scriptum est, quòd Dardanus est ortus in agris Camillarijs siue Aruntinis.
B Quare quoniam Camillarij sunt Vetulonienses,idcirco in Vetuloniensi Turrena sede patris Coriti Dardanus & etiam Iasius.Pro quo valido argumento explanando, notanda est primum distinctio Plinij in.III.naturalis historiæ,ca.VI.vbi in Thuscia tres Aruntes populos ponit, videlicet Aruntinos veteres,Aruntinos fidentiores,& Aruntinos Rullienses,vt copiose exposuimus in commentarijs super alios authores. Sed de Arunte vetere oppidulo videndum est vbi sit.Cato in fragmento.XVI.de ori
C ginibus,in tertia gente Thusciæ Transcyminia inter alios,hos enumerat dicẽs: Sub Volturrena sunt *Aruntes.* Aruntes veteres cognomine Camillarij, Longius Blere.Rursus Antoninus de sex itineribus ab vrbe Roma in Gallias,Cassiano inquit itinere itur per Politorum,Arcenũ,Ninionẽ,Forũ Cassij,Aruntes Camillarios,Tudernũ,Varentanũ, & reliqua. At Camillarius vicus deletus,& lingua Etrusca Mont Arunes,siue latine Senes Aruntes, est sub Volturna inter forũ Cassij & Tudernũ,in Thermis Caijs, vt
D limites suprascripti,& nomina manentia, & vestigia probant.Quare in Volturna natus est Dardanus *Camillus.* Nota item lingua Etrusca Camillũ esse ministrũ et secretariũ siue camerariũ principũ. Vnde secretariũ deorũ Mercuriũ,Etrusci vocant Camillũ,vt Seruius cuncta recte exposuit super.XI. Æneidos, Vnde Aruntes senes sunt cognomine Camillarij,id est,secretarij, & à commentarijs Lucumonum, quibus creditur necessario, quorũ testimoniũ retulit Lati-

nus

nus ad Troianos dicens in.vii.æneidos. Fama est ob A
ſcurior annis, Aruntos ita ferè ſenes, his ortus in agris Dardanus idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes, Thraiciamq; Samũ, quæ nunc Samothracia fertur. Hinc illũ Coriti Turrena à ſede profectũ, & reliqua. Hac authoritate expoſita ſic inſtituti iuuenes arguant. Arũtinis veteribus vti Camillarijs Etruſcarũ antiquitatũ, neceſſario creditur de Dardano & alijs rebus Etruriæ. Porro iſti Camillarij ad oculũ demõſtrant, & cũ pronomine demonſtratiuo dicũt hic ortus in agris Dardanus, & profectus à Turrena B
ſede Coriti patris. Ergo neceſſario pro veritate hiſtoriæ creditur, quòd his Camillarijs agris regiæ Turrenæ ſedis Coriti fuerit ortus Dardanus. Quidã mutata litera t in c. dicunt in Virgilij dicto carmine Aruncos ſenes pro Aruntos. Quorũ falſitas cũ ex pluribus, tũ vel maxime ex pronomine demõſtratiuo, his apparet, quia falſo dixiſſent Arunci, Dardanus eſt ortus his Aruncis agris. Fuit enim Tuſcus nõ Sabellus Dardanus. Pronomẽ enim ſtat loco proprij & nõ cõmunis nominis & certã ſigni C
ficat perſonã. Vnde his agris aut demõſtrantur ipſi Arunci proprio & certo nõmine ac perſona, aut Arunti veteres Camillarij. Nõ Arunci, quia falſum eſt quòd Dardanus fuerit Aruncus patria. Quare fuit Aruns Camillarius, & ita Volturrenus. Deniq; notandũ quòd hęc tabula Græce ſcripta incipit. Tu Corit Nyentos. Nyentos, aut eſt originis Græcæ, & tunc eſt vna dictio, & eſt genitiuus Græcus, & ſignificat deſponſationem, vt tabulæ interpretatio, aut ſunt duæ dictiones Etruſcæ & Arameæ Ny & D
Enta, & tunc Corit Nyenta eſt nomen loci in iugis Cyminijs. Ny aũt vt Samuel dicebat optimus Arameæ originis interpres, ſignificat montem ſiue iugum. Et En caſtellũ, Enta vero oppidum. Hinc Corit Ny Enta, ſonat latine, Cortius mons & oppidũ, vt ſæpe ſcribit Seruius ſuper Æneid. Similiter Cort en ebra ſignificat Cortius in tranſitu. Eber enim eſt tranſitus vel tranſiens, inde Ebrei. Liuius autẽ vna

Alij Aruncos legunt male.

Z dictione

A diction e in Etrusco agro ait esse Cort Enebram & Cort Nossam, id est, Coritus augurium, quia Nosso est augurium, vt dicit beatus Hieronymus in libro de interpretationibus nominum. Hactenus de prima clausula tabulæ. Sequitur de secunda quæ refert Isidem venisse in Etruriam tetrapolim, ad nuptias Iasij & Cibelis. Pro cuius veritate consequenda, per quæsita procedemus hoc modo.

Isis & Ceres. PRIMO Quæritur quæ fuerit Isis siue Ceres frugifera panifica? Respondet Diodorus Siculus in pri B mo libro, quòd Io soror & coniunx Osiridis, dicta est Isis, id est, Ceres frugifera & legifera, quia prima leges dedit & fruges inuenit, vt testimonio inscriptæ columnæ in Ægypto probatur. Docuitque Ægyptios omnes prima grana colligere, & panes conficere, præcipueque Libycos Ægypto annexos.

SECVNDO Quæritur an venerit in Italiam ad docendum eadem? Respondet Plinius in septimo *Cereris inuenta.* naturalis historiæ, capite vltimo, dicens: Ceres prima inuenit frumenta, cum antea glande vescerentur. C Eadem molere & panes conficere docuit in Attica, Sicilia, & Italia. Et ob id dea putata. Eadem leges dedit. Hæc Plinius.

Locus aduentus. TERTIO Quæritur, in quem primum locum in Italiam rate vecta fuerit? Respondet Festus. Nam cum vicus Thuscus Romæ antea Argeus, ab Argi *Libyssus.* uis comitibus Herculis dictus sit, & prius Libyssus, vt ait Fabius Pictor, quærit Festus vnde Libyssus dictus sit. Et sic respondet. Argeus campus dictus est Libyssus, quia Ceres ex Libya illo primùm D fruges aduexerit, ob quod & campus Libyssus, & ipsa Libyssa dicta est. Ergo vt testatur etiam tabula hæc, Isis maxima frugifera, legifera, panifica, ab Ægypto, & Libya mota, rate venit in Tyberim, ducens frumenta, vt doceret Italos serere frumentum, & molere, ac panes conficere.

Tempus. QVARTO Quæritur, quo tempore venit in Italiam, Siciliam, & Atticam? Respondent vnanimi consensu

consensu omnes . æci & Latini, quòd hoc fuit an te Dardaniam conditã, probantq; istud, quia inter- fuit in nuptijs Iasij, Cybelis, & Armoniæ. Vnde Diodorus in sexto libro referens fabulam Samothracam dicit: in Samothracia in nuptijs Armoniæ atq; Cadmi, quoniam Armonia soror esset Iasij & Dardani, & cognata Cybelis, interfuisse Isidem & alios deos & deas in eius nuptijs. Longe verò post nuptias defuncto Iasio, Dardanus cum Cibele in Phrygiam sacra ferentes Dardaniam condiderunt. Eusebius quoq; de temporibus notat Isidem paulo minus. xl. annis ante Dardaniam conditam reuersam fuisse in Ægyptum. Berosus item eam interfuisse nuptijs, & reuersam in Ægyptum ante conditam Dardaniam scribit Et ita cæteri consentiunt. A B

QVINTO Quæritur quo tempore condita sit Dardania? Respondent Chronographi ex publica temporum fide atq; monarchia Assyriorum, quod condita fuerit anno secundo Amyntis, qui decimus septimus imperauit post Ninum. Et ita notat Eusebius de temporibus, & Manethon in supplemento Berosi, & alij qui notant Assyriorum Annales. *Dardaniæ conditio.* C

SEXTO Quæritur quando Cadmus celebrauit nuptias Armoniæ Iasij sororis in Samothracia, vt Græcia mendax fingit in historia, & quando obijt Iasius Samothrax? Respondet Palefatus Spinga, quem notat Eusebius in temporibus, quòd trigesimosexto anno Panniæ regis Assyriorum qui fuit à Nino. xxiii. Cadmus superinduxit Priscæ vxori. Armoniã sororẽ Martis non Iasij, & passus à Prisca vxore certamẽ profugit. Inde circa nouissimos annos Mytrei regis Assyriorum redijt anno à condita Dardania ferme septuagesimo supra ducentos, vt supputatio Eusebij atq; Archilochi probat. Hoc etiã affirmat Xenophon in lib. de æquiuocis, qui cũ vi. Cadmos enumerat, de. v sic dicit: Quintus paulò ante ruinas Troiæ Armoni à Samothraca inclytus, qui à Prisca vxore ob Armoniã certamen passus, rediésq; à Phœnicia, detulit in Græciam primus. xvi. *Iasij mors.* D

A numero literas, non Phœnicas, sed characteribus Galatharum ac Mæonum persimiles. Archilochus quoq; in epitheto temporum dicit, Homero cõsensu totius Græciæ ius tributum emendandi characteres & linguam & nomina Gręca (quę vt aiunt) Cadmus Samathrax semibarbara & ruditatis plena in Græciam attulit sub excidium Troianum. Ex his patet q̃ mendacissimã Græciam esse in historia conditionis Dardaniæ, fabulantem post nuptias Armoniæ & mortem Iasij Samothracis, fuisse Dar-
B daniam conditam à Dardano Samothrace fratre Iasij. Nam cum ducentesimo & septuagesimo post conditam Dardaniã anno reuersio Cadmi & mors Iasij fuerit, vt ostendimus, necessario cõsequens est, vt alius Dardanus condiderit Dardaniã ante mortem Iasij Samothracis ducentis annis & amplius, ita non modo Armonia soror Martis Samothracis, quam finxerũt sororem Iasij teste Diodoro in sexto libro, verum etiam tempus ipsum, detexit menda-
cium Græcaniæ leuitatis & nequitiæ, quæ teste Ca
C tone omnia corrupit: & instructa facultate dicendi & copia, incredibile est quantas mendaciorũ tenebras excitauerit, vt ait Lactantius. XV. cap. libri primi diuinarum institutionum. Itaq; redarguũtur Græci, quia Isis Ægyptia interfuit nuptijs alterius Iasij & Cybelis Tuscaniensis, ante nuptias Armoniæ Samothracis plus q̃ ducentis annis, vt latina historia, & tabulæ ipsæ Cybelariæ ac subscriptio Cybelis indicant & inexpugnabiliter probant, & Berosus asserit in quinto antiquitatum.

D SEPTIMO Quæritur vbi Isis interfuit nuptijs Iasij Tuscaniensis postquam venit in Tyberim è Libya? Respondetur. In vicina regia tunc Italiæ Vetulonia, siue Tetrapoli Etruria. Probatur id multis argumentis. Primo Berosus in quinto antiquitatũ author est, Isidem sororem Osiridis quæ sexcentis vixit annis, interfuisse nuptijs Iasij filij Coriti in Vetulonia. Sub statua quoq; triumphali Cybelis subscriptio est, vt in principio posuimus, ꝙ anno

Isis in Vetulonia.

decimo

decimo quinto ætatis nouæ ſpõſæ Tyles filiæ ducis Sypi, hoſpita Iſis fuit epulatrix ſiue conuiua in domo eius, & *V*eiuzo oppido id eſt Vetulono, quia *V*etulonia & Veiuza eſt idem. Nam Vei curules, zi verò conſulares dicuntur, vt ſupra de parazim in ſecunda tabula diximus. Similiter Vetulonia Veia & curulis Philarcha interpretatur, vt probauimus in quæſtionibus Annijs. Eſt autem Veiuza ciuitas regia, quia curulis conſularis ſiue philarcha. Quare in tetrapoli *E*truria & Volturna, Iſis interfuit nuptijs Iaſij ac Cybelis, quia ipſa ſola erat in Italia & Thuſcia vrbs regia. Rurſus ratio dictat, vt Ægypti regina in Italicum Tyberim doctura Italiam aduecta, Regem Italiæ adiret, & ab eo honorifice vt par erat, exciperetur, in ciuitate regia, ſiue mauis, vocabulo *E*truſco *V*eiuza & Vetulonia. Hinc Veiuzi Viterbenſes & Vetulonia, curules regij ſiue Philarchæ interpretationem habent. Quare impreſſores corruperunt Fatium coſmographum de Vbertinis Florentinum, vbi de *V*iterbo loquens, dixit ante fuiſſe Viterbo nomina Tuſca & Veiuza. Nam impreſſores falſo Veienſa pro veiuza poſuerunt. Argumẽto ſunt contractus vetuſtiſsimi, & nomina ad hæc tẽpora ſeruata Iſidis & Veiuzæ vrbis noſtræ, quoniam ſicut Romæ quo primum rate venit è Libya, Libyſſum nomen indidit, vt probauimus, ita vbi in *V*eiuzam ad nuptias venit. Libyſsilla nomen regio tenet, quã Libyſcillã proferimus. Similiter Veiuzos & truncata prima ſyllaba Iuzos ad hæc tempora nos vocãt finitimæ gentes & contractus. Quæ cũcta cum luſtrator Italiæ Blondus nõ ſpectaſſet, dixit Viterbũ eſſe vrbem parũ vetuſtam, cũ omnium primam & regiam in Italia Ianus condiderit, vt in ſecunda & tertia inſtitutione præmiſimus. Quinetiam vt maniſeſtius & apertius mentiretur Blondus, dixit lacum *V*adimonis eſſe lacum montis Roſuli. Primo enim peccato topographiam ſubruit. Nam lacus mõtis Roſuli eſt in Ciſcyminijs *V*eientanis ab vrbe

A *Veiuza.* B C D

A Roma populis, vt cernimus. At lacus *Vadimonis* est in Transcyminijs inter Cyminia iuga, quæ Fabius transgressus est, & Volsinum, quod nō attigit, sed Decio in annū sequentem domandū reliquit, vt Liuius in nono ab vrbe condita, author est, & nos super secundam Libyscillam tabulam exposuimus. Peccat item multis alijs peccatis, quia lacus *Vadimonis* sacer & nauisus dicitur, id est, sine naui, vt etiam exprimit Plinius nepos in Epistola ad Gallū de lacu Vadimonis. Item vt scribit aqua Vadi-

B monis est sulphurea, colore subalbida, cærulea, spissior, habens artanas mobiles iunceas, sine piscibus, & eiuscemodi, quæ cuncta desunt lacui montis Rosuli. Et ideo noster Florentinus, thusco sanguine natus atque notitia patriæ doctior Fatius, vocabulo vetusto, quod permanet, vsus, dixit Viterbū antiquitus dictum fuisse Veiuzā. i. curulē philarchā nō *Veienzā*. Viterbēses enim olim dicti sunt Volturreni cognomine Etrusci sicut Volturna cognomine

C Etruria, vt in secunda institutione ac prima ostendimus. Etrusci aūt dicuntur proprie *Veij* coloni Sardiniani, & ob id *Veientes* Enetanos Sardinianos vocauit Romulus, vt in eius vita Plutarchus asserit. Quia scilicet illi *Veientes* Romæ proximi, erant (vt ait Dionisius in. 2. libro) generis Etrusci siue *Volturreni* & Vetuloniensis, qui teste Beroso in. v. antiquitatū, miserunt primas colonias in Sardiniā cum Phorco. Et ob id in triumphum Sardiniani cognominati, vti Cæsar à victoria Britannicus & Scipio

D Aphricanus. Vnde vt Strabo in. v. memorat, dū Hercules misit Iolaum cum Tospiadibus ad habitandū Sardiniam, iam occupatam & habitatam inuenit à Barbaris qui erant natione Tusci. Intelligat igitur Blondus Etruscos *Veios* & vocabulo patrio Veiuzos fuisse tantæ antiquitatis, vt etiam Herculem Ægyptium Libyum præcederent, & insulis maris dominarentur. Non enim Alcei Græci, sed Libyci

Sardus. Herculis primogenitus fuit Sardus cum Iolao missus & Tospiadibus, dicente Sillio in. xii. libro. Mox

Libyci

Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis. A
Libyus enim fuit nomen Herculis Ægyptij, à quo Libyci populi, vt ait Berosus & diuus Hieronymus super Genesim, cum antea Phutei dicerentur. Nam & ob triumphū deuicti Antei teste Beroso, columnam ipse posuit in Libya Alceus Græcus, vt Diodorus asserit in quarto libro. Quòd si Libyus Ægyptius Hercules tantæ antiquitatis fuit, vt Lestrigonē antecesserit, sicut tradit Berosus, aut decē milibus annorū præcesserit Alceū, sicut scribit in 1. lib. Diodorus, aut ferme æterna illi fuerit origo, vt B
Macrobius in Saturnalibus refert, q̄ antiquissimi vtique ante illum fuerunt Veij Etrusci ac Volturreni, qui longe ante Iolaum & Tospiades dominio maris potiti, colonos *V*eiuzos in Sardiniam transportauerunt. Sed de antiquitate *V*eiuza Volturrena, quæ & Viterbū, aureo sæculo & ante Ninū orta, satis dictum sit in commentarijs super Fabium Pictorem, & Myrsilum Lesbium. Nunc satis sit Blondo, Veiuzum oppidum, quo ante Dardaniam nuptijs Iasij ac Cibelis interfuit vetustissima Isis, C
non esse parum vetustum oppidum. Præbuit Blondo, sicut & multis quanq̄ aliâs literatis, occasionem errandi, Viterbum nouellum vocabulum, & parua circunspectio antiquorū nominum eius ac limitū & circunstantiarum adhuc extantium, vt supra ostē dimus. Igitur ad hoc septimum quæsitum responsum sit satis, Isidem interfuisse nuptijs Iasij in regia *V*eiuza metrapoli Etruria nunc Viterbo. Nec obstat quod excisa marmora dicunt Isidem concessisse D
in prædia Cybelaria, subscriptio verò statuæ in Veiuzam vrbem & domum Tyles quæ & cognomine Cybeles, vt in lib. antiquitatū Berosus indicat. Nā vtrobiq; nuptiæ multis diebus celebratæ, in prædijs etiam fruges primum satæ & collectæ. Inde vanno purgare frumentum, molere, ac panes conficere docuit, quos primos in gratiam Iasij obtulit, vt Berosus dicit, & Diodorus docet ex Samothracum historia in sexto libro. Quare Viterbum olim

A *Veiuza Volturna* primos in Italia panes vidit & gustauit, patria semper numinum & deorū, habens à tergo Cyminia iuga syluosa, plena aucupij & venationis, herbarumq; salubrium atq; scaturientium aquarum, à quibus subiacentia opulēta arua vrbis *Etruriæ* primum contemplatus est Romanus miles, vt Liuius scribit in nono ab vrbe condita. Porro à fronte habet Volsinienses, à sinistris Tarquinienses, à dextris tyberim & finitima Vmbriæ. Hu-
B ius Turrhenæ vt indicat Diodorus in.vi.lib. campi sunt lati, collibus distincti, solo admodum fertili, vt qui aquis abundent non hyemis tantū, sed etiam æstatis tempore. Patriam incolunt vberem, quam studio agriculturæ efficiunt fertiliorem. *Ea* naturalis feracitas, & soli opulentia, eos ad inertiā & ignauiam traduxit, vt ibidem Diodorus testatur. Haud procul habet mare, proximos verò lacus Cyminium & Volsiniensem, à quibus opulenta recepit obsonia. Fluenta item piscuosa in limitibus habet.
C Tarquiniensium quidem Bleranum, Thussæ autē Nanæ Larthem fluuium, Intraq; agrum *Ecalidum*, *Egelidum*, Ry Osirim, Ry Gomerium, Alcionem, Rozenum, Ry Atlaum, Albianum, Vectiam, Catenaces, Veias & eiusmodi amnes saluberrimos simul & copiosis piscibus refertos. Thermæ & fontes calidarum aquarum, præcipue Caiæ ad felicitatē agri abundāt, quæ vt author est Strabo in quinto Gæographiæ salubritate sui cæteras præcellunt. Abundat perennibus riuis, latissimis & opulentis
D aruis, vinetis, oliuetis, & pratis, & omnibus delitijs naturalibus. *Visus* ipse cum à iugis Cyminijs, tū Phiscone mōte planities ipsa occurrit, mox quasi aperto cœlo & fugato carcere vndiq; reficitur, vt verè ipse situs non otiose à natura productus, ipsis primis dijs .i. iustis principibus Italiæ habitaculū fuerit præparatū, aurea illa ætate, quādo sola glās, et sponte nascētia, atq; clari latices humano generi delitiæ erāt. Quę verò postea humana gula populatur, regio ipsa tā copiose producit, aues, volucres,

altilia,

altilia, ceruos, damulas, lepores, apros & eiuscemodi quæ aucupio & venatu quæruntur, vt quando creduntur defecisse tum maxime excrescant. Sed de his aliàs. Nunc satis est exposuisse iuuentuti nostræ primam & secundam tabulæ Cybelariæ clausulas: de Corito & aduentu magnę Isidis in Veiuzam Vetuloniam, & Cybelaria prædia fontemq́ʒ, nunc de tertia clausula dicendum est, quæ mortẽ Iasij narrat. A

DE MORTE Iasij hæc quæruntur. Primo quæ causa impulit Dardanum ad perimendum fratrem suum Iasium? Respondet Seruius, quia contendebãt de regno. Et vt ait Berosus in quinto, Iasius ortus est ex Electra, patre existente Corito, id est, hastato Ioue, ad succedendum regno. At Dardanus ortus est eodem patre existente Ito, id est Ioue summo & rege actu. Quare Dardanus dicebat se iure patris successorem esse qui primogenitus erat patris actu regis. Iasius contra se primum esse successorem asserebat, quia pater iam hastatus regno & Coritus ad succedendum genuerat. Et vt ait Berosus, Dardani partes Latium & Aborigines fouebant. Iasij verò Ianigenæ atque Siceleus rex Hispaniæ. Vnde diffisus publice congredi Dardanus, clam illum per insidias & dolo peremit, parata naui littore haud procul. Et vt ait Virgilius profectus à Turrhena sede patris Coriti, Ideas Phrygiæ penetrauit ad vrbes, Thraiciamq́ʒ Samum, quæ nũc Samothracia fertur. Et hoc occasionem mẽtiendi dedit Samothracibus, vt dicerent Dardanum fuisse Samothracem, vt supra ostendimus.

Iasij cædis causa. B

C

SECVNDO quæritur vbi Iasius fuit interfectus? Respondẽt Virgilius et hæc tabula. Nam Virgilius vrbem regiam notauit Turrhenam siue Vorturrenam sedem Coriti, à qua profectus fugit in Samothraciam. Tabula vero locum priuatum & insidiis aptum exprimit, in Thermis inquiẽs Iasinellis. Adhuc retinent nomen, etsi vulgus mutet primam literam i in l, dicens Lasinellas pro Iasinellas. Sunt prædia & Thermæ Iasij sub Arũtibus Camillariis, qui

D *Locus cædis.*

A Arunci senes dicebantur. Dardanus his ortus in agris Phrygiæ penetrauit ad vrbes, vt Virgilius author est in septimo Æneidos.

Tempus. TERTIO Quæritur quando peremptus fuit? Respondet Berosus in quinto, quòd anno quinquagesimo regni sui. Nam vt ait cœperunt simul regnare Cecrops primus Athenis & Iasius in Vetulonia, simulq; finierunt. Ergo quia Cecrops obiit anno quinto liberationis filiorum Israël ab Ægypto, & xxxiiii B egressionis eorum Dardania condita est, vt Eusebius scribit, necessario sequitur, vt anno quinto liberationis Dardan⁹ aufugerit, & vigesimonono post fugam anno, Dardaniam condiderit, sexto scilicet anno quàm Moyses naturæ concederet, vt etiam Eusebius notat in conditione Dardaniæ.

QVARTA huius tabulæ clausula est de restitutione siue reparatione regiæ Cybelis. In quarta clausula ponitur quòd Pipinus & Marsias reparauerunt Cybelis regiam. Qui fuerint hi duo Larthes Etruriæ, in Etrusca historia diximus. Regiam vero C in Cybelicis prædiis existimo ibi esse, vbi non procul Cybelario colle, vnde fuerunt statuæ effossæ, visuntur vestigia quædam fundamentaq; habitationis nobilis. Distat à Iasinello prædio tribus milibus passuum, & à Vadimonis palatiis quinto lapide.

QVINTA clausula est de authoribus Vetuloniæ qui fuerint. Cato in secundo fragmento de originibus docet, primum qui tetrapolim Etruriam condiderit fuisse Ianum. Idem asserunt Myrsilus & Fabius Pictor. In tetrapoli autem Etruria continetur *V*etulonia, vt Myrsilus scribit, & nos supra *Myrsilum* D ostendimus, & in Anniis quæstionibus, & supra Xenophontem de æquiuocis. Quare Vetuloniam primus omnium Ianus, non Cameses posuit. Item Berosus in quinto antiquitatum scribit, regem Comerum primum fuisse, qui docuit suos in plaustris siue veis more Scythico habitare, vnde Vetulonia nomen fuit vrbi. Non igitur fuit primus Came-

sea

ses. Respondendum mihi videtur ad hoc, quòd Ianus primus omnium cõdidit tetrapolim Etruriam, vt ait Cato cum aliis, sed habitatio his tunc fuit in tuguriis & cryptis. Inde nepos Iani, Veias primus teste Beroso turritas extruxerit, vti in Asia Mosineci Mossinas, sicut Dionysius Halicarnasseus in primo libro secutus Myrsilum asserit. Cameses verò primus omnium posuit ampliando. Nam illa quatuor oppidula à se nimis distantia, Arbanum, pa ra Tussam, Vetuletum & Volturnã, ita ampliauit atque magnificauit, vt alterum alteri cohæreret. Absolute tamen Ianus primus omnium colonias eo aduectas fundauit. Quod verò ait supra Balneas, exponendum est prope Thermas, quia Thermę & Thermales aquæ quas vulgo Caldanum dicimus, sunt prope Vetuloniam, dicente Plinio in secundo naturalis historiæ. Pisæ aquis calidis innascuntur ranæ, & ad Vetulonos in Etruria pisces. Rursus castellum iuxta Vetulonos posuit Libyus Hercules. Hoc adhuc vocamus castrum Herculis. Fuit ergo Ægyptius non Alcæus. Cui etiam est argumento vocabulum cognominis collis Ægyptiĩ. Dicitur enim collis Musarnus. Cognomina enim Herculis Ægyptii sunt Her, Hercol, Arino siue per syncopam Arno & Musarno. Teste diuo Hieronymo & Talmudistis, Her pellitum, Hercol pellitum totum, Arno leonem magni nominis, Musarno erũ ditionem leonis magni nominis significat. Pellitus dicebatur à quotidiana pelle leonina quam induebat, Hercoles vero siue totus pellitus tempore belli, quia teste Diodoro in primo libro, nondum eius ætate inuentis armis, toto corpore pro armis tegebatur pellibus ferinis, quod Græco Herculi non congruit Leo magni nominis dicebatur ab insigni suo coronato ac semper victore leone. Eruditio vero leonis dicitur militia eius, quia docuit ad lacus sulphureos initiare suam militiam, quibusdam incantamentis quibus deditus erat, quod non cõgruit Gręco Herculi, vt asserit Diodorus in. 6. li.

Vnde

A *Veiæ.* B C *Herculis nomina.* D

A *V*nde vbi Arnos & Musarnos legimus, interpreta-mur Herculeos. Sed differenter, quia vbi Arnus dicitur, ibi solum Herculeum in Latinum *V*ertimus, *Arnus.* vt Arnus fluuius, id est Herculeus. *E*t sub statua Iasij dicitur, quòd Iasium regem acclamauit Arno, id *Musarnus.* est Herculeus populus. Verum vbi Musarnos legimus, ibi *L*atine traducimus initiatos Herculeos, quia doctrina Herculis initiabantur. Hinc Ptolemæus in Geographia reghorum Carmanię atq; Gedrosię notat antiquos populos Musarnos et metropolim B Musarnam, id est initiatam Herculeam, et initiatos Herculeos. In hac quoq; nostra Etruria nunc *V*iterbo, in parte Arbana, collis Musarnus dicitur, id est, initiatus Herculeus, vbi nunc est episcopium et ecclesia sancti *L*aurentij, olim templum et palatium Herculis Ægyptij, quod vulgo castrum Herculis dicimus. Et item non procul *V*iterbo videlicet ferme quinto lapide, iuxta Coriti *L*yanum et Vadum *T*uscaniense sub lacu Vadimonis est oppidum deletũ, quod ciuitas *M*usarna dicitur. Argumentum quòd C eo habitabant sacerdotes Herculei, initiatores militiæ, quæ ad vicinum locum Vadimonis initiabatur lege sacrata vt in nono libro ab vrbe cõdita *L*iuius scribit. Hactenus de castello Herculis in parte Arbana, & colle Musarno. Quod verò sequitur quod Sabatius Sangni ædificauit oppidum in Trossis *V*olturrhenis, sciendum est quòd ager Volturrhenus cognomine Etruscus nunc Viterbensis, diuiditur in partem superiorem & inferiorem. Pars superior dicitur à *V*iterbo ad Tyberim vsq; in longitudine, & à Cyminiis iugis ad montem Physconem & Flo-D rentinum in latitudine. Ea pars diuiditur in duas partes. Prima dicitur Trometina, altera vero Trossana. Trometina dicitur à Tromete campo hærente Valturnæ, quem nostra ætas Pelasgico vocabulo dicit planum Trometorum, à Troma quod est formido vel horror, et toreo id est Trãsfigo. Hinc Tro-*Trometores.* metores siue Trometini dicuntur, qui viribus & arte armorum, Herculeo more luctando gladio ex improuiso

improuiso transfigunt, vti Liuius de nostro para Tusso in libris ab vrbe condita dicit, ꝙ Fabium in Veientes euntem, Tuscus quidam ferox viribus & arte armorum, gladio per pectus trãsfixit. Hæc pars Trometina extenditur à Viterbo vsq; ad Vadum, adhuc Trossanũ dictum, non procul Ferentino oppido Othonis Cæsaris, cuius meminit Suetonius in vita eiusdem Othonis. Ab hoc vado Trossano vsq; Tyberis portionem quæ ad ius Viterbensium spectat, extẽditur Trossana regio, vbi Lydi & Mæones, Italis atq; sacratę ab origine sedi prisci Coriti, mixti fuerunt coniugio & stirpe, vt docet Berosus in. 2 &. 5. antiquitatum. Et Sillius Italicus in. 4. libro. Vnde in hac portione manent nomina deletis oppidis Turrhenę, Mæono, Mæoniæ, à quibus nũc planum Mæonianum, & oppidum simul. Interiit funditus & Trossulum oppidum, de quo Plinius in xxxiii. naturalis historiæ cap. 3. Sæpe inquit variatũ est equestris ordinis nomẽ. Nam sub regibus Celeres appellati sunt, inde Flexumines, postea Trossuli, ꝙ in Tuscis citra Volsinum nono lapide, eius nominis oppidum sine pedite cepissent. In hac portione est filiæ Atlantis oppidũ Celeno, & eius amatoris Oriona, & Sangnena, vulgo nunc Sayena, de qua nunc excisa tabula dicit ꝙ Sabatius posuit villam in Trossis. Rursus à Sangni extat Sangninaia regio Trometina, à qua dicimus sancta Maria Sangninaia. In Sabatia quoq; nunc Anguillara & Barceana regione, limes vltimus non procul Cere est fluuius Sangninaia. Hæc regio Sabatia & limes Sãgninaia dicitur à Sabatio Sangni, qui teste Beroso & Catone, & his tabulis, fuit pater Sabi à quo Sabini & inde Sabelli, quos Latini Samnites, Græci verò Saunitas vocabant, vt significat Plinius in. iii naturalis historiæ cap. xiii. Hic lingua Sabina & Etrusca dictus est Sabatius Sangni, & item Sabatius Saga, Latine vero Saturnus, Sanctus, Fidius. Semipater, vt copiose ostendimus in commentariis super Fragmenta Catonis, & super Fabium Pictorem

A B C D

Trossuli. *Sabatia.* *Sangni.* *Sabatius.* *Saturnus.*

A rem & Sempronium. Quo loci nota quòd hic Sabatius siue Saturnus fuit Caspius nō Græcus, vt ibi ostendimus. Fuit & subregulus Iani in Latio, à quo Saturnia Capitolina & Saturnia latium, vt Varro significat in primo de lingua Latina. Quinetiam dicta portio Etruriæ Sabatia, & ab eius cognomine Sangninaia Trometina, & oppidū Saturnia, nuper à Senēsibus reparatū, & tota Thuscia quæ tunc ditioni Iani suberat, amoto suo nomine Ianiculo Ianus à nomine eius iussit dici, scribente Protarcho, & asserente Igino, & referente Macrobio in primo Saturnalium, quod mortuo Saturno Ianus ei dicauit aras, & eius nomini regionem totam quæ illius ditionis erat. Hæc satis sint pro expositione tabulæ.
B

Quæ verò quarta in ordine Ararathea, & ab Hermolao Araratheo interpretata in Veruleti porta, fere eadem est cum præmissa. Oppidum Fenestræ, Carcanel ibi dicitur, & adhuc vulgo Carcarelle appellatur. Est oppidum cuius ruinæ visuntur in parte inferiore Volturreni nunc Viterbensis agri. Hæc
C pars inferior extenditur in longitudine decem milibus passuum à Viterbo vsq; Bleranum fluuium olim Tarquiniensium, & in latitudine à iugis Cyminiis ad Larthem fluuium & lacum Volsiniensem. Diuiditur hæc nostra portio in duas partes, in Tuscaniensem et Veiam. Tuscaniensis extenditur à Viterbo vsq; Vadum Tuscaniensem adhuc vulgo dictum, quinto lapide à Viterbo. In hac portione Tuscaniensi adhuc sunt in iugis Dardanium oppidum deletum, mons Italianus, Iasinella regio, et
D Thermæ, fluuius Ecalidus vulgo Caldanus, et illustris miraculo piscuoso vt in secundo libro naturalis historiæ insinuat Plinius. Item est et regio Sais Xantho, et Xantho Apoito, illustris Osiridis triumpho, vt in Osiriana tabula dicemus. Est et Egelidus vulgo Fredanus in valle reducta fluuiolus, inclytus lustratione Æneæ et allocutione Veneris, cum Æneas missus ad Lucum Fanúmque Volturnæ ad Lucumones transmisso vicino Minione Ce-

Egelidus.

ritis limite ibi lustratus est, vt Virgilius in octauo libro Æneidos est author. Dicitur autem Tuscaniensis hæc pars, á para Tussa, siue coronata Tusca vna ex tetrapolis vrbis Etruriæ parte regia. Ab hoc Vado Tuscaniensi ad Tuscanellam extenditur Volturreni agri portio Veia quinque milibus passuum in qua continentur amnes et prædia adhuc dicta Veia, Cybelaia, Katenaces, Cymella, Horchia. Sub his Tussi Nani et Tuscanelli in Tarquiniensi, in quo et Carcanim id est castrū lucernę. Hactenus de quatuor excisis tabulis, nūc de quinta, id est decreto Desyderij regis. A B

QVINTA TABVLA.

QVinta tabula est ingens semirota alabastrina, literis Longbardicis excisa, effossa in vico Demi Atu Pàra Tussæ siue coronatæ Tuscæ. In ea continetur reuocatio eorum quæ contra Etruscos antea tulerat Aistulphus. Sane sciendum est vt in historia Longbardica scribitur, et vtcunque narrat Platina in vita Pontificum, Longbardi omnem regionem circa Tyberim, in tres ducatus partiti sunt, quorum metropoles fuerunt Etruria, Spoletum, Beneuentum. Dux Beneuentanus regebat Latium, et Campaniam vsque Neapolim. Dux vero Spoletanus Vmbriam Tyberinam. Et dux Etruriæ partem Thusciæ, item Tyberinam. Aistulphus dux erat Beneuentanus infensus Etruscis. Desyderius vero Etruriæ dux ècontra amicissimus. Mortuo rege Longbardorum, successit Aistulphus, qui Longholam siue Para Tussam iussit dici Longbardulam, et ab eis abstulit lacum Volsiniensem, et ius cudendi monetas, et multa alia, vt solent reges infesti vrbibus agere. Mortuo Aistulpho successit regno Desyderius dux Vetuloniæ siue Etruriæ. Quare vrbi ducatus sui contulit plura beneficia. Et quia Hadrianus Papa iam euocabat C D

A Carolum magnum pro liberatione ecclesiæ simul & Italiæ contra Desyderium regem, idcirco Desyderius veritus quod futurum erat, studuit beneficiis continere in officio primores vrbes. Scribit igitur Grimoaldo tunc Volturnæ siue Etruriæ præfecto plura, quorum nonnulla ipse Grimoaldus vt palam à Thuscis legerentur excerpsit, & in hoc alabastro excidit. Et nota quòd ducatus Etruriæ solum erat, quod nunc dicitur patrimonium. Sed præfectura totam continebat Thusciam, à Tyberi ad Macram.

B Et ideo in hoc decreto beneficia toti Thusciæ collata, Grimoaldus posuit his verbis.

DECRETVM DESYDERII REGIS *Italiæ*.

Diuiditur hoc transumptum ex decreto decisum in tres partes. Sed ante de Longbardis aliquid præmittendum est. Longbardi sunt magnæ Germaniæ Tuyscones populi, qui vt notat in Geographia Ptolemæus, diffunduntur à Rheno Alemaniæ fluuio vsq; trophæa Drusi. *V*rbes in his ponit Ptolemæus

Longbardi

C & Cornelius Tacitus, vnam Nouesium, quam quidam putant nunc dici Nussiam. Incolunt regionem sub Sicambris in longitudine à Rheno per fluuium Iudrum et initia mōtis *Meliboci* vsq; in Albim fluuium. Hi occupauerunt Italiam ducentis annis et amplius, et primum Arrianam hæresim secuti, inde ad Catholicam fidem reuersi sunt. Literatissimi fuerunt, vt patet ex legibus eorum. Characteribus non multum à latinis distant, lingua tamen Latina vtuntur. Ab his Gallia Cisalpina Longbardia et

D per syncopam Lombardia nomen retinet. Aistulphus penultimus, Desyderius verò vltimus ex Lōgbardis Italiam occupauit. Itaq; decretum eius diuiditur in tres partes. In prima ponit beneficia collata Viterbo. In secunda, quæ contulit toti Thusciæ, de cuius desolatione accusabatur. Tertio præparari iubet ad obsistendum Pontifici. De prima sic dicit:

Reuo-

Reuocamus statuta regis Aistulphi contra Vetulonos ædita, vt lacus non Tyrensium sed Vetulonum sit, quia lacus magnus Italiæ ideo Italiæ dictus est quia ager eorum prius est Italia dicta ab ibi sede Itali decreta. Et vt suam Longholam, non Longbardulam sed cognomine sui ampliatoris turreni Terebum vocent. Et vt sub vno muro cingant sua tria oppida Longholam, Vetuloniam & Turrenam Volturnam dictam Etruriam, totamq; vrbem nostra adiectione Viterbũ pronuntiẽt, vt Rhoda & Ciuita Balneo regium dici iussimus. Permittimus pecuniis imprimi Faul, sed amoueri Herculem & poni sanctum Laurentium eorum patronum, sicut facit Roma & Bononia. Iubemus quoque reparari Cort Nyentam, Dardaniũ, Assium, Forannium, Cornyetum & Tuscanellum. A B C

Primum beneficium est restitutio lacus, qui à limitibus tantum dicitur Tarquiniensis & Volsiniensis, sed à limite simul & iure atq; principatu dicitur lacus magnus Italiæ priscæ, quia ager Volturnæ prius dictus fuit Italiæ, vt in principio tertiæ tabulæ exposuimus. Nunc verò ad ius Volturnæ nunc Viterbi solum ea portio spectat quæ Cort Nossam & montem Italianum prospicit. Secundum beneficium, quod Para Tussa cognomine Longhola, non dicatur Longbardula, vt Aistulphus voluit, sed cognomine Turrheni Terebum. Sane vt in commentariis super Myrsilum ostendimus, nomen proprium filij Atus regis Mæonis fuit Torebus, D *Torebus,*

A rebus, & commutatis vocalibus Terobus. Porro cognomen illi Turrhenus fuit ab vrbe regia Volturrena, qua fuit decoratus. Sed hoc loco Desyderius abutitur vocabulo nominis et cognominis. Ampliauit autem Para Tussam siue Longholam Terebus, adiiciendo illi vicum Demi Atum. Nam Demos populus, & Ato fuit pater Turrheni. Hinc Demi Atus, est populus Atus siue Mæon, cuius decus & donum fuit Vetulonia, dicente Sillio in. 8. Mæoniæq; decus quondam *Vetulonia gentis*. Tertiũ beneficiũ est de mœnibus tretrapoli Etruriæ adiectis, cum antea quasi quatuor distincta oppida essent. Quartum beneficium est percussionis numismatis cum insigni veteris dignitatis Luci, qui illis erat curia templum, & quatuor literis sacris FAVL conti netur, vt in prima institutione & secunda tabula ex posuimus. Quintum beneficium est, vt amato Hercule corruptibili, diuus Laurentius poneretur, vt nunc cernimus. Nam antea erat Hercules leonẽ strãgulans, cum claua & Longhola, vt æra vetusta inuiolate seruant. Notandum est ꝙ Desyderius impius occupabat bona ecclesiæ, ac Pontificẽ persequebatur, & tamen religiosus volebat videri in amouendo à nummis Herculem & ponẽdo sanctũ Laurentium, sicut enim Acaz, qui cum esset idololatra, religionem tamen dei simulauit dicens, Non petam & non tẽtabo dominum. Sextum beneficium est reparatio veterum oppidorum Cort Nyente, de qua in tertia tabula diximus. Dardanium, Tardanum vulgus pronuntiat. Assium munitiuncula est, vbi Egelidus et Ecalidus amnes confluunt. Fora Annia ab Annia familia dicta. Cornuetũ, per ypsilõ Cornyetum scribit Desyderius. Nam Cornuetum scribendum est, vocabulo vetusto Etrusco, composito à Corno arbore & Nuetum. Vrbis enim huius insigne est Cornus arbor. Etrusce autem Nuetum & Nuulum, latine dicitur nubetum & nubilum, id est Grauiscum, vt docet Cato in fragmentis & originibus. Et ideo Cornuetũ scribitur. i. Grauiscæ, cuius insigne

Demi Atus B C D *Assium.* *Ecalidus.* *Cornuetũ.*

insigne est Cornus. Postremum beneficium est, adiectio noua nominis, vt sicut vnis nouis mœnibus cingebatur vrbs, ita vno nouello nomine diceretur Viterbū. Hoc loco quæritur vnde dicatur *Viterbum*, & quid significet. Pro quo notandū est, quod in prima parte docet beatus Thomas dicens, aliud esse à quo nomen imponitur, & aliud ad quod significandum imponitur. Nam teste peritissimo Donato, nomen significat & substantiam et qualitatem propriam vel cōmunem quia nomina imponuntur à proprietate rei quæ est eius qualitas ꝓpria vel cōmunis, & tamen significat substantiā .i. aliā essentiā sicut lapis imponitur à proprietate cōmuni, vnde dicitur lapis, quasi lędēs pedē, et tamē significat aliā essentiā corporeā. Itaq; cū Desyderius literatissimus adiecit vrbi antiquissimæ nouellū nomen, ab eius vtiq; qualitatibus propriis vel cōmunibus Viterbum nomen imposuit, et tamē aliud significauit. Primo igitur videndū est, à quibus qualitatibus *Viterbū* nomē dicatur, deindequid substātialiter significet. Et ita grāmatice procedemus. Qualitates plures habet Viterbū, & ideo à pluribus originem habet, & ob id oēs opiniones veræ sunt, excepta prima. Nam dicit, à primis fundatoribus Tyburtinis dici Viterbū, quasi vi tybur .i. paruū Tybur. Quod quidem falsum est, quia Tybur nouissimis temporibus post Troiæ ruinas cōditum est, sed Volturna primis ętatibus & aureo sæculo, ob quod *Volturrena* .i. antiqssima Turrena dicit̄ vti tres institutiones supradictæ asseriit. Secūda opinio dicit, ꝙ desumit̄ à qualitate particulari, qua Theban⁹ Ægyptius Hercules, in Arbana parte palatiūmunitissimū extruxit in colle Musarno, vbi lapis olim excisus inuentus est dicens. Hercolis imperiū, & adhuc vulgo castrū Hercolis dicimus. Ab hac igitur particulari qualitate Viterbū, quasi vi Thebe dicitur. Fatius vero de Vbertinis Florentinus, à proprietate alia qua vita suapte natura delitiosa viuitur, ait vrbē quæ antea Tusca & Veiuza dicebat̄, postea dictā Viterbū qua

Viterbum vnde dictū

A B C D

A quasi vita hærbidum. Tertius est Raymundus in Postcæsarianis commentariis, qui ab alia qualitate qua emeriti militia Romani, illo victuri se conferebant, ait Viterbum vita inermium dictum. Quarti, à Thermis saluberrimis asserunt dictum Viterbum quasi vi Thermulum, aut vi Thermũ. De his Thermis enim Caiis adhuc dictis scribit Strabo in.v. dicens. Vbi Etruria magis Romę appropinquat abũdat aquis calidis non minus quàm Caiæ quæ nobilitate alias pręcellũt. Et Martialis, Morieris inquit Oppiane, nisi lotis Etruscis, id est Volturrenis, fueris aquis. Volturrenos enim circa Volsinos, cognominant Etruscos Romani, vt Plinius indicat. Sed de his Thermis copiose diximus super Semproniũ Quinta qualitas communis nunc, sed olim propria est, quia Tursita est & Voltursena à Tursibus dicta vt Myrsilus dicit, & Dionysius sequitur, & nos in commentariis super Myrsilum probauimus. A proprietate igitur Tursium siue Turrium, à qua & Voltursena siue Volturrena dicta est, ab ea docti inter quos Blondus, dicunt appellari Viterbum, quasi vi Turrium. Sextus fuit Hermolaus Venetus, Aquilegiæ patriarcha, vir omni literatura excellẽs. Is enim aduersa prima tabula, voluit. F.A.V.L. exprimi quatuor vrbis huius tetrapolis populos, Faluceres i. Volturrenos, Arbanos, Vetulonienses, Longholos siue Para Tussos. Hi quoniam erant Etruriæ vrbis quaterni Heroes ac regÿ populi, vtiq; Desyderius eruditissimus, ab hac propria vrbis qualitate imposuit nomen Viterbũ, quasi vitam Heroum. Hunc septimus sequutus noster Episcopus Archas, aliam propriam qualitatẽ attendit in hoc decreto dicens: Quia inquit Desyderius ex quatuor partibus solas tres Mœnibus cixit, Longholam Tussam, Vetuloniamq;, ac Volturnam, relicto Arbano, cuius partes sunt Musarna, Calũba, & Ascreana, idcirco dixit Viterbũ Vi trium vrbiũ. Ser Thomas noster Veltrinus Vetuloniensis aliam propriã qualitatem adducit dicens q; Etruria tetrapolis erat caput imperij, & cu-

Thermæ Caiæ.

B, C, D (margin letters)

rulis

tulis Phylarcha. Et ob id Veiuza vrbs & eius pars Vetulonia dicta. Et ab hac proprietate dignitatis antiquæ Desyderius imposuit nomē Viterbum, quasi Veiterbum .i. curule. Nonus est Ser Michael Archāgelus Caprinus para Tussus, qui etiam proprietatē nominis Turrheni Terbum spectatus, asserit, et quidem vere, Viterbū dictum curule Terbū. Vnde Longholam Terbum dici iussit et totam vrbem Viterbum, quasi Vei Terbū. Ergo eruditissimus rex Desyderius impositurus nouellū nomen, quod qualitates proprias & cōmunes supradictas includeret, dixit, adiectione nostra dicant Viterbum. Adiectione inquit nostra noua sed mirabili, quæ omnes proprietates includat, & tamen substantiam aliam significet, vt in definitione nominis Donatus author est. Quæ autem sit ista nominis substātia, vtiq; est eius vera significatio, quæ á compositione partiū pēdet. Sane sciendum est Viterbum in omnibus excisis antiquis lapidibus & titulis sub Leone insigni definiri Viterbum, vetus verbum. Vnde inscriptio illa antiquissima est sub Leone. Non timeo verbum, Leo sum qui signo Viterbum. Nec te moueat ꝙ posuit literam i, & non e. Non enim Veterbū, sed Viterbū dixit. Et enim in compositione sæpe vocales mutātur, præcipue vbi subest causa mutandi, qualis fuit in hoc loco, vbi opus fuit ita cōponere nomina & sinærizare: vt omnes qualitates cum substantia includeret. Si autem dicis Veterbum, equidē substantiam quæ est vetus verbum & qualitatem vnam includis á Veis: & non omnes. Si verò dicis Viterbū, non modo substantiam, sed etiam omnes qualitates proprias & communes includis. Et ideo rectius dixit Viterbū quàm Veterbum. Quid autem sibi velit hæc substantia nominis vetus verbum, nunc exponendum est. Verbū multis modis accipitur. Vno modo pro voce articulata, & sic omnes partes orationis sunt verba. Alio modo, vt est vna ex octo partibus orationis. Itē pro dicto & imperio, vti est illud. Verbo domini cœli firmati sunt. Et illud. Fa-

A | Viterbum. | B | C | D | Verbum.

A cito iuxta verbũ regis.i.iuxta dictum & imperiũ. Vnde à dicendo imperatiue, Dictator apud Romanos appellatur. Verbum quoq; rationem et supputationem significat, vt de Logos dicit diuus Hiero. in epistola ad Paulinum. Vtrunq; autem officiũ dictandi populis, et præsidendi supputationibus siue suffragiis, Lucumones Etrurię habebant. Dictandi quidem, et imperandi, quia.xII. Lucumones erant xII.reges, vt author Seruius super.8.Æenei. De suffragiis vero, patet per id quod Dionysius scribens in
B 4.lib. Aderant inquit ex tota ciuitate Etruriæ ij qui suffragiis præerãt, et velati infulis à Tullo deprecabãtur iram. Mitrã enim curules tantũ Lucumones et Larthes ferebãt. Vnde insigne Vetuloniæ est currus siue Veia cũ mitra Lucumonia. Et hoc modo accipitur verbũ in noĩe Viterbo pro dicto siue imperio et præsidẽtia suffragiorũ atq; dictatura. Hinc Viterbũ est veterũ dictatura et præsidẽtia suffragiorũ in Fano Volturnæ, ad quod teste Liuio.xII. populis
C cõsilia indicebãtur, quod certe Lucumonibꝰ erat curia tẽplum. Cæterũ apud Arameos, Luca senex et vetus dicitur sicut Paleos apud Græcos, vt in vocabulo Falucer et Luceres diximus. Ratio vero et supputatio et verbũ à Gręcis Logos dicitur, teste diuo Hieron. in epist. ad Paulinum, et ab Arameis Moni profertur, vt Talmudistæ perhibẽt. Quare quod ex veteri et verbo Latine redditur in cõpositione Viterbum, hoc Græce ex Paleos et Logos Paleologũ et idipsum Aramee ex Luca et Moni Lucumoniũ. Quare inexpugnabili argumẽto ab interpretatione nominum necessario sequitur, vt ibidem sit Latine
D Viterbium, quod Græce Paleologum, et Etrusce id idem, et Aramee Lucumoniũ. Cæterum Lucumo substantialiter significat veterem dictatorem regẽ, qui etiam imperio et suffragiis imperialibus præsidet. Ergo per substantiam Paleologus et Viterbensis nomina significãt veterem dictatorem ac publicorum suffragiorum regem. Et ita Lucumonios ciues vrbis Etruriæ siue Volturnæ in Byzantiũ cum

Lucumonium.
Lucumo.

Con-

A Constantino migrantes Græca lingua Paleologos primum recte conuertit, quos Viterbos Desyderius secundo atq; Latine interpretatus est. Quare nomen Viterbum per substantiam significat Aramee, oppidum Lucumonium, Græce Paleologum, Latine veterum dictaturam et suffragium. Per qualitates vero proprias significat Viterbum, id est, curule Terobum, Vita Heroum, Vitrium vrbium, Vita vrbium, et antiquitus vi turrium, et per qualitates communes significat, Vi Thebum, Vita Herbum, Vita inermiū, Vi Thermum et eiusmodi quamplurimas qualitates. Hæc de beneficiis Viterbo colla- B tis. Nunc quid ei ac toti Thusciæ simul contulerit, ita in secunda parte decreti subinfert dicens.

Paleologus Viterbum.

Nos enim non sumus Thusciæ destructores vt nos apud Gallos accusat Hadrianus Papa. Nam in Thuscia ædificauimus à fundamentis, vobis quidem Volturrenis, Caluellum, vicum Horchianum, balneariam, Barbaranum, C *& Gariophylum. Sentimatibus autem Ausdonias, Roda Cofanum. Volaterris Roda Comalum, Lunæ Sergianum & petram sanctam, olim Fanum Feroniæ. Phocensibus autem sanctos Geminianum & Miniatem. Fesulanis oppidum Munionis, in quod Vagos & Sparsos Aryn Ianos & palantes Fluentinos collegimus. Rursus, plures antiquas nobiles vrbes ampliaui-* D *mus, & muris cinximus, & nunc id idem agimus circa Lucam Pistorium, Aretium, Orbitum & Etruriam nunc Viterbum, cuius*

A *nomen aut à nobis cõstituta decreta si quis violauerit, aut capite puniatur, aut laqueo strangulet ur. Hoc itaque non est Etruriam destruere, vt nos arguit Hadrianus, qui pacem vltro à nobis oblatam respuit.*

Contentionem inter pontificẽ & Desyderiũ prolixe narrat historia Longbardica, quã Platina sequitur in vitis Pontificũ. Oppida à fundamẽtis *Volturrenis.i. Viterbensibus* posita sunt Caluellum, nunc B mons Caluellus. *Vicus* Horchianus, vulgo Vichorchianò. Horchia enim erat dea *Etruriæ* vrbis, vt *Liuius* author est in.6.li.ab vrbe cõdita. *Et* ideo in hoc loco Fanũ erat Horchię, à quo regio Horchiana Trometina superior, et ab ea vicus Horchianus. Erat illi et oppidũ sacrũ in *Veia* inferiore Tuscana regione cuius ad hæc tempora nomẽ durat Horchia, cuius agri Horchiani magna pars est iuris et possessio nostri cõuentus S. Mariæ ad Gradus. *Sentinates* appel C lat à Roda cophano, in ædito mõte à se fundato castro, per montẽ *Tunniatẽ*, vsq; Orbitellum & mare vbi erat vrbs Cosæ, celebrata à Pli. & Geographis & Virg. Hanc euersam à Gothis reparauit Desyderius, & submutato nomine vocauit prolatione *Longbardica* Asdonias latine Asidoniis, vulgo *Lasidonia*, quia Sidones illã reparauerũt. Sidones inquam non Phœnices, sed Germani. Hi Sidones nõ procul à Vistula fluuio Ptolemæo notantur, quos nũc Polonos dicimus, quorum metropolim Cracouiam idem interfluit fluuius *Vistula*, quem Visclam vo-D cant. Hi contermini atq; intermedij iacent, inter fines Longbardorum inferiorum et initia Sarmatiæ, qui iuncti Longobardis Italiam occupauerunt, et sub Desyderio Cosas reparantes Asdoniam prolatione sua pro Sidoniam et vulgo la Sidonia dixerunt: à Mauris postea diruta iacet. Fanũ Feronię notat Ptolemæus. Et nũc Petræ sanctæ, q̃ est Christus à Desyderio dedicata fuit, nõ Feroniæ, a qua manet

Horchia.

Sidones.

Vistula.

regio

regioni Caferonianæ nomē. Phocēsis Thuſciæ regio vbi adhuc Phocekius lacus, & oppidū dicitur. Cum vero Deſyderius tot oppida in Thuſcia condiderit, miror, cur ſolus ſanctus Minias oppidum, cognomen del Tedeſco obtinuerit. Niſi forte, vt à Sidonijs Coſæ, ita à Theutonibus, id fuerit vel fundatum vel reparatum à fundamentis. Munio oppidum neſcio an ante fuerit. Veruntamen vt litera ſonat, Fluentini à Fluento Arno, & Aryti Iani, id eſt, exaltati Iani à fundatione dicti ſunt vnæ ex. xii. primis colonijs, à Iano in Thuſcia poſitis, vt author eſt Cato in fragmentis originum. Eos deniq; Fabius Pictor vocat Arnienſes ab Arno amne, in de origine vrbis Romæ, vt etiam in commentarijs ſuper vtrunq; authorem expoſuimus. Luca vrbs antiquitus Lucumodia dicta, & Lucenſes Lucumodij. De quibus Feſtus Lucumodij inquit à duce ſuo Lucumone dicti qui poſtea Lucenſes appellati ſunt. Lucumones vero dicti qdā hoīes ob inſaniam, q͠ loca ad q̄ veniſſent feſta facerēt. Sed pace Feſti dixerim, ipſe inſanæ mētis atq; imperitæ fuit, qui q͠ funditus ignorauit Etruſcū regiū nomē, per inſaniā temere expoſuit. Niſi forte mēdoſus ſit codex, vt corruptor ob inſaniā ſcripſerit, vbi ob fana ſcripſit Feſtus. Nā vt vocabulo Falucer oſtēdimus, Lucus & Fanū ſūt per ſe atq; proprie Etruſcæ originis, & nō per Antiphraſim latinę, vti etiā probauimus in quæſtionib. Annijs. Itaq; Lucumones. xii. Etruriæ, erant teſte Seruio ſuper Æneida, & alijs authoribus. xii. reges quibus vnus Larthes præerat, & religionis principes, qui loca ad quæ condenda veniſſent fana & ſacra feſta faciebant, dicātes illi lucūq; diēq;. Etenim vt author eſt Liuius in. v. ab vrbe condita Etruſca gens, ſicut fuit ante oēs religionibus dedita, ita excelluit arte colendi eas. Et ita pro diſcenda religione, ingenuos liberos ſuos Romani. xii. his Lucumonibus, principibus. xii. populorū Etruriæ tradebāt, vt etiā Valerius Maximus in. i. lib. tradit. ca. i. Itaque Lukius nomine, Lucumo dignitate Lucam con-

Munio. *Etruſcorū regio.* *Lukius.*

A B C D

A condidit,& Lukium iuxta eā. Et ita à proprio nomine Lukij Lukium, et Luca,& Lucenses,& à Lucumonia dignitate conditoris. Lucumodij cognominati fuerunt, retinentes adhuc illam antiquissimā ad religionē & sacros ritus cōditoris inclinationē.

Larthes. Regnauit Larthes Etruriæ, quadragesimusquintus à Iano fūdatore Etruriȩ simul & Italiæ, anno.xxxv. Romuli, vt in chronographia simul & historia Etrusca ostendimus. Et ob initū principatum de

B more Tusco Lucenses fundauit anno ante perdomitam à Q.Fabio vrbem Etruriam ad lacum Vadimonis non minus quadringentesimo, et ante saluatoris aduentum septingentis annis & amplius. Vicatim & absq; mœnibus eos posuit, quia Etrusci fœmineæ timiditatis existimabant includi mœnibus, Manibus in agro, non intra vrbes excipiebant hostes. Vnde vsq; ad Desyderiū regem, Lucā, & Pistoriū, Aretium, Orbitum & tetrapolim Etruriam nunc Viterbum, & alias nobiles vrbes, absq;

C mœnibus incoluerunt. Addit aūt quòd eas ampliauit, quia omnes antiquissimæ vrbes Thusciæ parua oppida erant, vt de Cere, Phalari, cernimus ac Veiente cognomine Lartheniano. Moris enim fuit antiquis vrbes condere non magnas, sed locis munitas paruas, vt Dionysius in primo libro asserit. Vnde Pisa, Luca, Pistorium, Florentia, Sena, Perusium, Aretium, & Orbitum, post Desyderium excreuerunt. Etruria vero nunc Viterbum, quod includitur saxo fundatum vetusto, idcirco non excre

D uit, quia tetrapolis est ab origine, & satis ampla cōparatione aliarum antequam ampliarentur. Postremo pœna mortis mulctat Desyderius eum qui nomen Viterbum mutare ausus fuerit, quia dignum erat vt nomen supremo studio & sudore excogitatum, quod veram substantiam loci antiquissimam cū qualitatibus proprijs & cōmunibus exprimeret, nō perderetur, sed sacrilegio simile videbatē mutādo violare. Hęc de secūda parte decreti. Nūc sequitur tertia, & si incōpleta, hoc pacto, & his verbis.

Quare

 A

Quare tibi Grimoalde præfecto Viterbensi præcipimus, vt quãdiu dubia pax perseuerat, iubeas omnes Thusciæ milites paratos esse in armis, & commeatus ac stipendia sine auaritia fac in promptu habeas, vt non solum occurrere hostibus, sed etiam illos inuadere.

Huc vsq; integre legitur. Quæ sequuntur in fractu- B
ris ita se habent. In prima fractura.

Ciues non grauabis nouis exactionibus.

In secunda. *Ex Papia veniunt.*

In tertia. *Viterbenses.*

Ita sæpe variatũ est huius vrbis nomen. A Tursis enim Ianus eã Tetrapolim factã, cõmuni nõie vocauit Tursenã i. à turritis ędibus primis Turrenã, & à crebritate earũ tursiũ siue turriũ, dixit Aramex *Etursiã* siue *Eturriã*. i. valde turritam. Romani vero transposito vno r protulerũt *Etruriã*. vt supra Myrsilũ probauimus. Porro cũ Tursitæ post aliæ vrbes conderentur, ad earũ distinctionẽ adiecerunt Vol, quod est prisca & omnium antiquissima, dixeruntq; per syncopam *Volturnã*, & sine syncopa Vol turrenã. i. antiquissimã oĩm Turrenã, vt demõstrauimus in Annijs quęstionibus, & super Myrsilũ, et tetigimus in prima huius operis ac secũda institutione, vocabulo *Volturnus* ac *Volturna*. Rursus a partium quaternarum dignitate dicta est *Veiuza* & *Vetulonia*, id est, Curulis Philarcha. Itẽ fanũ Volturnæ, quod illis erat curia templũ. Itẽ para Tussa, id est hastata & coronata Tusca, ad distinctionẽ Tussæ Nanę. Arbanũ item cognomine Calumbũ, quod est quarta pars viridis Luci. Sub Constantino aũt per Græcã interpretationẽ dicta est à dignitate Paleologa, & eandem postremo latine Viterbum, id est, veterum dictaturam adiecit Desyderius. Eius ager vsq; Thelamonis portũ, & quod dicitur caput *Etruriæ*,

C *Vol.* D *Veiuza.* *Arbanum.* *Calumbũ.*

A riæ, à nautis verò corrupte caput Eturiæ, & vsque Perusiam olim à ciuitatis nomine dicebat Turrena & Etruria, sub Longobardis ducatus Etruriæ, sub Pontificibus vero post Henricũ quintũ & Matildim dicitur Patrimonium Ecclesiæ. Nec te moueat, quòd vno r dempto caput Etruriæ vulgus profert initium littoris Etrusci circa Vmbronem vsque Ostiam. Nam & fontes Electraios ibidem r amoto Electaios pronuntiat.

B SEXTA OSIRIANA AEGYPTIA TABVLA.

Maiores nostri, in templo olim Herculis, nunc diui Laurentij, vt semper ante oculos nostros æterna vetustatis huius vrbis memoria teneretur, pro rostris posuit colũnulã, i. tabulã alabastrinã, Osiriani triũphi monumẽtum, auibus & animalibus & capitibus & arboribus, id est, sacris Ægyptijs literis excisam, de quibus sæpe authores scribunt.

Et Plinius in naturali historia has inquit quas

C vides effigies, Ægyptiæ sacræ literæ sunt. In hac itaque colũna est spatiũ, in cuius medio est truncus arboris quercus instar sceptri multiplicis, in quorum sceptrorum summo duo rami circulũ faciunt instar oculi, quæ effigies est propria Osiridis, vt ait Xenophon. Quod & Macrobius in primo Saturnaliũ confirmat, dicens, Osirim exprimentes Ægyptij sacris literis insculpunt sceptrum, inq; eo speciem oculi exprimunt, & hoc signo monstrant Osirim. Ponuntur aũt in hoc trunco arboris, non vnum sed plu

D ra sceptra, quia non in vna sed omni parte orbis imperauit, vt Diodorus Siculus scribit. Et idcirco haud dubie hæc prima effigies Osiridem ipsum demonstrat, vt hoc argumentum necessario infert. Vbicunque enim sacris effigiebus sceptrum inq; eo instar oculi circularis figura inscribitur, ibi necessario Osiris legitur, qui vniuerso imperauit orbi. Quare necessario in hac columna Osiris legendus est, & ad eum referenda columna, quia in ea insculptũ est sceptrũ, inq; eo instar oculi sacris Ægyptijs literis. Sa

 crae

cræ enim hæ effigies sunt, quæ mox cernentem cogunt petere quid hæc significent. Sacræ enim literæ dicũtur, quæ magis ad secretũ aliquod significandũ quàm ornatum apparent cuilibet aspicienti institutæ. Et idcirco hæc colũna Osiriana est, pro cuius cõmentarijs firmiter habendis, hæc petuntur. A

PRIMO Quæritur quis, & cuias, & quo patre atq; auis genitus Osiris? Respondent Diodorus in primo libro, & Berosus in secũdo et quinto antiquitatũ. Pater illi fuit Ægyptius Saturnus inter deos iunior. Saturno Ægyptio pater fuit Vulcanus, qui ignẽ inuenit, & sol qui & Cœlum dictus est. Huic enim Cælo duo primores filij fuerunt Atlas Maurus, qui obijt in Mauritania, & hic Saturnus suprema auaritia & impietate præditus, qui regnauit in Italia, Sicilia, & Libya, vbi Osirim genuit, quem Iouem cognominauit, vt Diodorus in quarto libro, & Berosus in quinto antiquitatum dicunt. Nam quo tẽpore hic Saturnus è Libya Hammonem generũ pepulit, & ibi regnauit, tum ex Rhea sibi sorore, & vxore Hammonis hunc Iouem genuit, vt tam Berosus quàm Diodorus ibidem asserunt. Et vt prosequuntur, cum Dionysius Libycus filius dicti Hammonis & Amalthex Nymphæ regno paterno Libyæ potitus esset, deuictis Saturno & Rhea, eos quidem loco parentũ habuit, puerũ vero Iouẽ, Olympo præceptori tradidit, & eũ regno Ægypti præfecit. Itaq; Osiris Iuppiter fuit filius Saturni Ægyptij qui regnauit in Italia, Sicilia, & Libya. Fuit nepos solis Vulcani siue Cæli, & filius adoptiuus Dionysij Libyci, ortus in Libya, & præfectus regno Ægypti, loco patris sui Saturni. *Osiris & pater eius Saturnus auarus. Iuppiter.* B C D

SECVNDO Quæritur, quæ fuerunt Osiridis epitheta & cognomina? Respondet Diod. in. I. II IIII. et VI. libro passim hincinde, & Berosus in quinto libro quòd Osiridi cognomina fuerunt Iuppiter, Dionysius, Olympicus, Iustus, qui bene meritus de humano genere vniuerso imperauit orbi. Rationes cognominum sunt istæ. Iuppiter enim dictus est non *Osiridis cognomina.*

solum

A solum quia iuuit orbem, vnde & saluator orbis dictus fuit, vt author est in sexto libro Diodorus, verumetiam quia fuit filius Saturni, quia Saturnus & Iuppiter ad se referuntur, vt author est Xenophō in libro de æquiuocis, super quē cōmentaria iam confecimus. Dionysius dictus à patre adoptiuo Dionysio Libyco, qui etiā Mineruā Tritonidē adoptauit, teste Beroso in .v. libro Olympicus dictus fuit à præceptore suo Olympo, vt Diodor⁹ scribit in .IIII. libro. Iustus vero fuit illi propriū cognomē & figu-
B ra sacra in sceptro insculpta. Nam teste Diodoro in quarto oculus in sacris literis Ægyptijs significat seruatorem iustitiæ Et ita vbicūq; insculptum est sceptrum vel melius sceptra cum oculo, ita legendum est. *Ego sum Osiris Iuppiter iustus, qui vniuerso imperaui orbi.* Et vt ait in sexto libro Diodorus, licet pater eius Saturnus impius fuerit, tamen ipse quàm maxime probus fuit & iustissimus, bonos præmio & malos supplicio afficiens, Et indicens in
C toto orbe omnibus impijs & facinorosis præcipue gigantibus bellum. Et vt ait in primo & secundo libro, iuste imperauit Ægypto, & maximis copijs & exercitu profectus est ad beneficentiam humani generis magis quàm ad bellum. Vnde in columna Ægyptia, vt author est Diodorus, scriptum est. Sum Osiris rex, qui vniuersum peragraui orbem, nec fuit in orbe locus quem non adiuerim, docens ea, quorum inuentor fui, scilicet tauros domesticare ad aratrum, vnde Apis vnum ex cognominibus *Apis.*
D habuit. Apim enim & Set Apim Ægyptij taurum & sacrum diuumq; taurum dicunt. Docuit arare, serere, plantare vineas, & vinum conficere, & ceruosam, & vites adiungere palis, & putare, vt Tibullus scribit. Et ob ea atque saluationem ab impijs, vt in sexto libro Diodorus est author, totius humani generis cōsensu appellatus est iustus, Iuppiter, pater, saluator, & illi locus assignatus in monte Olympo, qui vt authores scribunt, & Tortellius refert in vocabulo Olympus, est secus mare rubrū in *Alij Ceruisiam.*

Æthiopia

Æthiopia iuxta Heliopolim ciuitatem Ægypti, qui A
oriente sole vsq; ad quintam horam diei ex se flammas emittit.

TERTIO Quæritur vtrũ venerit in Italiam? Ad hoc respondent authores quòd sic. Sunt autem præcipui authores columna Ægyptia literis sacris inscripta. Diodorus in. vi. lib. Berosus in. v. & Cato de originibus, Dionysius Halicarnasseus, & columna hæc nostra Osiriana, & nomina & cognomina eius in Italia. Nam in columna Ægyptia, vt Diodorus in primo libro retulit, scriptũ est, Sum Osiris, qui B vniuersum peragraui orbem vsq; ad Indos fines desertos, & eos qui arcto subiacent, & vsq; ad fontes Istri, nec fuit in orbe locus quẽ non adiuerim. Quod si ad fontes Istri, qui teste Plinio est Danubius, & non procul Italia oritur in finibus Galliæ ac Germaniæ, vbi fontes scaturiunt, nec fuit in orbe locus siue prouincia quã non adiuerit, vtiq; nobilissimam terrarũ prouinciam, fontibus Istri proximã, Italiam adiuit. Diodorus itẽ in. vi. libro exprimit di C cens quòd Ioui iusto in bello contra gigantes, sicut affuerunt Macedones circa Palenem, ita Itali circa Phlegream, quæ postea Cymea dicta est. Non minus clare Berosus in. v. hoc exprimit, dicens Italos oppressos à gigantibus euocasse à fontibus Istri Osirim Iouẽ iustũ, qui tribus prælijs in Histria, & Cymea, & Vesuuia Phlegrea gigantes deuicit, & Italiã liberauit, & à sui cognomine in triumphũ ab Api Apeninam, id est, Taurinã appellauit, Cato quoq; super quem commentaria expleuimus, in fragmen- D to tertio de originibus ità dicit. Italia à dijs & ducibus complura sortita fuit nomina, à Iano quidẽ Ianicula, à gentilibus Sale vmbrona, à Camese Camesena, à Saturno Saturnia. Durauit autem Saturnia nomen totidem ferme annis, quot ante aurea ætas, vsq; ad Apim deorum Italiæ vltimum, vt Antiochus Syracusanus scribit, à quo Apenina quã Taurinam interpretatur, & si de more quidam Græci à bobus Herculis, vel quos opimos gignit Italia, vt ait

Osiris in Italiam venit.

Italia vnde dicta.

A ait Hellanicus, aut à vitulo egresso, vt Timæus, vel quia Italos quidam Græci boues dicunt vt fabulator Herodotus, dictam existimēt. Dionysius quoq; Halicarnasseus in primo lib. dicit Antiochum Syracusanum antiquissimum scriptorem verisimilius tradere Italiam mox vt desijt dici Saturnia, cœptam dici Taurinam ab duce, non à bobus. Argumento sunt adhuc extantia in Italia locis indita nomina, Ry Osiris, Osiricella, à nomine & cognomine Apo itus, id est Taurus Iuppiter, quia Apim, Taurum

B Ægyptij & Etrusci dicunt, & Itus Iuppiter & fiducia Iouis ab eisdem Etruscis interpretatur, vt Macrobius author est in Saturnalibus. Rursus Aquasenses cognomine adhuc Ægyptio ab Api Apenentes, Plinius Taurinos interpretatur in.III. naturalis historiæ, ca. sexto. Amplius Sais Xantho Nympha fuit filia Oceani & Thetyos, vt in Theogonia Hesiodus scribit. Oceanus autem fuit filius Cęli siue Solis, patris Saturni Ægyptij, vt ait in secundo anti-

C quitatum Berosus. Quare Oceanus fuit frater Saturni, eodem Cęlo patre ortus. Ergo Osiris & Sais Xātho fuēre consobrini ex duobus germanis, quoniā Osiris fuit filius Saturni & Oceani filia Xantho. Ab Oceano autem Nilus antea Oceanus dictus fuit, vt author est Diodorus in primo libro, cuius vnum ostium Saiticum dicitur, vt Herodotus & Geographi scribunt, à Sais vrbe ipsius Musæ Xantho. Quare etiam vna ex Musis Ægyptijs cum Osiri in Italiam venit. Argumento quoq; validissimo

D est, quòd cum locis primoribus Osiris columnulas inscriptas in signum expeditionis suæ semper relinqueret, vt asserit Diodorus in primo libro, vtique vbi columnæ inscriptū habent Osirim literis Ægyptijs, illuc profectus est in expeditionem. Ergo huc in expeditionem profectus est, quoniam colūnella Ægyptijs literis in regione Ry Osiris inscriptū habet Osiridem vt ostendimus.

Osiris comites. QVARTO Quæritur, qua comitiua egressus est, & quos prouincijs præfecit? Respondet Diodorus in primo

In primo & secūdo libro ex Ægyptia historia. Egressus est ex Ægypto cū immensis colonijs & exercitu, cumq; cōsanguineis suis deis & Musis, inter quos fuère Pan iunior, & frater eius Apollo, & vt diximus Musa Sais Xantho. Præfecit aūt vt ait, Libyæ Antheum, Phœniciæ Busiridem, Ægypto suam sororem, coniugem, Isidem, frugiferam, legiferam. Militiæ suæ præfecit tres principes deos. Herculē qui corporis robore erat admirabili, & ipsi genere proximus erat, & duos alios suos filios, Macedonem cui erat insigne Lupus, & Anubim cui erat insigne canis. Et hanc præfectionem teste Xenophonte signant Ægyptij literis sacris Dracone, Leone, Lupo, & Cane. Quod profecto Macrobius in primo Saturnaliū clarius exponit dicens. Serapis inquit simulachrum, capiti calathum infixum habet, & signum tricipitis animantis adiungitur. Quod exprimit medio eodemq; maximo capite leonis effigiem habet. Dextra parte canis caput exoritur, mansueta specie blandientis, pars verò læua ceruicis lupi rapacis, capite finitur. Has animalium formas Draco volumine suo connectit, capite redeunte ad Dei dexteram, qua monstrum cōpescitur. Hæc Macrobius. In hac figura draco & serpens teste Diodoro in.IIII.libro, malos & præcipue gigantes opprimentes orbem significat, & ob id draco in orbem fingitur. Calathus aūt ponitur, quia cū Iside fruges inuenit. Leonis caput maius cane ac lupo, Herculem Ægyptium significat, maiorē alijs dijs Macedone atq; Anube, quia solum Herculem fecit vniuersalem principē militiæ suæ, vt Diodorus scribit. Omnes tamen ij dei affuerunt in bello Macedonico cum Macedonibus circa Palenen, & in Italico, cum Italis in cāpo Cymæo, vt idem Diodorus in primo & sexto lib. significat. Porrò Osiris toto tempore expeditionis suæ comam barbamq; nutriuit quousq; in Ægyptū reuerteretur, vt in primo libro ait Diodorus. Vnde illius peregrinatio exprimitur, capite facieq; ac gena solum vna comata, vt ait Xenophon, altera vel

A *Antheus.* *Macedo.* B *Anubis.* C D

A occultata vel rasa. Quod etiam Macrobius in primo Saturnalium docet.

QVINTO Quæritur quando vicit, & quando in Italia resedit? Respondet Berosus in v. antiquitatū, quòd triumphauit in Italia nouissimis annis Bel Ochi, qui octauus à Nino imperauit Assyrijs, qua ætate Ioseph patriarcha erat xi. annorum, vt notat Eusebius. Mansit aūt post triumphū in Italia annis x. vt ait Berosus, relicto Lestrigone Larthe Vetuloniæ.

B SEXTO Quæritur in qua vrbe Italiæ resedit Osiris, his decem annis? Respondent authores Ratio, Nomina. Author vnus ex veracioribus est Berosus in quinto antiquitatum asserēs illum imperasse Italiæ in Vetulonia x annis. Ratio quoq; ipsa suggerit vt in ciuitate regia tunc Italiæ resideret, quæ sola tetrapolis Etruria siue Volturna inuenitur ante Romanorum imperium, vt ex præmissis institutionibus patet. Argumento infallibili sunt nomina & cognomina. Nam cū teste Lactantio in primo lib.

C diuinarū institutionū, & Beroso in IIII. antiquitatū prisci duces ad monumentū rei gestæ atq; ad fulgorem nominis sua nomina inderent montibus, riuis fluentibus, ac regionibus, equidē ibi præcipue resederunt, vbi præcipua & crebrius sunt eorum nomina. Quare in Volturna resedit, in cuius agro crebrius & clarius sunt indita eius nomina & cognomina. Nam Ry Osiris riuus est, id est, latine rex Osiris, non procul Egelido amne, & Osiricella prædiū

D olim conuentus nostri in Horchia, & contractus eiusdē cōuentus seruant, adhuc perseuerant Apoitus, id est, Taurus Iuppiter instar templi, & eius oppidum fere deletum Xantho Apoitus vulgo dictū, à suo & consobrinæ vocabulis, integra nomina perseuerant. Atesia, id est, Taurina aqua Vetuloniā & para Tussam diuidit. Haud procul tota regio incorrupta prolatione adhuc Sais Xantho dicitur. Neq; tamen mirandum est, si in Italiam venit Osiris Iuppiter Iustus cū Sais Xantho Musa & Hercule Ægy-

ptio & dijs Ægyptijs, in quam pater eius Saturnus veniens regnauit, vt supra explanauimus, & Isis eius coniunx frugifera, legifera, longe post ad nuptias Iasij è Libya concessit, & antea vsos glande Volturrenos, nunc Viterbenses, docuit molere atq; panes conficere, vt in præmissis demonstrauimus. Ergo non somniaui vti somniantes existimabant, dũ in propositionibus meis dicerem Viterbũ esse primam regiamq; sub Iano aureo sæculo vrbē Italiæ, & patriam deorum, in qua conuiuati epulatiq; fuerunt omnes ferè dei atq; deæ Italiæ & Agyptij, pluraq; sibi tribuisse Græcia mendax in historia, quæ gesta sunt in Italia & Fano regio Volturnæ, & Ægypto ac Libya. Sed de his in historia Etrusca & commentarijs, copiosius traditur A B

SEPTIMO Quæritur, quali scriptura sit excisa hæc Osiriana columna, & quis ordo & significata. Respondetur quòd hæc tabula continet tres literas sacras Osiridis & vnam Sais Xantho. Secundo continet literas sacras gigantum opprimentiũ imperiũ Italiæ et Italicorum euocantium, & festinantis auxilij. Tertia literas sacras compositæ ac liberatæ Italiæ. Tres autem literæ sacræ Osiridis sunt, vna vniuersalis imperij iusti, alia peregrinationis in Vetulonia, cum societate Sais Xantho. Tertio cum insigni sibi & Cereri Isidi coniugi communi. Signũ aũt imperij iusti est truncus instar sceptri & in summitate rami circunuoluti instar oculi, vt supra exposuimus. Vnum aũt sceptrũ, vnius partis imperium in orbe significat. Ergo plura sceptra, pluriũ in orbe partium. Cæterũ in trunco huius arboris ab imo vsq; ad summum plura sceptra consurgunt, finientia in circulo oculari ramorum. Ergo vniuersale in orbe Osiridis imperium significat. Secunda litera sacra Osiridis est caput, facie dextra semicrinita, quæ illũ in profectione existentem significat & peregrinantē, vt supra probauimus. Hic aũt extra atq; supra arborē à sinistris est caput viri semifacie crinita. Quare Osiri in pegrinatiōe atq; profectione

Literarum sacrarũ. i. effigierum significationes. C D

A &c extra Italiam significat. Tertia eius litera sacra est Calathus, in quo consistunt pulli. Quare quòd pullos ipsos Italiæq; viros docuit scilicet frugiferã artem demonstrat. Litera sacra Musæ Ægyptiæ, est caput Nymphæ semifacie, à dextris supra arborem. Ea & Osiris sese mutuo aspiciunt, quod ad societatem spectat. Hæc igitur quoniam continet Osirim, vt probauimus in præmissis, necessario est tabula Osiriana, & sic legitur hæc prima pars. Sum Osiris rex Iuppiter iustus, qui vniuerso imperaui orbi,
B & profectus cum musis præcipue Sais Xãtho prope Italiam veni, scilicet ad fontes Danubij, vt Berosus & Diodorus scribunt. Hactenus de primis literis sacris, significantibus ad vnguem Osiridem in profectione haud procul ab Italia existentẽ. Nunc de euocatione eius contra gigantes, tres sacræ effigies sunt. Serpens aut Crocodilus Draco iam initia sceptri occupans vna. Draco malum significat, vt Diodorus in quarto libro dicit. Ergo quoniam hoc
C malum in sceptro est, vtiq; tyrannos occupantes Italiæ imperium portendit. Aues in proprio nido aperto ore, sunt secunda effigies. Proprius nidus propriam patriam significat, & os apertum clamorem & vocationem atque locutionem annotat, vt ait Xenophon. Sunt autem duo nidi alter à dextris alter à sinistris. Ergo aues istæ clamantes in proprio nido sunt Itali euocantes & implorantes auxilium Osiridis, ab vtraq; parte Italiæ, scilicet ab alpibus & Istria vnde oritur Italia, & ab Apulia vnde finiri in
D cipit. Tertia sacra effigies, sunt duo accipitres ad pullos clamantes, conciti aduolantes. Accipiter, pręcipue aduolans, celeritatem significat, vt exponit Diodorus in tertio libro. Quare celerem succursum Italiæ clamantibus missum significat. Et quia alter accipiter à dextris alter à sinistris aduolant, duo exercitus contra Gigantes missos demonstrat. Alterũ quidem à Brundusio cui præfuit accipiter Hercules, qui teste Diodoro in quinto libro illos deuicit in Vesuuia Phlegrea Campaniæ. Alterum verò ab

Alpibus,

Alpibus,cui præfuit Osiris accipiter, qui teste Be-rroso illos fudit in Phlegræa Istriæ. Vterq; vero, vti Berosus insinuat in quinto, & Diodorus in sexto. Gigantes vbi sedes eis erat in campo Cymeo ter-tia Italiæ Phlegrea, à fronte & à tergo iuuantibus Italis adorti,tertio prælio superauerunt, & Italiam composuerunt. Quamobrem vti sacræ effigies signi ficant, & prædicti authores indicant, ita legendæ sunt hæ tres literæ. Sum Osiris rex, qui euocatus ab Italis contra oppressores Italici imperij festinus occurri, oppressoresq; à duabus partibus Italiæ ag- gressus deuici,deq; illis triumphaui. Quid vero post liberatam Italiam, illis supradictis. x. annis Italos docuerit,residuæ sacræ effigies indicant. Si sceptra & oculum recte spectamus,arbor est quercus puta-ta,habens aliquot glandes, & duo nidi duo calathi sunt non nidi. Docuit ergo putare arbores & granũ post araturam serere,ac metere,ea ætate qua glande vescebantur. Non tamen adhuc molere & panes cõ ficere eos docuit,quoniam longe post,Isis eius soror & coniunx hæc adinuenit & docuit, vt supra expo suimus. Ab imo arboris sequens sacra effigies ori-tur vitis volumine suo circulari totam arborem et spatium occupans vuarum pendentium plena. Hæc significant quæ docuit,palis adiungere vitem,& vi num conficere,vt Diodorus Siculus in primo libro asserit, Vnde vt ibi ait, in columna Ægyptia sacris literis ita legitur. Sum Osiris qui vniuersum pera-graui orbem,nec fuit in orbe locus quem non adiue rim,docens ea quorum inuentor fui. Quæ vero inue nerit,Tibullus his versibus refert.

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit primus palis adiungere vitem,
Et teneram dura cædere falce comam.

Vltimæ in hac tabula sacræ effigies sunt duo acci-pitres quieti,custodientes arborem & vitem,atque

A vuas hincinde. Ergo quoniam accipitres aduolãtes ſignificarunt duus duces, bello adiuuantes imperiũ Italiæ, vtiq; & hi quieti cuſtodientes ſignificant duos duces, ab Oſiri præfectos ad cuſtodiendum Italiam hincinde mari terraq;. Hi autem vt Beroſus eſt author, fuerunt Leſtrigon & Phorcus. Oſiridis nepotes ex filio Neptuno Ægyptio, quorum Leſtrigõ (vt ait) *Vetuloniæ* Larthes. Phorcus vero portitor coloniarum & maris dominus extitit, vti etiam in hiſtoria Etruſca conſcripſimus. Itaq; hæ vltimæ effi-

Leſtrigon. *Phorcus.*

B gies ita leguntur. Sum Oſiris, qui docui Italos arare, ſerere, putare, vinitare, vindemiare, & vinum cõficere, & eis duos reliqui cuſtodes imperij mari et terra nepotes meos. Quo verò tempore hæc tabella fuerit exciſa patet quòd primum ſub Oſiride. An vero hæc illa ſit, an ei vetuſtate labenti, ad eius exemplar ſuffecta, nondum compertum habemus. Exiſtimamus tamẽ eandẽ permanere. Sed quiſq; opinetur vt volet. Sat eſt infallibiliter hanc tenere Oſirim et eius in Italia expeditionem.

C Finiuntur inſtitutiones iuuentutis Etruſcæ.

TERTIVS LIBER FRATRIS IOANNIS ANNIJ, *ſuper Vertumnianam Propertij.*

PRAEFATIO.

QVoniam ſæpe meminit Beroſus cognominum ac proprij nominis Noæ, et à Latinis non negliguntur, et ſæpe falluntur quidam exiſtimantes non

D eſſe eundem Noam, Ianum, Vertumnum, Vadimona, quia eos faſcinauit Græca leuitas, viſum eſt mihi non eſſe ſuperfluum immo neceſſarium hæc ſuper Vertumnianam Propertij commentari, vt videant ingenia latina omnia epitheta propria Iani Vertumni ſimul collecta ſimul ſumpta niſi ſoli Noæ conuenire nemini alij, ac propterea eundem eſſe Noam qui alijs cognominibus appellatur.

COM-

COMMENTARIA A
SVPER VERTVMNIANAM PROPERTII
in quarto libro Elegiarum.

APerienda sunt cognomina & causæ cognominũ Iani, qui & Noæ. Nam etiã teste Beroso non solũ Ianus, sed etiã Cælũ sol cognomina habuit, quia docuit (vt ait) astronomiã. Quæ etiã cũcta subripit Diodorus, qui in primo lib. dicit Osiri patrẽ fuisse Saturnũ Ægyptiũ pana. Saturni vero patrem fuisse solẽ. In quarto verò lib. dicit Saturno qui regnauit in Ægypto, Libya, Sicilia & Italia, fuisse patrẽ Cælũ, qui primos homines à feritate ad ciuilitatẽ reduxit, & eos erudiuit. Rationes vero cognominũ Diodorus simul & Berosus consentiunt ad vnguẽ, quòd cœlũ cognomen habuerit, quia docuit astronomiã, et populis multa prædicebat, & ob id illũ existimauerũt habere diuinã naturã, & mouere atq; vertere cœlos & elementa, & cũcta vertibilia, & ideo Vertũnũ illũ dixerunt, vt in. v. dicet, Quod et Ouidius in primo de fastis referens, inducit Ianũ ita loquentẽ. Quicquid vbiq; vides, cœlum, mare, nubila, terras Omnia sunt nostra clausa, patentq; manu. Me penes est vnum vasti custodia mundi. Et ius vertendi cardinis omne meum est. Quod si vere is penes quem vnum est omne ius vertendi cardinis dicitur vnicus Deus vertendarum rerum necessario consequens est, vt Ianus sit idẽ vnicus Deus vertendarũ rerum, quia penes eum vnum est vasti custodia mundi, & omne ius vertendi cardines. Necessario igitur est idem Ianus & Vertumnus, quia idem Deus vertendarum rerum. Sed Ianus oratur in principio omnis rei inchoandæ, vt feliciter aspiret. Et idem inuocatur vt inchoatam bene vertat, ad finemq; feliciter perducat, vt Donatus ait pro vltima epistola in primo epistolarũ Horatij dicẽtis. Vertumnũ Ianũq; liber spectare videris. Scilicet, vt prostes Sosiorũ pumice mundus. Id est, tu liber epistolarũ videris spectare Ianũ à principio & eundem Vertumnum, qui bene atque adeo ad finem

Ianus. Noa. — B — Vertũnus. — C — D

A nem feliciter vertit, vt iam posis præstare mundum & ornari, & dari Sosianis qui in foro venalium libros ornabant & ligabant inter Ianum ad radices Capitolij, qui principio inuocabatur, & eundem Vertumnum in foro transitorio, qui vt ad finem bene feliciterque verteret orabatur. Et hanc identitatem significauit Fabius Pictor in fine de origine vrbis Romæ, vbi scribens, Tyberis inquit fuit limes imperij Volturreni, inter veteres Ianum & Saturnum, qui à principe illius vrbe Volturrena, per

Volturnus. syncopam dictus est Volturnus, & ob id Tuscus nō La-

B tinus. Nam quòd Volturnum sine syncopa primitiuum est nomen, notat fluuium in Samnio, & oppidum Romanum in littore, à quo Volturnus deus Tyberinus in Latio, sicut & Volturnus vt caput imperij in Etruria. Quamobrem deum Tyberinum suum dicit esse Roma atque Etruria. Eundem & Ianum & Vertumnum & ab his dictum Vadimona.. Hæc Fabius. Idem

Vadimon. igitur Ianus & Vertumnus Vadimon, quia Vado

Proteus. Aramei dicunt id quod Latini verto, & Ægyptij Pro-

Eanus. to. Et idcirco idem multiformis Proteus, Vadimon,

C id est, Vertumnus, qui cœlos et cardines, et vertibilia vertit. Igitur Vertumnus et Ianus idem et cœlum. Vnde Ianum quasi Eanum, quòd cœlum eat et vertatur ac giret, ab etymologia nominis exponit Cicero, sicut Macrobius in primo Saturnalium exponit di-

Ianus. cens. Physici siue naturales philosophi Ianum magnis consecrant argumentis diuinitatis. Nam sunt qui eum mundum, id est, cœlum esse voluerunt, Ianumq; ab eundo dictum, quòd mundus semper eat dum in orbem voluitur, et ex se initium faciens in se refertur, vt Cor-

D nificius lib. Etymorum tertio. Cicero inquit non Ianū sed Eanum nominat ab eundo. Hæc Macrobius. Ex quo patet quòd multæ cœlestes proprietates et nomina Iano tribuuntur, quia cœli animam motricem fuisse Ianum post mortem existimauerunt, de quibus hæc dicenda sunt. Cœlum est pater omnium, et terra mater. Ita physici aiunt, Ianus est antiquissimus pater omniū, et eius vxor Vesta mater. Et ideo cœlū et terra dicuntur. Cœlū itē vertit tēpus in quatuor tempora, ver, hyemē, æstatē, autumnū, et

ideo dicitur dominus Vertentis anni Ianus, quia hæc docuit, & prædicebat ex his multa, Cœlum iure deusque Vertentis anni dicitur. Vnde Macrobius in primo Saturnalium. Ianus (inquit) apud nos in quatuor partes spectat, vt demonstrat eius simulachrum è Phaleris aduectum. Et Phœnices illum figurant instar draconis caudã in os reflectentis, quia idem est finis & principium anni. Et super. VII. *Æneidos de dominio anni ibi: Sũt geminæ portæ belli, Seruius sic habet. Ianum inquit faciunt quadrifrontẽ, qui illum faciũt deum totius anni, qui in quatuor tempora diuiditur. Et subdit. Anni autem esse dominum illa res probat, quia ab eo initium anni nominatur, & in ipsum finit. Vnde & ipsi in quatuor partibus anni Vertentis primitiæ offerebantur, & ob id Vadimona Etrusce Vertumnum autem latine cognomen accepit vt Propertius insinuat inducens eum in.* IIII. *lib. elegiarum ita dicẽtem. Et quia Vertentis fructum percepimus anni, Vertumnum rursum credidit esse sacrum. Prima mihi Variat liuentibus Vua racemis: Et coma lactenti spicea fruge tumet. Hic dulces cerasos hic autumnalia pruna Cernis, & æstiua mora rubere die. Similiter Physici consecrant Ianum & Vestam siue terram Pomonam, in quarta fronte ac parte anni secum colloqui de coniugio faciundo, & à Pomona terra sperni Ianum, quia tũc Vertit se in formam Vetulæ, quia hyems senio similatur, vt astronomi & ipsa natura perhibent. Sed quia Vltima facie Iãno senilis finita, mox Vertitur ad Ver quæ est facies pulchra & iuuenilis, ideo statim terra Pomona capta grauidatur, & fructificat & florescit. Quod Mythici, id est fabulis Vtentes poëtæ memorant, qualẽ fingunt de Vertumno & Pomona Ouidius.* XIIII. *Metamor. Hæc de argumentis physicorum pro diuinitate Iani conuersi in animam cœlestium dominam & motricem, ob quod cœlum, & dominus Vertentis anni, & quatuor temporum eius, & rerum Vertibilium Vertumnus cognomenta promeruit à sua posteritate. Nunc cur solis cognomentum habuerit, referendum est ab historicis & physicis. Id ob multa referunt. Berosus dicit, quia docuit cursum solis toto cœlo euntis, idipsum Macrobius in primo Saturnalium*

A B C D

Cur Ianus & Vertumnus sit sol.

A *sic exponit. Ianum quidam volunt solem demonstrari, & ideo bifrontem, quasi vtriusque ianuæ cœlestis ortus & occasus potentem, qui exoriens aperiat diem, occidẽs claudat. Seruius quoque super septimum Æneidos qui inquit Ianum bifrontem faciunt, ij eum dominum diei qua habet ortum & occasum, id est, vigintiquatuor horas, volunt. Vnde & Diespiter, id est, matutinus & diei pater dicitur, vti est illud Horatij libro Sermonum de vita rustica, vbi ait, Matutine pater, seu Iane libentius*

B *audis. De dominio quoque duarum portarum scilicet ortus & occasus, & præsidentia sui ad alios Ioues, ita Ouidius refert in primo de Fastis, inducens ipsum Ianum ita dicentem. Præsideo foribus cœli cum mitibus horis Et redit officio Iuppiter ipse meo. Quod si officio atque imperio Iani redeunt & obediunt alij Ioues & dij, necessario consequens est vt cæteri sint veioues, id est, paruioues, & Ianus solus a physicis consecrantibus eum magnis argumentis diuinitatis dicatur Iuppiter optimus maximus. Iuppiter quidem, id est, iuuans pater,*

Ianus optimus maximus Iuppiter.

C *nomen commune ipsi & aliis Iouibus. Maximus verò, quia sator omnium deorum, & maiorum & minorum, vt tam Berosus quàm Propertius in Elegia sequente exprimunt. Optimus autem, quia ipse præsidet cum mitibus, id est, felicibus horis & influentiis. Ab vniformi enim motu nonæ sphæræ quam Ianum mouere existimabant, non procedit nisi vna & optima vniformisque influentia, vt probant Physici & Astronomi. Nam variatio & nequitia difformitatis & infelicis afflatus syderũ, est solũ vt probant, à difformitate Veiouium siue syderum & sphærarum inferiorum, quas Horatius lib. 2.*

D *Sermonum, & Saty. 7. vocat versiones iniquas, & Vertumnos iniquos dicens. Iam mœchus Romæ, iam vellet doctus Athenis Viuere, Vertumnis (quotquot sunt) natus iniquis. Verum quoniam de cognominum Noæ Iani & Vertumni rationibus sæpe iteratur à Beroso & aliis Latinis authoribus, quas omnes simul collegit Proper. in 4. lib. Eliarum, in Elegia ad Vertumnum, idcirco ne oporteat nos ea repetere sæpius, ad laudem ipsius Noæ iusti & aurei Vertumni Iani principis Italiæ referemus totã*

elegiam

elegiam Propertij, in qua Propertius facit Prosopopœiā A
Inducit enim Vertumnum primo sibi loquentem Secūdo cur moretur simulacrum eius Romæ. Tertio cur dicatur Vertumnus. Quarto quando & à quo fuit illo aduectus. Quinto à quo & qualiter, & primo formatus in vico Tusco. Itaq; quoniam Ianus quadrifrons & bifrons formabatur, habens in veste formas omnium rerum, idcirco fingit Propertius sibi tot formas admiranti, deum Ianum ita sibi dicentem:

Quid mirare meas tot in vno corpore formas? B
Accipe Vertumni signa paterna dei.

Quasi dicat, ne mireris Properti tot formas in hoc sinum lacro impressas, quia hæc sunt signa paterna, id est patriæ Tusciæ & vrbis Tuscæ, à qua huc translatus sum. Signa enim ad significandum fiunt. Et idcirco ad significandum causas diuinitatis meæ vrbs Etruria impresit mihi hæc signa & formas. Est enim Vertumnus princeps deus Etruriæ, vt ait Varro in primo de lingua Latina. Vertūnus. Horchia.
Et dea Etruriæ est Horchia, vt asserit Liuius in septimo ab vrbe condita. Est autem Aramee Horchia per interpretationem, id quod Pomona Latine, vt Samuel Talmudista exposidit. Hinc & illud Myrsili de origine Italiæ, Turreni inquit soli à cæteris etiam sibi vicinis Tuscis differunt sermone ac deis, quia cum cæteri Tusci colant Iouem & Iunonem, solis Turrenis dij principes sunt Vertumnus, Horchia & Razena. Et item: Turreni se solos indigenas in Italia existimant, atq; à vetustissimi dei sui quem Ianum Vadimona dicunt, filio Razēna nuncupant. Etruriam quoque tetrapolim suam, cuius partes, Voltursenam, Vetuloniam, Tussam, & Harbanū cognomine Calumbum, à Luco nuncupant, à deo suo con D
ditam referunt. Nota quod Cato in originibus, & nos in commentariis super Fabium Pictorem atque Myrsilum, & fragmenta Catonis exposuimus, Ianus condididit regiam duodecim populis, quam tetrapolim fecit, & communi nomine vocauit Etursiam & Tursenam, quæ eadem sunt, & significant vrbem metropolim turritis ædibus extructam, quam posteri Latini voacue-

A Vocauerunt Turrenam & Eturriam, & transposito vno r. Etruriam, à qua tota prouincia desumpsit nomen. Huius vna pars adhuc dicitur Para Tussa, id est, coronata tusca, vt supradictis locis, ac etiam super Xenophontem & in. XL. quæstionibus Anniis dicitur. Ab hac Tusca regia coronata, à qua Tuscanienses ciues, fuit Romam traductus Vertumnus in vexillo Galeriti Lucumonis pro Romulo contra Sabinos, & habita victoria pro communi Tatiensibus Romnensibus & Luceribus deo habitus, B & hoc est quod ipse Ianus Vertumnus secundo exponit, vnde & quando fuerit translatus Romam dicens:

Tuscus ego, Tuscis orior, nec pœnitet inter
Prælia Volsinos deseruisse focos.
Hæc me turba iuuat, nec tẽplo oblector eburno
Romanum satis est posse videre solum.

Quando per aspirationem scribitur Thuscia, vt in quæstionibus Anniis probauimus, significat totam prouinciam à Tyberi ad Macram. C Quando autem sine aspiratione scribitur Tuscia, vel in Tuscis vel Tusca, significat vrbem regiam Etruriæ, circa Volsinienses, de qua Ouidius in tertio Metamorphoseos pro Delphino Tuscaniensi dicit. Furit (inquit) audacissimus omni De numero Lycabas, qui Tusca pulsus ab vrbe Exilium dira pœnam pro cæde luebat. Et quia Vertumnus erat princeps Etruriæ regius deus, cuius templũ siue sacellum eburneum erat à tota vrbe dicatum, idcirco sine aspiratione scribendum est, & dicendum: Ego qui nunc Romæ color, sum Tuscus, id est, Tuscaniensis vrbis princeps deus. Et à Tuscis siue Tuscaniensibus vexillo ductus, orior etiam Romæ deus. Nec pœnitet me reliquisse Volsinos focos, id est, regionem Tuscæ vrbis in D qua est Volsinum, inter prælia, quãdo scilicet Galeritus Lucumo me in vexillo præsente, iuuit partes Romuli contra Sabinos, vt circa finem exprimitur. Quare quidam falso suspicatur dicendum esse Clusinos focos inter prælia Porsenæ, quia contrarium in fine dicet Propertius. Et quia Fanum Volturnæ erat regium, quippe quia ad ipsum

ipſum indicebatur concilium. xii. *populis Etruriæ, vt pluribus in locis ab vrbe cōdita ſcribit Liuius, hinc eſt, quòd Tuſca & Volturna ſunt in eodem loco, quia tetrapolis partes ſunt in eadem vrbe. Vnde vtrique Tuſcæ regio eadem & Volſinæ aſsignatur, vt hic notat Propertius, & ſimiliter Volturnæ regiæ à qua Volturreni, de qua Plinius in tertio naturalis hiſtoriæ cap.* vi. *Volturreni inquit cognomine ſunt Etruſci, & in eadem parte Volſinienſes. Quare quoniam Vetulonia & Harbanum erant regiæ partes, conſequens neceſſario eſt, vt eiuſdem tetrapolis vrbes eſſent Tuſca, Volturna, Harbanum, & Vetulonia vt copioſe oſtendimus Annia q.* xii. *& in aliis commentariis. Dicit autem non ſe lætari amplius eburno ſacello Etruriæ, ſed noua gente Lucerum & Romanorum, quia Ianus iure ibi colendus erat vbi caput imperij orbis quippe quia ipſe erat ſator omnium diuum, & penes ſolum illum erat vaſti cuſtodia orbis. Et omne ius vertendi cardines vt diximus. Sed quoniam gentem Thuſcam condidit ab initio religionibus deditam, idcirco dicit ſe voluiſſe habitare in vico Thuſco vbi Luceres erant, non vbi Tatienſes & Romnenſes. Et hoc eſt quod ait.* A B C

Hac quondã Tyberinus iter faciebat, & aiũt
Remorum auditos per vada pulſa ſonos.

Super Fabium Pictorem copioſe oſtendimus omnem planitiem extenſam à colle Auentino vſq; ad Ianũ quadrifrontem in radicibus Capitolij, non fuiſſe ante Galeritum & Romulum habitabilem, quia Tyberis egreſſus Alueum multis in locis ſtagna effecerat, etiam vſq; palatiũ. Hac enim habebatur Tyberis, antequam Vertumno factis ſacrificiis auerteretur in ſuum alueum, vt aſſerit Seruius ſuper. 8. *Æneidos ibi. Rumore ſecundo. Et totam hanc planitiem Luceres ſiccauerunt & incoluerunt, & ab eis dictus eſt vicus Tuſcus, vt author eſt Fabius Pictor de origine vrbis Romæ. Et quia Vertumnus erat in vico Tuſco, vt ait Varro in primo de lingua Latina, idcirco dicit quod Tyberis primo labebatur per vicum Tuſcum, & lintris ac cymbis nauigabatur. Deinde dicit cur vocetur Vertumnus. Vbi notãdum eſt quòd Ianum mox* D *Vicus Tuſcus.*

poſt

A *post mortem Tusci cognominauerunt Vadimona, id*
Vadimon. *est Vertumnum, vt Berosus dicit in .v. lib In Tyberina verò regione semper mansit nomen Ianiculum & Ianus vsq; ad Galeritum qui amnem auertit. Vnde Ouidius in* vi. *de Fastis, vbi dixit, Hic vbi nũc fora sunt vdæ tenuere paludes, mox adiũxit quòd Vertumnus multiformis non cœperat dici ante auersum amnem, sic enim ait. Nõdum conueniens diuersis iste figuris Nomen ab auerso ceperat amne deus. Et hoc est quod sequitur Vertumnus in Propertio dicens:*

B *At postquam ille suis tandem concessit alũnis:*
Vertumnus verso dicor ab amne deus.

Hoc loco Proper. incipit dicere rationes quare dictus sit Vertũnus, qui ante Ianus dicebatur. Et primo dicit quando Romæ, & quare sic dictus sit. Cœpit enim Ianus co-
Vertũnus. *gnominari Vertumnus in Latio, quando Tyberis concessit & dedit locum habitabilem suis alumnis i. accolis Luceribus Tuscis. Ratio autem fuit, quia tunc inuocato Ia-*
C *no primũ auersus est amnis. Et ideo ab hoc effectu auersionis, dicor primum Romæ Vertumnus deus. Dij enim denominãtur felices vel infelices, & cognominãtur à rebus quas præstant, vt in Bucolicis Seruius dicit super æglogam. v. ibi. Sis bonus ô felixq; tuis. Et quia ante Luceres Ianus non præstiterat Romæ auersionem, idcirco non ante, sed in auersione dictus est deus Vertumnus. Verum quia Tusci (vt diximus) mox vt obiit, æstimauerunt dominum anni vertẽtis, idcirco illum ab initio Vertumnum vocauerunt, & illi primitias quatuor temporũ offerebant, vt in vere cerasos & lactentes spicas, in æsta*
D *te mora, & primum maturescentes vuas, & in autumno pruna & eiuscemodi, quæ Ianum in conuersione partium anni existimabant efficere. Et ideo dicit:*

Seu quia vertentis fructum percepimus anni
Vertumnum rursum credidit esse sacrum.
Prima mihi variat liuentibus vua racemis
Et coma lactenti spicea fruge tumet.

Hic

Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna A
Cernis, & æstiua mora rubere die.

Deinde Berosus dicit Ianum cognominatum deum pacis, concordiæ, ac fœderis. Et Seruius super duodecimum Æneidos ibi: Latonæque duplex genus, Ianum inquit rite inuocat, quia ipse faciundis fœderibus præest. Namque postquã Romulus & Tatius in fœdera conuenerũt, Iano duplicis frontis simulacrum factum fuit, quasi duorum populorum. Fuit autem factum ex stipite ligneo, vt in fine huius Elegiæ Propertius dicit. Moyses dicit Genesis capitulo nono deum iniisse fœdus cum Noa, ne amplius immitteret diluuium iratus & ob id inter duas naturas discordes Ianus est Vertumnus, quia vertit eas ad pacem & concordiam, non solum homines, sed & arbores, vt patet in insitione arborum diuersarum naturarum. Eas quia concordes efficit Ianus, atque in fœdera vertit, idcirco & Ianus Vertumnus & ipsi prima insitionis poma dicantur. Et hæc est alia ratio nominis Vertũni, de qua Propertius subinfert dicens: Ianus pacificus. B

Insitor hic soluit pomosa vota corona C.
Cum prius inuito stipite mala tulit.

Et subdit quia hæ tres rationes nominis Vertumni, videlicet quòd Romæ primum Ianus cœpit dici Vertumnus, quia præstitit auersionem Tyberis, apud Thuscos vero ab initio, quia semper existimatus est deus rerum vertendarum, vertentisque anni, atque præfectus paci & fœderibus faciundis, vertendisq; discordibus in vnũ, ipsæ inquam sunt veræ rationes huius nominis Vertumni, & nullæ aliæ, ita dicens: D

Mẽdax fama, noces alius mihi nominis index.
De se narranti tu modo crede deo.

Quasi dicat: crede mihi de me narranti has tres rationes. Addam tibi vltimam, quia dicor Vertumnus, quia verto me in omnem formam, de quo sic dicit:

Oppor-

A *Opportuna mea est cunctis natura figuris.*
In quamcunque voles verte, decorus ero.

Hoc loco natura Iani dicitur eius ingenium, & prudentia qua enituit, & de qua Macrobius in primo Saturnalium dicit, Ianus gemina facie præfertur, quod profecto ad ipsius prudentiam refertur, qui & præterita nouerit & futura prospexerit. Teste autem Aristotele in Æthicis, prudentia omnes virtutes metitur, quia ipsa est recta ratio agibilium. Agibilia autē à nobis sunt multiformia, B quia vel ad ciuilitatē, vel religionem, vel vitæ sustentationem agibilia ordinantur. Et ideo forma & institutio viuendi dicitur Iani figura pulchra, quia natura iustissimi Iani fuit prudētia, quæ se conuertit in omnem formā & figurā recte viuendi. Ergo quia (vt supra diximus) ab his quæ præstant dij nomina accipiunt, recte Ianus vocatur Vertūnus figurarum, quia præstitit humano generi prudentiam & omnem formam viuendi Quod profecto significauit Acron super illud Horatij: Vertumnis (quot- C quot sunt) natus inquis, sic dicens. Deus qui humanis mentibus præest dicitur Vertumnus: quia vertit & mutat humanas mentes ad regimen vitæ, quo pacto qui se nescit regere dicitur natus Vertumnis iniquis. Ergo Ianus recte Vertumnus dictus est, quia vertit illos priscos rudes homines ad omnes rationes honeste ac religiose viuendi, dicente Macrobio in primo Saturnalium. Mithici referunt sub Iano fuisse omnium domos religione ac sanctitate munitas Xenophon item tradit Italicum Ianum in Italia diis templa fecisse, & ritus sacrorum instituisse. Et ob id in omni sacrificio præfationem perpetuam D meruisse. Eadem scribunt Fabius Pictor de origine vrbis Romæ, & Cato in fragmentis. Rationes vero agriculturæ, regiminisque totius vitæ docuisse Ianum, qui & Cœlum, non solum Diodorus in. 4. lib. vbi loquitur cur Scythæ Libyi & Aphri imposuerunt prisco regi cognomen cœlum sempiternum omnium regem immortalem, exponit, sed complures alij vt Acron, Porphyrio & Donatus qui regem antiquissimum Etruriæ Vertumnum asserunt docuisse omnes rationes bene viuendi, serendi, & plan-

Iani facies.

tanda-

tandarum arborum, & agriculturæ, à qua fortis Etruria creuit in imperium totius Italiæ, vt asserit Seruius exponens in. 2. Georgicorũ illud Virgilij, sic fortis Etruria creuit. Sic ergo carmẽ Propertij exponatur. Mea natura & prudentia ciuilis est opportuna & idonea cunctis figuris viuendi. Verte me Vertumnum in quamcunque voles figuram & institutionem vitæ, decorus ero, quia semper illam institutionem inuenies ad honestatem pertinere. Et dat multa exempla, quorum formæ impressæ erant in tota veste Iani. Et primo quidẽ in veste erat impressa camisia longa quam à loco vbi reperta fuit vocat Coam vel Ceam, & similiter erat ibi forma togæ impressa, idcirco decorus ibi est, quia non modo docuit vestes ad honestatem ne nudi essent, sed etiam ad discernendum sexum, ne promiscui essent. Et hoc est quod dicit: A B

Indue me cois, fiam non dura puella:
Atque toga sumpta quis neget esse virum?

Ergo Ianus dicitur versus in formam viri & puellæ, quia tegumenta illis congruentia præstitit. Et quia præstitit rationem fœnariam & falcem fœnariam sicut Saturnus putatiuam, idcirco fingitur versus in formam fœnarij, & in veste formą viri fœnarij impressa erat, de quo sic sequitur. C

Da falcẽ & torto frontẽ mihi comprime fœno
Iurabis nostra gramina secta manu.

Et Ouidius in. XIIII. Metamorphoseos, de eodem dicit. Tempora sæpe gerens fœno religata recenti Desectum poterat gramen versare videri. Item in veste Iani impressæ erant formæ armati militis, & segetum messoris, & ideo dicebatur Ianus versus in militem armatum, & aliquando in messorem quia docuit rationes metendi, & corbes, & ventilabrum. Item docuit militiam, & duodecim secures ad continendum bonos in aurea vita, & terrendum noxios, non ad occupandum aliena regna libidine dominandi, vt asserunt Fabius Pictor de origine vrbis Romæ, & Cato in fragmentis. Vnde & Cranæ dedit sceptrum & albam, id est, fasces, vt probauimus super D

A 4. *fragmentum Catonis. De qua virga alba, id est imperiali, data à Iano Nymphæ Cranæ, tam Ouidius in sexto de Fastis, quàm Berosus in.v huius meminerint. Ita hæc militiæ ratio laudabilis erat et decora. Et de his sequitur.*

Arma tuli quõdã. memini, laudabar in illis:
Corbis in imposito pondere messor eram.

Et Ouidius de eodem Vertumno in. XIIII. *Metamorphoseos de forma messoris dicit. O quotiens habitu duri messoris aristas Corbe tulit, veríque fuit messoris imago. Et similiter ibidem de armata forma Vertumni scribit. Rursus in veste Iani erant impressæ formæ sobrij iudicis, & vinosi atq; ebrij vinitoris, quia docuit rationes summarias iudicandi, vt Ouid. in primo de Fastis, de regno Iani loquens sic dicit: Proq; metu populum, sine vi pudor ipse regebat: Nullus erat iustis reddere iura labor. Docuit & conficere vinum & vinalia, vt Fabius Pictor, & Cato asserunt, & nos in commentariis nostris probauimus: Et ob id dicunt ipsum dictum Priscum Oenotrium, id est viniferum. Porro Moyses de Noa Genesis nono cap. & Berosus in quinto dicunt eum inuenisse vinum: & inebriatum fuisse. Et ob id, vt ait Berosius, dictus est Scythis Ianus, id est vinosus. Inuenitur nomen Ianus ab initio Italiæ ante omnem linguam Latinam & Græcam, vt probauimus in libro de origine literarum & philosophiæ. Quare Ianus non spectat ad originẽ Latinã vel Græcã, sed vt ait Bero. Scythicã, qui vti Hebræi vinũ dicunt Iain, & ab eo Ianum. Ergo quem Latini à vino viniferum, & Græci ab œno œnotrium, eundem Scythæ atque Hebræi à Iain, id est, vino vocant Ianum, id est, vinosum, & de his duabus rationibus vitæ subditur his verbis.*

B (margin, beside "sus in veste Iani")

C (margin, beside "nus, id est vinosus") — *Ianus.*

Sobrius ad lites, sed quum est imposta corona
D *Clamabis capiti vina subisse meo.*

Amplius in veste Iani formabatur sacerdos mitra Lucumonia redimitus, & alba veste pontificia, itemq; formabatur & philosophus vti Apollo cum cythara, & ita versus dicitur in formam Lucumonis & Apollinis, quia teste Catone & Fabio Pictore, docuit Lucumones duode-

rim fasces & vestes pontificias, quia Lucumones velati infulis & mitris erant, vt docet Dionysius Halicarnasseus in quarto libro. Docuit item primus his religionem & theologiam, & rituales atq; aras, & ritus vt Macrobius, Xenophon, & Berosus dicunt: Docuit & secreta naturæ atq; physicam vt Berosus dicit, inter quæ astronomiam & concentus syderum ostendit, ob quæ illum physici miris argumentis diuinitatis extollunt, vt author est Macrobius. Et quoniam omnia fere carmine ac lyra decantant theologi poetæ atque pontifices, quæ Ianus docuit, idcirco dicitur conuerti in formam pontificis & Apollinis, vt in sequenti carmine sic dicit: A B

Cinge caput mitra, speciem furabor Achiui.
Furabor phœbi si modo plectra dabis.

Dicitur Achiuus ad similitudinem licentia poëtica, non quia Ianus ab Achiuis acceperit regiã & sacerdotalẽ mitram, sed quia Achiui reges, & sacerdotes Achiui, ab eius Lucumonibus regibus & sacerdotibus acceperunt. Vnde & Bacchi põtifices Turrena siue Lydia mitra vtebãtur, vt dixit Propertius in elegia ad Bacchũ his verbis Candida laxatis onerato colla corymbis Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. Item quia docuit ad exercitium ludum Disci, & ad exercitium & victum simul docuit venationem & aucupium, & piscationem, & nauigia, et institoriam, idcirco in veste eius impressa erant Auriga Faunusq; & retia cum arũdine, & hamus in calamo, et mercator ornatus togatus. Et ob id in deum Faunum et Vertumnũ et mercatorũ numerũ versus fingitur, & forũ Boarium, piscarium, transitoriũ, et vænalium illi dicatum, et breuiter totus vicus Tuscus à summo Argileto vbi est Ianus summus in foro transitorio et circo maximo, vsq; ad imũ Argiletum, vbi Ianus quadrifrons ad radices capitolij erat illi dicatus, q vicus erat omnibus Romanæ vrbis vicis nobilior et opulentior, plenissimus præ diuitibus mercatoribus, vt significat Hora. lib. epistolarũ primo, et epistola prima dicens: O ciues ciues, quærenda pecunia primum est, Virtus post nummos. Hoc Ianus summus ab imo perdocet. Vnde in eodem vico Tusco C D

A *iuxta ecclesiam sancti Georgij, sunt vestigia arcus triũphalis Boarij fori institorum, vbi sic excisum est. Imperatori Cæsari L. Septimio Seuero pertinaci Aug. Arabic. Adiabenic. Parth. M. Fortissimo, Felicissimo Pont. Ma. Trib. põt. XII Imperatori. XI. Cos. III. patri patriæ, & imperatori Cæsar M. Aurelio Antonino pio felici Aug. Trib. Potesta. VII. Cons. III. Patri patriæ Procos. Fortissimo Felicissimoq; principi. Et Iul. Augustæ matri. N. & Castrorum. Et senatus. Et patriæ. Et Imp. Cæs. M. Aurelij Antonini Pij, Felicis. Aug. Parthici Maximi, Britannici maximi, Argentarij & negotiantes boarij huius lo-*
B *ci deuoti, eorum numini, supple Iano Vertumno. Et hoc significatur cum in sequentibus versibus sic dicit Vertumnus:*

Est etiam aurigæ species Vertumnus & eius
Traiicit alterno qui leue pondus equo.
Cassibus impositis venor, sed arũdine sumpta
Faunus plumoso sum deus aucupio.
Suppetat hic pisces calamo prædabor, & ibo
Mundus dimissis institor in tunicis.

C *Ergo eadem ratione dicitur conuersus in pomorum patrem, & Syluanum aruorum pecorisq; deum, & deum Pana Thusciæ atq; Italiæ, & eiuscemodi, quia instituit rationes pastoralis artis, & bubulci, & agriculturæ, & hortorum, & pomariorum, & pratorum, propter quæ in eius veste formata erant, pastor, stimulus, serpiculus, ligo, cucumer, caulis, trifoliũ, & eiusmodi, de qbus sic ait:*

Pastor & ad baculum possum curare, vel idem
Serpiculis medio puluere ferre rosam. (est
D *Nã qd ego adiiciã de quo mihi maxima fama*
Ortorum in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis, tumidoq; cucurbita ventre
Me notat, & iunco brassica vincta leui.

Nec

Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter A
Impositus fronti langueat ante meæ.

Ouidius quoque in.14.Metamorphoseos, Mythice inducens fabulam cœli & terræ siue Iani & Vestæ, siue Horchiæ ac Vertumni, siue latinæ Pomonæ ac Pomoni, & scribens sub quo rege ars hortulana & pomaria primum in Latium ab Etruria deducta fuit, sic laudat Pomonam Rege sub hoc pomona fuit, qua nulla Latinas Inter hamadriadas coluit solertius hortos. Nec fuit arborei studiosior altera fœtus: Vnde tenet nomen, non syluas illa B *nec amnes, Rus amat & ramos felicia poma ferentes. Et interpositis de aliis Pomonæ amatoribus, mox de pomorum patre Vertumno hortulano eius amatore simul & pastore atq; bubulco sic subdit. Sed enim superabat amãdo. Hos quoq; Vertumnus: Falce data frondator erat: vitisq; putator Induerat scalas, lecturum poma putares: Sæpe manu rigida stimulos portabat, & illum Iurasses fessos, modo disiunxisse iuuencos. Ergo quia in omnes rationes viuendi transformauit homines, iure Vertumnũ Ianum cognominauerunt. Et hoc est quod tandem concludit dicens:* C

Sic mihi quod formas æque vertebar in omnes
Nomen ab euentu patria lingua dedit.

Nomen inquit patria lingua Thusca dedit, nomen Vadimona, id est Latine Vertumnum, ab hoc euentu & effectu, quia æque ac facile vertebar, id est, vertebam homines in omnes formas & rationes viuendi. Deinde dicit quo tempore, & quo duce Tusco, & quo singulari bello venit Romam, & quo præmio donati sunt sui Tusci. Sane sciendum est, vt Fabius Pictor de origine vrbis Romæ dicit, cui in pluribus concordat Dionysius in.2 lib. & nos copiosissime probauimus super eũdem Fabium: quũ D *Romulus impar esset Sabinis, implorauit auxilium à Lucumonibus. Commissum fuit negotium Galerito Lucumoni Arbani. Qui ex vrbe colonia magna manu veniens, superauit Sabinos, & ad fœdus percutiendum cum Romulo coëgit, diuisit vrbem in tres tribus, prætoria &*

A lictores Romulo statuit, et suis Luceribus vicum Tuscum tribuit, et Ianum statuit ligneum. Primo ergo Vertumnus gratias agit, et pollicetur pacem Romanis pro vico dato suis Tuscis. Secundo pro forma ærea sibi structa. De primo sic dicit:

At tu Roma meis tribuisti præmia Tuscis
Vnde hodie vicus nomina Tuscus habet.
Tempore quo sociis venit Lucumonius armis
Atq; Sabina feri contudit arma Tati.
B *Vidi ego labentes acies & tela caduca*
Atq; hostes turpi terga dedisse fugæ.
Sat faciam diuum sator vt Romana per æuũ
Transeat ante meos turba togata pedes.

Verum quia vt diximus, hæc in commentariis super Fabiũ Pictorem copiose explanata fuerunt, vbi et mendacium Dionysij de morte Galeriti deteximus, et similiter eũ qui vult vicũ Tuscũ datũ fuisse sub Clusino Porsena, id-C circo vnum hoc loco notandum occurrit quia solius Iani epithetum est, esse satorem deorũ. Alij enim dei possunt dici patres, vt Mars pater, et pater Apollo, sed nõ sator, quia solus Ianus genuit deos tã maiores quàm minores, vt dicit Berosus. Et ideo quia Ianus et Vertumnus idem, iure Vertumnus se appellauit satorem diuũm. His sic expositis, fingit Proper. se festinare à foro trãsitorio ad forũ Romanũ ad recipiẽdũ vadimonia, et idcirco nolle se amplius audire, Vertumnũ vero iubere vt audiret alios sex versus sequẽtes, nec se amplius illũ detenturũ, sic dicens:

Ianus sator (margin)

Sex superãt versus te qui ad vadimonia curris
D *Non moror, hæc spatiis vltima meta meis.*

Multa nomina Etrusca Romani in linguam suam transtulerunt, vti et aliarum gentium, sicuti in cõmentariis aliis ostendimus. Inter ea est Vadimonium, id est Vertũnium, eo quòd vertit hominum mentem de altero ancipitem et suspectam ad firmitatem et securitatem. Nam Vadimona Etrusci, sed Vertumnum dicunt Romani. Vn

de Ia

de Ianum Vertumnum quasi sponsorem securitatis, Romani postea posuerunt in foro transitorio, quo transibatur in forum Romanum. Vnde Ianum quem vitæ principium et matutinum patrem inuocauit Horatius libro secundo Sermonum, eundem vitæ vertendæ Vertumnum subiunxit, qui se sponsorem et vadem Romæ caperet, qui vt Ianus principio, et Vadimon siue Vertumnus bene vertendæ finiẽdæq; vitæ, vadẽ eũ caperet atq; spõsorem. Sic enĩ ait: Matutine pater seu Iane libẽtius audis. Vnde homines operũ primos vitæq; labores Præstituũt (sic diis placitũ) tu carminis esto Principiũ, Romæ sponsorẽ me rapis, scilicet ad spõsiones et vadimonia quibus praees. Ergo dicit Propertius, fige gradum, qui ad vadimonia curris in forum Romanum, quia ego sum Vadimon, id est Vertumnus rei spondendæ, et lege sex versus sequentes in hunc modum: A B

Stipes acernus eram properanti falce dolatus
Ante Numã, grata pauper in vrbe deus.
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ
Tellus artifici ne terat osca manus. C
Qui me tam dociles potuisti fundere in vsus.
Vnũ opus est, operi non datur vnus honos.

In his VI. vers. tangũtur quatuor causæ simulachri, et tẽpus, & ordo. Primũ est tẽpus quo factũ est, videlicet ante Numam Pompilium, id est sub Romulo cõtra eos qui sub exactis regibus et Porsena in principio elegiæ exposuerunt. Teste enim Seruio super XII. Æneid. quum Sabini fœdus cum Romulo iniuissent deuicti, tunc Ianum bifrõtem ibi posuerunt, quasi duo populi in vnum coiuissent. Et vt ait in septimum Æneidos, fecerunt Ianum in imo Argileto, vbi postea æneum fecit Numa, vt hic ait Propertius. Ergo ante Numam primo factum est. Materia verò ex qua primum factum est simulachrum sub Romulo lignea, more antiquo ad significandum quòd dij amant paupertatem, in qua inuenitur honestas, et fides, dicente ad deos Tibullo. D

A *Ne pudeat prisco vos esse è stipite factos*
Sic veteres sedes incoluistis aui.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde deus.

Et hoc est quod ait: Stipes acernus eram properanti fal ce dolatus Ante Numam. Sane legendum est Stipes acer nus eram: non stipitis aceruus, vt metrū indicat et sentē tia. Nam acer nomen est arboris fœm. gen. faciens huius aceris in genitiuo, habetq; primam breuem quam acer ad iectiuū producit. Et inde fit adiectiuum possesiuū acer-
B *nus a, um, ad acerem pertinēs. Dicit ergo, stipes acernus erā, sicut apud Horatium in sermonibus Priapus. Olim truncus eram ficulnus etc. Addit grata pauper in vrbe deus. Gratam vrbem appellat, quia ob partam victoriā auxilio Lucerum ad lacum Vadimonis initiatorum, ibi venerabatur, vt Fabius Pictor asserit, & nos in eius cō mentariis clare ostendimus. Deinde tangit materiam*
Mamurius *sub Numa, et artificem Mamurium Oscum, id est Capua num, quia vt ait, Numa æreum fecit Mamurio opifice, quod Romulus ligneum dolauerat. Mamurius, vt aiunt*
C *authores, fuit peritissimus in arte fusoria, quem euoca- uit Numa ad fundendum duodecim ancilia, et etiam (vt dicitur) fudit æreum Ianum in eodem loco et imo Argi- leto indicem pacis et belli, vt author est Liuius in primo ab vrbe condita. Ab hoc infimo Argileto ad superiorem bifrons trāslatus est, et in infimo substitutus quadrifrōs de quo Seruius super. VII. Æneid. Simulachrum inquit, hoc Numa instituit circa imum Argiletum iuxta thea- trum Marcelli in breuissimis duobus templis. Duobus au tem propter Ianum bifrontem. Et subdit. Postea vero ca ptis Phaliscis vrbe Tusciæ, inuentum est simulacrum Ia*
D *ni cum quatuor frontibus. Vnde quo Numa instituerat translatū est ad forum transitorium, et templum quatu or portarum ibi substitutum est. Ex hoc etiā patet, quod Pictor, Cato, et alij dicunt Ianū et Vertūnum eosdē esse, quia Numa idē simulachrū æreū fecit quod Romulus li gneum. Porro Romulus Vertumnum in forum transito- rium translatum fecit, Numa Ianū formauit ad radices capitolij, vbi infimus Argiletus et templū quatuor porta*

rum

rum. Vnde idē Ianus & Vertūnus causa formalis huius A
Vertumni lignei prius, inde æreí fuit Ianus bifrons, manibus gestans sceptrum, claues & numerum. CCCLXV *in veste verò formas omnes fusas à Mamurio, in quas sese vertebat. Finis vero vsus eius plurimus & honor, quia tot formis celatus erat in vsus dociles, vt docerent quas vitæ rationes & beneficia pater Noa siue Ianus impendisset humano generi, & ob ea in cunctis honores diuinos exciperet. Et hoc eſt quod ait. Mamuri, hoc opus & simulachrum eſt vnum, à te facile fusum in vsus dociles. id eſt, in significata docentia beneficia Iani, sed honos* B
operi non datur vnus, sed tot quot imagines vtiles & dociles continet. Et nota quod sicut rationes vitæ quas Ianus tradidit, fuerunt ex omni parte honestæ, vt supra dixit, in quamcūq; formā me vertes decorus ero, ita Mamurius & Tusci quibus Deus princeps erat, omnes formas in simulachri veste tam ordinate ac decore disposuerunt, vt admirabilis decentia & decor simulachri redderetur, dicente Tibullo. Talis in extremo felix Vertumnus Olympo mille habeat formas mille decenter habet. Est Olympus.
aūt Olympus non solum cœlum, & mons quisq; altissimus, sed & pomœrium, id eſt, locus augurio primum in C
vrbe sacratus, vt docent ex Græcis Xenophon in libro de æquiuocis, et Plutarchus in vita Romuli, dicens. Etrusci sacrant literis & mysterijs quibusdam & fossa, quam Olympum dicimus. Vertumnus igitur Deus princeps Etruscorū, vt ait Varro de lingua latina, habet mille decentes formas in Olympo sacro luco ingenti fanoq; Volturnæ æterno. Æternum dicit alludens vocabulo Vol, quod vt in quæstionibus primus Annijs ostendimus signi D
ficat priscum antiquissimum & æternum. Vnde si Vol addis ad Turrenam, & dicas per syncopam Volturnam aut sine syncopa Volturrenam à qua Volturreni dicuntur, significat æternam vel priscam antiquissimam Turrenam. Quare quia fani Volturnæ epithetum proprium eſt Vol siue æternum, iure id epithetum pro Volturna & Olympum pro luco & fano eius accipit dicens: Felix Vertumnus & Ianus qui & Noa princeps deus Etruriæ, habet quidem mille formas, sed decentes in Olympo

A *æterno, id est, fano Volturnæ, ad quod concilia indicebantur. XII. populis Etruriæ, vt in pluribus locis ab vrbe condita Liuius asserit. Non enim nisi inaugurato loco cōsilia habere poterant, vt Seruius author est super Æneida. Et hic lucus ingens erat religione Lucumonum sacer late, quia communis regibus ciuibus & accolis Etruriæ, vt in octauo Æneidos Vergilius scribit, & Seruius exponit, & nos in quæst. Annijs ostendimus. Hoc fanum vrbemq; illius tetrapolim regiam Ianus eius Deus princeps Vadmon primam omnium fundauit, vt Cato in secundo fragmento de originibus dicit, & Fabius pictor attestatur, & Myrsilus astipulatur, & nos in commentarijs eorum ostendimus. His ita super Propertium expositis, facile intelliguntur quæcunque poëtæ historici, physicique, ac Berosus tradunt, excepto quòd Berosus falsum scribere videtur, dicens, quòd solum hæc duo regna Italicum & Scythicum venerantur Noam cognomine Ianum. Nam Phœnices illum etiam vt cœlum sempiternum regem & patrem venerantur, cui teste Macrobio in primo Saturnalium ponunt simulacrum draconis in orbem ad modū cœli reuoluti. Eundem quia in Aphrica docuit Astronomiam, & beneficia rationesque vitæ ruralis atq; ciuilis eis præstitit, etiam vt cœlum regem sempiternum omnium venerantur, vt Diodorus in quarto perhibet. In Ægypto quoq; statuas & templa habuit. Vnde vt author est Plinius in. XXXVI. naturalis historiæ, cap. V. Ianus pater dicatus ab Augusto in suo templo, ex Ægypto aduectus fuit. Xenophon quoq; in libro de Æquiuocis distinguit de protheis, id est, Vertumnis mutantibus se in diuersas formas. Nam vt diximus in pluribus locis æditionum nostrarum, quòd Ægyptij Protho dicebant, hoc Aramei & Etrusci vado, & latini verto. Hinc eadem sunt protheus, Vadymon. Vertumnus. Dicit ergo postremū protheum siue Vertumnum fuisse Ægyptium, qui erat sacerdos magni Vertumni phœnicis, cui consensu totius orbis, tēpla, statuæ, & aræ dicatæ fuerunt in Europa, Asia & Ægypto. Hæc in commentarijs super Xenophontem latè exposuimus. Non ergo rectè Berosus scribit Ianum patrem venerari*

solum in Scythia & Italia, qui principatum deitatis habuit in toto orbe, id eodē Iano affirmāte apud Ouid. in. I. de Fastis & dicēte: Me penes est vnū vasti custodia mūdi, Et ius vertendi cardines omne, meū est. Hoc dubiū solnat quisq; eruditus, vt placet, Tenet aūt in manibus numerū cursus solis quē docuit, vt etiā Macrob. consentit. Duodecim verò aras tenet sub pedibus ob plures causas. Primū quia. XII. pomeria prima, siue. XII. olympos primus XII. populis Etruriæ statuit, qui suberant Iano Larthi & vrbi eius Etruriæ, vt Fabius pictor & Cato in. II. fragmento referunt. Secunda causa est, quam Macrobius in primo Saturnalium refert, & Varro in. V lib. diuinarū rerum scribit, Iano. XII. aras dicatas pro totidem mensibus. Sceptrum tenet, quia primus fasces imperij iustissimi instituit, vt Fabius & Cato exponunt. Similiter vt aiunt tenet claues, quia ad pudicitiam & castimoniam ac religionem tutandam, ostijs patentibus apposuit valuas & seras ac claues. Et ob id à Iano inuentore Ianua, non à Ianua Ianus dictus est, ut quidā falsò suspicantur, quia Ianus nomen fuit ante latinam linguā, & idcircò Ianua nomen est Etruscum, ab inuentore originem habens.

Expliciunt Propertiana commentaria.

Q. FABII PICTORIS

LIBER PRIMVS, DE AVREO SAECVLO, ET *origine Vrbis Romæ, ac Vocabulorum eius, cum commentarijs Annij.*

QVINTVS Fabius Pictor illustris familia Fabia, & bonarum disciplinarum gloria, vt qui etiam à nobilissimis authoribus in testimoniū aduocetur, de aureo sęculo, quo sub Iano & Saturno & Camese Roma cœpit, itemq; de forma regionis septem collium, & origine Romæ hoc opus edidit, admodum necessariū ijs, quibus antiq̄tas Italię atq; Romæ

A Romæ curæ sit. Diuiditur autem in duos libellos. In primo originem Romæ tradit ab aureo sæculo vsque ad Romulum. In secundo quæ fuerunt sub Romulo. Primus libellus duas habet partes. Prima de aureo sæculo. Secunda de forma septicollis regionis prisca tractat.

DE PRIMA PARTE HAEC SCRIBIT.

B *ITALIÆ Imperium penes duos populos principes extitit. Posterius Romani principio Thusci sub Iano cœperunt in aureo sæculo. Aurea ætas primo ortu generis humani fuit, sic dicta, quòd posterioribus sæculis comparata, æquè atque aurum*
C *inter metalla effulsit. Eam cœpisse sub Ogyge ante Ninum annis circiter ducentis & quinquaginta, Xenophon atque maiores prodiderunt. Is Ianus sub initium aurei sæculi læuum latus Thyberis Etruria tenuit. Cameses verò ac Saturnus circa finem eiusdem ætatis dextrum incoluerunt. Ea ætate nulla erat*
D *monarchia, quia mortalibus pectoribus nondũ hæserat vlla regnandi cupiditas. Principes quia iusti erant, & religionibus dediti, iure habiti dij & dicti. Non enim arbitria illorum ab æquo vel populus à iure innato, discedebãt. Nullo tunc vindice aut metu, sed sua sponte retinebant fidem & rectum. Pudor ipse regebat*

bat populos, & ius principes. Domus illis non extructæ vel ornatæ luxuriaq́; insignes erant & splendidæ, sed vel criptæ aut viminum tuguria & caua arborũ ligna erant. Victum spõte nascentia præbebant, aut in diem victus quærebatur venatu. Vinum et far primus illis docuit Ianus ad sacrificia & religionẽ magis quàm ad esum & potum. Primus enim aras & pomeria & sacra docuit, & ob id illi in omni sacrificio perpetua præfatio præmittitur, farq́; illi ac vinũ primo prælibatur. Vxor illi fuit Vesta quæ prima sacrorum regina sempiternum sacrificiorum ignem virginibus credidit. Bella tunc non ignota modo, sed ne cogitata quidem in mentem venerant. Ad pudorem & sanctimoniam domorum, primus valuas, seras & claues excogitauit & inuenit, & ab eo dictæ Ianuæ. Olympo regio Etruriæ, fanóq́; sacrato, duodenis colonijs totidem pomeria arasq́; sacrauit, & ad continendum recentes tum colonias in officio aureo, virgas fascesq́; singulis singulas dedit. Vnde ipse in manu virgam & clauem, subq́; pedibus bis senas aras habet. Circa finem aurei sæculi, primus oĩm Ninus rex Assyriorum hos aureos mores noua regnandi cupiditate mutauit, & primus limites transgressus, bella finitimis mouit, & A B C D

totius

A *totius Aſiæ populos perdomuit, ſub quo Came*
ſes præfectus fuit Aborigmibus. Et paulò poſt
frementibus vndiq; contra ſe armis, toto prius
pererrato orbe Saturnus ad Ianum ſe contu-
lit. Eum comi hoſpitio Ianus receptum, Latio
& Aboriginibus præfecit. Et more, quanuis
tunc finientis aurei ſæculi, intra fines ſuos ſeſe
B *quiſq; cõtinuit, Ianus in Etruria & Saturnus*
in Latio, Thyberimq; fines imperij eſſe inſtitu
it. Intra enim ſuam cuiq; patriam tunc de mo
re regnum finiebatur. Limes igitur erat inter
eos Thyberis, aræ verò limitum erant Ianicu
lum & Saturnia Capitolina. Etruriam à Ia-
niculo Ianus, Latium à Saturno Saturnus
C *cognominauit. Ad radices enim Capitolij Sa*
turnus cõdiderat, vt Ianus Ianiculum. Hæc
igitur fuit prima Romæ origo ad radices Ca-
pitolij, vbi tunc paſcua bobus erat.

Quia ex his fermè pendent omniũ antiquitates & or
gines, quibus aureo ſæculo natæ ſunt gentes humanæ an
te arma & Iouem Ninum, qui Saturnum Caſpium pepu
lit in Latium, vt in ſuperioribus vtcunq; vidimus, idcir
D *co plura ſunt notanda. Primum, quòd poſt diluuium pri*
mum antequam bella Ninus & tyrannidem inchoaret,
mira ſimplicitate & innocentia viuebant homines, & ſi
quidam etiam inſoleſcerent. Sed mox deprimebantur,
quia dij atq; numina regebant orbem .i. iuſti principes,
quorũ arbitria, quia errare non poterant pro legibus ha-
bebantur, vt authores ſunt Trog. & Iuſt. in. 1. lib. Verũ
quia Fabius multa dicit, quæ ab alijs ſubobſcurè dicun-
tur, idcirco quæ alij dicant audiamus. Primo quòd ante
Ninũ fuit primus ortus generis humani, & aurea ætas.

Quòd

Quòd enim longè ante Ninum mundus iam creuerit à primo ortu, est argumento, quòd innumeras gentes iam ipse subegit, & ante illũ innumeri homines iam orti fuerant quos debellauit antequã illũ præcesserunt eius pater, auus, proauus, abauus, & atauus reges, vt Beros. Xenophõ atq; alij tradunt. Quòd verò in tali primo ortu fuerit aurea ætas oẽs tradũt, siue Ogyges fuerit post diluuium, siue alius, vt Ouid. in. 1. Metamor. tradit dicens de principio ortus generis humani. Siue recẽs tellus, seductaq; nuper ab alto Æthere cognati retinebant semina Cœli. Quã satus Iapeto commixtã fluminis vndis Finxit in effigiẽ moderantẽ cũcta deorũ. Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo, Sponte sua, sine lege fidẽ rectũq; colebat. Pœna metusq; aberant, nec verba minantia fixo Ære litigabant, nec supplex turba timebat Iudicis ora sui, sed erãt sine iudice tuti. Nondũ cæsa suis peregrinũ vt viseret orbẽ Mõtibus in liquidas pinus descẽderat vndas, Nullaq; mortales præter sua littora norant Nondũ præcipites cingebant oppida fossæ. Nõ tuba directi, non æris cornua flexi. Nõ galeæ nõ ensis erat, sine militis vsu Mollia securæ peragebant otia gentes. Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec vllis Saucia vulneribus, per se dabat omnia tellus. Durauit hæc pacifica & aurea ætas teste Trogo vsq; ad Ninum, qui primus aureum sæculũ gentibus sustulit, & arma finitimus atq; remotissimis primus intulit. Quod eius abbreuiator Iustinus in primo Epitomatum breuibus absoluens. Principio, inquit, rerum, gentium, & nationum imperium penes reges erat, quos ad fastigiũ huius dignitatis nõ ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur, quia iustorum principũ arbitria pro legibus erant. Fines imperij tueri, magis quàm proferre mos erat. Intra suam cuiq; patriam, regna finiebantur. Primus omniũ Ninus rex Assyriorum, gentibus quasi auitum morem, noua imperij cupiditate mutauit, & finitimis bella intulit, & rudes adhuc ad resistendum populos, facile terminos vsq; Libyæ perdomuit. Itaque probatum est quod Sempronius & alij scribunt hac argumẽtatione. Primus ortus humani generis, & innu-

A

Aurea ætas.

B

C

D

A & innumera gentium multitudo fuit ante Ninum. Ergo aurea ætas fuit ante Ninum, quia in primo ortu generis humani fata eſt aurea ætas. Item qui primus bella & turbas ciuit poſt aureum ſæculum, fuit Ninus. Quare finita eſt aurea ætas, & cœpit argentea, fugato Saturno in inferna tartara. id eſt, ad infernum mare Tuſcum ad Ianum. Quod mythicè Ouidius in primo Metamorphoſeos lepidéq; deſcribens ait. Poſtquam Saturno tenebroſa in tartara miſſo Sub Ioue mundus erat, ſubijt'q; argentea proles, Auro deterior, & reliqua. Quod vero aurea ætas durauerit annis vno minus ducentis & quinquaginta, vtiq; Græci non potuerunt à ſuis reſcire, quia primus qui Græcos ſcriptores aſſequutus eſt, fuit Ninus,

Aureæ ætatis anni.

B vt ait Diodorus in quarto libro. Et vt in primo fatetur, nondum illis compertum erat, qui primi in orbe reges, ſed à Barbaris didicerunt, qui ſe primos ſcriptores & indagatores rerum vtilium aſſerunt, & multorum temporum memoriam apud ſe ſeruari affirmant. Vnde & Xenophon quem producit hic in teſtem Fabius vtitur teſtimonio inſcriptionis Babylonicæ, & Archilochus teſtimonio

C nio Maſeæ Phœnicis, vt in commentarijs eius videbimus, & Cato in prœmio de originibus ſimiliter. Hi omnes cõſentientes etiam Beroſo in quinto Antiquitatum, affirmant à diluuio primo vſq; ad Ninum fuiſſe annos nouẽ & quadraginta ſupra ducentos. Quare aurea ætas durauit ante Ninum non minus annis ſupradictis. Quòd verò Ianus floruerit ſub initium eius ætatis, ipſe Ianus in primo de Faſtis aſſerit, dicens:

Tunc ego regnabam, patiens cùm terra deorum
 Eſſet, & humanis numina mixta locis.
D Nondum iuſtitiam facinus mortale fugarat,
 Vltima de ſuperis illa reliquit humum.
Proq; metu populum, ſine vi, pudor ipſe regebat.
 Nullus erat iuſtis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello, poſtes, pacemq; tuebar,
 Et clauem oſtendens, hæc ait armagero.

Iani tempora.

Ergo Ianus fuit ſub initium aurei ſæculi, quoniam longe poſt eum fuerunt Cameſes & Saturnus reguli, circa finem potiſsimè Saturnus, quia clarè omnes ſcribũt, ideo

veniſſe

venisse in Italiam, quia iam contra eum Iuppiter sub quo cœpit argentea proles, mouerat. Quòd verò ait Ianum in uenisse primum far & vinum magis ad sacrificia quàm esum, non negat quin etiam præbuerit ad esum & potũ sobrium. Et id videntur significare Ouidius in primo de Fastis, & Acron & alij. Cur hæc offerantur soli Iano? Quia, inquiunt, significant parsimoniam & rudem victum illius ætatis. Et in Satyra, Atticus eximie, Iuuenalis dicit: Ponebant igitur Thusco farrata catino. Omnia nunc quibus inuideas, si liuidulus sis. Porrò quòd aras, ritus & templa primus Italos docuerit, & ob id perpetuã præfationem & libamen ante alia sacrificia deorũ promeruerit, vtique Xenophon tradit, vt asserit Macrobius in primo Saturnalium, Ouidius quoq; adijcit in primo de Fastis aliam rationem, quia est Deus introituum & ianua. Et ideo non potest adiri ad aliorum deorum sacrificia, nisi per ipsum. Quòd si quæris, cur ipse sit omniũ ianua? Respondent omnes, quia est pater omniũ deorũ & hominum, vt ait Berosus in secundo Antiquitatum. Et Iuuenalis in Satyra, credo pudicitiam. Dic (inquit) mihi nunc quæso, dic antiquissime diuûm? Respondes his Iane pater. Et Propertius in Elegia ad Vertumnum, qui est idem quod Ianus, vt posterius suis locis videbitur inducit Vertumnum sese appellantem patrem diuûm. Nam cœlum asseritur pater omnium deorum, & Ianus est cœlum, vt Berosus docet, & Ouidius scribit 1. de Fastis. Et ob id, teste Macrobio in primo Saturnalium, & Seruio super Æneida, Ianus apud Thuscos erat quadrifrons ob quatuor partes cœli, causantes quatuor partes anni, hyemem, ver, æstatem, autumnum. Et Cicero Ianum dixit dictum, quasi Eanum, quòd eat & vertatur cœlum & annus. Hinc Ianus, Eanus, Vertumnus eadem sunt. Ex his patet, Saturnum qui venit ad Ianum non fuisse Græculum illum Cretensem antiquissimum Apteram. Cui argumento sunt multa. Primò quidem tempus, quoniam Saturnus qui ad Ianum venit, fuit aureo sæculo, tẽpestate Nini, quum adhuc homines viuerent victu rudi, vt Iginus ait & Macrobius refert, & homines rudi trunco cauaq; arbore atq; tugurio vterentur, & nondũ

A — *Farris et Vini vsus.*

B

C — *Ianus ianua.*

D — *Eanus.* — *Saturnus q ad Ianum venit.*

DD compo-

A compositos hic Saturnus, quia iustus erat, lege composuit, vt ornato carmine Vergilius in octauo Æneidos describsit, dicens de ipsis Aboriginibus Latij:

Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæq; tenebant,
Gensq; virûm truncis, & duro robore nata.
Quîs neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, nec parcere parto.
Sed rami, atq; asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
B Is genus indocile & dispersum montibus altis,
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit, his quoniam tutus latuisset in oris.
Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuêre
Sæcula, sic populos tranquilla in pace regebat.

Apteras. Cæterum Apteras fuit domesticato orbe, & ætate ferrea, post Ninum quingentis annis & amplius, videlicet interfecto Iasio à fratre Dardano, & ante conditam Dardaniam paulominus triginta annis, vt Græci confitentur, & Eusebius notat. C Quinetiam iniustissimus & ferreus Apteras atq; impijssimus, patri testes eruit, filios occidit, Titanibus nepotibus ac fratri bellum intulit, & totum Cretæ regnum perturbauit. Rursus Saturnus, qui ad Ianum venit, denominatam Italiam à se Saturniã mortuus reliquit, vt Macrobius in primo Saturnalium dicit. Porrò iam cessauerat ætate Apteræ nomen Saturnia, & dicebatur Italia, vt Berosus indicat, & tempus probat, quia vt diximus minus triginta annis, ante fugã Dardani & conditam Dardaniam floruit scelestus & D ferreus, non aureus Saturnus Apteras. Porrò antea regnauerat Iasius, & ante Iasium pater eius Coritus gener Itali Atlantis ex filia Electra, matre Iasij, et ante Coritum Morges cognatus Coriti ex Electra sorore, et ante filium Morgetem regnauit Italus Atlas, à quo Italia, et ante Italũ Apis, à quo Apenina et taurina dicta fuit, et antè Apim siue Taurũ dicta erat Saturnia, vt super Berosum inexpugnabiliter comprobatur. Non fuit igitur Græculus Apteras, ille Saturnus aureus, collega Iani aurei, à quo Italia quondã Saturnia dicta fuit. Quis verò

Iasius. Coritus. Morges. Italus. Apis.

hic

hic Saturnus fuerit, et vnde, aut qua ratione fugatus, et à quo Ioue, et quandò, et quo pacto continuerit Aborigines, in alijs commentarijs, præcipuè Berosianis demonstrabitur. Nec te moueat, quòd Vergilius dicat eum venisse ab Olympo æthereo, quia non in Creta solum, sed etiam in Peloponesso et Asia et Ægypto inueniuntur montes dicti Olympi, quinetiam et in qualibet regione mons altior dicitur Olympus, quales sunt montes Caspij, à quibus ad Ianũ venit pius et iustus et Saga Saturnus. Præcellunt enim altitudine omnes montes, etiam in ipsa Scythia, quæ est altior pars orbis, vt omnes Geographi cum experientia concedunt. Et ideo Mythici dicũt, quòd Iupiter Saturnum in tartara et inferos misit, quia ab suprema parte orbis ad inferiorem, inferumq; vocatum mare fugauit, iam inclinante in vitia aureo sæculo. Quòd verò Fabius dicit, quoniam ante Ninum nulla extitit vniuersalis monarchia, quia intra limites patriæ suæ quisq; regebat, vt Saturnus in Latio, et Ianus in Ianicula Etruria, id argumentum facit, quare ante Ninum non inchoauit sua tempora Eusebius, sed à Nino, et quidem non à principio Nini, sed à .XLIII. eius anno. Ratio vna est, quia vsque ad XLIII. annum non explicuit acies, sed solũ assuefaciebat militẽ ad incognitã militiã et inusitatũ exercitiũ, vt Diod. Siculus in .3. lib. insinuat. Nouẽ enim vltimis annis bella intulit, et totam Asiam vsq; terminos Libyæ domuit. Si enim magnus Alexander .XII. solũ annis, eam Asiam et Ægyptũ, iam toto orbe armato, et ad alios inuadendum nedum ad resistendũ potentissimo subegit, nihil mirũ si, vt ait Trogus et Iustinus, tã breui tẽpore Ninus rudes adhuc ad resistendũ populos et inermes, terminos vsq; Libyæ perdomuit. Est itẽ argumẽto, quòd nouissimis annis cœperit vitiare aureũ sæculũ, quia primũ finitimis bella intulit, vti omnes concedũt. Bactrij autem, quibus imperabat Saga Saturnus, teste Beroso, vtiq; sunt finitimi Assyrijs. Quare principio eos aggressus est. Cæterum dum hos debellaret, venit ad eum Semiramis Ascalonitis, ex eaq; filium Niniaden sustulit, et infantulum moriens Ninus reliquit, pro quo Semiramis regnauit, vt Diodorus in tertio libro scribit, et

A

B Saturnus ad inferos.

C

D Bactri. Semiramis.

A alij consentiunt. Quare circa finem sui imperij vitiare cœpit aureum sæculum. Quòd verò ait Ianum suscepisse Saturnum in dextro latere Thyberis, & in læuo Etruriaq; Ianum consedisse, sciendum est, quòd dextrum & læuum Thyberis, dupliciter accipiuntur, vel eundo ab vrbe ad Ostia, vel ab Ostijs ad vrbem. Primo modo rate nauiganti Thyberim, Latium est à finistris, & Etruria à dextris. Econtrà verò ab Ostijs nauiganti ad vrbem, à dextris est solum terraq; Latij, & ad læuam solum Etruriæ. Et ita hic loquitur Fabius habendo rationem ad aduentum Saturni ab Ostijs in Capitolium, vbi Ianus illum visitans præfecit Aboriginibus, & Saturniam Latium dici voluit, sicut Etruriam Ianiculam. Et hoc itinere ab Ostijs vsus est etiam Ouidius, qui in primo de Fastis inducit Ianum ita de receptione & aduentu Saturni dicentem:

Dextrum & læuum.

B

Caussa ratis superest, Thuscum rate venit in amnem
Primus oberrato falcifer orbe Deus.
Hac ego Saturnum (memini) tellure recepi.
Cœlitibus regnis à Ioue pulsus erat.
C At bona posteritas puppim formauit in ære,
Hospitis aduentum testificata Dei.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen,
Et dicta est Latium terra, volente Deo.
Et paulo pòst.
Ipse solum colui, cuius placidissima læuum
Radit arenosi Thybridis vnda latus.
Ara mea est colli, quem vulgus nomine nostro
Nuncupat hæc ætas, Ianiculumq; vocat.

D Aram ergo Ianiculam Etruscam, læuo Thyberis lateri hærentem vocat, quia pro sacro limite atq; fine imperij sui Thyberim posuit. Qui limes communi impensa factus & sacratus est, vt idem Ouidius in secundo de Fastis ad sacrum limitem loquens dicit:

Te duo, diuersa domini de parte coronant,
Binaq; serta tibi, binaq; liba ferunt.
Ara fit, hic ignem curta fert rustica testa, &c.
Spargitur & cæso communis terminus agno.

Ergo Ianiculum & oppidum dicitur, quia ibi posuit

Ianus Ianiculas colonias, & Ara quoq;, quia ibi pro sacro limite inter se & Camesem atque Saturnum facta est Ara, & caeso agno, pro communi termino sparsus est Thyberis. Saturnia vero ad radices Capitolij, non ara, sed vrbs dicitur in octauo Aeneidos, à Verg. dicente: A Saturnia.

Haec duo praeterea disiectis oppida muris,
Relliquias veterumq; vides monumenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem,
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Neq; disiectis oppida muris, aut seorsum propria impensa singulum singulam vrbem condidisse significare voluit Vergilius, vt eum Macrobius incusat in primo Saturnalium, sed solum significat disiecta fuisse limite sacro, quia ea aetate cuiq; regi intra suam patriam finiebatur regnum, vt hoc loci Fabius, & Trogus atq; Iustinus in primo Epitomatum significant. Item aedificatam communi impensa vrbem, singulo regi tribuebatur, vt Saturnia Saturno, à qua Latium Saturnia: & Ianiculum Iano, à quo Etruria Ianicula primum nomẽ habuit, vt hoc loco docet Fabius. Vnde is eam condidisse dicitur, cuius nomen personabat, sed non propria impensa, quibus peculium et patrimonium aureo illo saeculo erat commune, vt tam ipse Macrobius & Vergilius, quàm Trogus atq; Iustinus vltimo Epitomatum scribunt, & alij consentiunt. Ad hoc commune peculium & aureum saeculum Euangelia reducunt homines, & nulla lex alia, sicut copiose ostendimus in commentarijs super Euangelia, Epistolas, & Acta Apostolorum. De Vesta vero & fascibus, & .xii aris & pomoerijs Iani, super fragmenta Catonis diximus, nunc de primo instituto Fabij, de origine vrbis Romae, aureo saeculo sub Saturno & Iano dicendum est. Varro in primo de lingua Latina sic dicit: Capitolium dictum à capite humano ibi inuento, & Tarpeius collis antea à Tarpeia virgine Vestali dicebatur, ibi scutis Sabinorum obruta & sepulta. Verum prius Saturnia dicebatur, & ab eo latè Saturnia terra. Quod & Iuno in sexto de Fastis ab Ouidio introducta fatetur dicens:

Vergilij locus. B C D Capitolium Tarpeia arx.

A *Si genus aspicitur, Saturnum ego prima parentem*
Feci, Saturno sors ego prima fui.
A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est,
Iunctaq; Tarpeio sunt mea templa Ioui.

Plinius quoq; in sexto capitulo tertij libri naturalis historiæ distinguens vtramq; originem, Latij videlicet et Etruriæ, Saturnia, inquit, est vbi nunc Roma, Antipolis verò vbi Ianiculum in parte Romæ, non tamen eadẽ, sicut paulò supra dixit. Volturreni, cognomine Etrusci, in eadem parte Volsinienses. Hæc igitur prima Romæ B *origo.*

DE SECVNDA PARTE PRIMI BELLI.

IAM Fabius Pictor explanauit ad integrum ea in quibus omnes conueniunt de origine antiquissima vrbis Romæ in primo ortu generis humani, quo fata est aurea ætas sub Iano & Saturno: Nunc depingit atq; describit, qualis erat regio septicollis antequam inhabitaretur, Sed pascua bobus erat. Ad C cuius intellectum descripsi in plano totũ quod scribit Fabius, vt melius noui. Non enim profiteor artem pictoriam. Qui magis assuetus est Romæ, atq; melius intelligit Fabium, ipse emendet sicubi in pingendo erraui. Describens ergo agrum septicollem Romanum tempore Saturni inhabitatum, qualis ei facies, vultus, atq; dispositio esset, hæc dicit.

FAcies tunc agri huius instar arcus erat, cuius chorda esset alueus Thyberis.
D *Cornua, ad solis quidem ortum rupes Auentina, & ad occasum Capitolina, media Palatina. Eadem Palatina rupes Thyberim à frõte prospicit, à sinistris Cælio, a dextris Exquilino iungitur. Auẽtinus item à fronte Thyberim & Capenam tenet, ad dextram Cæliolo, ac Viminali hæret. Capitolium ante se Thyberim*

berim & portam Carmentalẽ cernit, hæret illi A
Quirinalis. Has rupes antiqui septem colles & septem montes appellauerunt. Area huius arcus est quicquid campi iacet inter Auentinum & Capitolium, & à Palatio ad Thyberim Libyssius antea, inde Argeus, pòst vicus Thuscus dicitur. Paludes plures eo passim Thyberina inũdatio efficiebat, quæ hanc areã B
non satis idoneam habitationi reddebant, ante quam factis Vertumno sacrificijs in alueum suum Thyberis verteretur. Prima igitur origo Romæ fuit, collis Capitolinus, antea Saturnia dictus. Sequens hunc Auentinus fuit habitatus ab Atlante Italo, è Sicilia aduecto eo contra fratrem suum Hesperum, in C
cuius tutela erat Etruriæ imperium adhuc Iano puero, & immaturo ad munera regia & regni. Porrò Italus dimicare à Iano & Etruscis prohibitus, in Auentino consedit, ad cuius radices iuxta Thyberim ope atque consilio Iani Capenam oppidulum condidit, & regionem eius permissu Italiam dixit. Mox He D
spero fratre rebus humanis exempto, Italus in tutelam Ianum & Etruriam suscipiẽs, omnem circa Thyberim regionem, extinctis vltro citroq́ alijs cognominibus, à se Italiam nuncupauit. Hæc est prisca Italia, cuius no-

A menſenſim ab alpium radicibus ad fretum Siculum ac ipſi Siciliæ communicatum eſt. Denominare enim aut imponere gentibus & locis noua nomina, tantum regum ducumq́ ius eſt. Suſcepto igitur Italus Italiæ imperio, tum filiam ſuam Romam nomine, Siculis & Aboriginibus in Latio præfecit. Quæ relicta

B Capena medium Palatinum tenuit, & in vertice vbi hæret Exquilino, Romã oppidulum condidit, quod Valentiam ſonat. Poſt eius obitum ob paludes neglectũ oppidum fuit vſque ad aduentum Euandri, qui cum oppido ſimul reſtituit nomẽ. Subſidens ſeptẽ collibus, campus Argeus dictus eſt ab Argo Euãdri hoſpi-

C te, & comitibus Argiui Herculis, qui ad Euãdrum venerunt, & in Saturnia ſubſederunt. Hinc extrema Argileta dicuntur. Superior Argiletus dicitur in prĩcipio vici Thuſci ſub Cæliolo inter circum maximum & Auentinum, vbi lethum Argi ſimul & ſepulchrũ eſt. Imus verò Argiletus eſt, vbi Ianus quadri-

D frons, qui & Vertũnus, in fine vici Thuſci ad radices Capitolij in foro boario vbi Saturniæ veſtigia. Tres igitur colles primũ coluere ante Romulum, medium quidem Roma filia Itali, extremos verò Saturnus & Italus.

Vides itaq; Thyberim veluti chordam arcus. Cernis ſeptem rupes, quas antiquiorũ alij montes, alij colles

Vocaue

vocauerunt. Aspice eos instar arcus tensi sibi mutuo succedere. Cornua vides duo, ab occasu quidem rupem Tarpeiam siue Capitolinam, vbi principio fuit Saturnia, & à qua latè Saturnia dicta est terra, vt ait Varro in primo de lingua Latina. Ab ortu vero solis Auētinam rupem, vbi Italus Capenam condidit, à qua primùm porta Capena, quæ postea Ostiensis, quia ad vrbem ducit Ostiā, nunc sancti Pauli dicitur, quia ducit ad eius sacrum locum. Iuuenalis autem noster Aquinas in Satyra dixit: Madidamque Capenam, ob proximum illi Tyberim atq; vdastum paludes, vt paulopòst exponemus. Vides item in medio arcus Palatinum omnibus maiorem collem, & ideo antonomasicè dictus est tā ab antiquis q̄ iunioribus Palatiū maius, scilicet aliis sex collibus, tametsi quidam in hoc aberrent, vt existimo, & alibi aperui. De his collibus prius, postea de Thyberi, postremò de tota area, origines & tempora exponenda occurrunt. Vt autem Fabius significat, & Varro in primo de lingua Latina exprimit, tribus præcipuè nominibus Capitolium cognominatum est, scilicet Capitolium dictum est ab humano capite ibi inuento, dum foderentur in cacumine rupis fundamēta templi Iouis à Tarquinio superbo, qui vltimus à Romulo rex fuit. Alio nomine sub Romulo dicebatur rupes Tarpeia, à virgine Vestali ibi occisa & sepulta, dum Romulus Sabinum bellum gereret. Prisco verò nomine dicebatur Saturnius mons, à Saturnia in cliuo montis condita. Et vt ait Varro, tempore suo, tria vestigia & argumēta manebant, quòd Saturni Fanum in faucibus, quòd Saturnia porta, quā Iunius scribit, ibi: Quā tūc vocabāt Pandanā & quòd post ædem Saturni in ædificiorum legibus priuatis pariete, postici muri sunt scripti. Hic mons, vt hoc loci Fabius dicit, à fronte habet Thyberim & portam Carmentalem. Carmentalis porta erat, vbi pons Cārmentalis, quo trecenti Fabij cōtra Veientes transeuntes Thyberim, relinquebant Ianiculum ad dexteram, vt patet in Liuio. Quare ab hac porta transmisso Thyberi & Ianiculi radicibus, per planitiem sub Ianiculi dextro illis, perrexerunt contra Veientes, cognomine Larthenianos, vt Antoninus dicit in Itinerario: aut Euetanos, vt Plutarchus:

A B C *Capitolij nomina.* D *Carmentalis porta.*

A tarchus aut Enianos, vt alij dicunt. Quin reliquerunt etiam à dextris Ianum sub Capitolio quadrifrontem, vt patet in figura discedendo à Romano foro ad Carmentalem transitum, dicente Ouidio in Fastis:

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc noli quisquis es, omen habet.
Illa fama refert, Fabios exisse trecentos.
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Ex his patent errores, quorum primus est, quia scribunt Carmentalem portam fuisse veteris Romæ à Romulo conditæ. B Patens vtiq; error est, quia Roma condita à Romulo solam rupem Palatinam cingebat, vt omnes fatentur. Quare Carmentalis non erat porta Romæ veteris, quia circa Thyberim erat, dextro illi Iano venienti à palatio. Secundus error est, quia existimant quidā Veiētes Enianos esse circa Thyberim qui est 13 milibus passuum à Fidenis ad Vaticanum & Ianiculum, vt videtur significare Plinius in 3. natural. hist. cap. 6. Verum Plinius non dicit ibi quantum spatij tenuerint Veiētes per Thyberim, sed Veientes. C quoto Thyberis spatio Veiens ager à Latio disterminabatur. Nam idem Plinius à Ianiculo vsque in Phalarim fuisse agrum Veiētem asserit in secundo naturalis historiæ cap. 98. dicens: In sylua Cyminia, & ad aras Mutias in Veiente, infixa terræ, euelli non possunt. Est autem oppidum aræ Mutiæ, quod rustici Aremuza vocant, nō procul Phalerio & Fescennio, nunc ciuitas Castellana. Quare multo amplius tredecim milibus passuum diffundebatur Veiens ager. Imò etiam Cyminia iuga quæ sunt limites Etruriæ vrbis, attingebant, dicente Liuio in 1. ab vrbe condita. Erat, inquit, Sabinis vicina Etruria, & proximi D Etruriæ Veientes. Tertius error est, quia quidam asserunt Ciuitam Castellanam esse vrbem Veiētem, quod Ciuita Castellana. falsum esse probant via, & spatium, & cognomen. Via quidem, quia Fabij sub Ianiculo versus lacum Sabatium, non versus Thyberim Ciuitæ Castellanæ, contra vrbem Veientē iuerunt. Rursus spatio distat Veiens ab vrbe Roma minus viginti milibus passuum, vt significauit Apius & Liuius refert in 5. ab vrbe condita. Quantū autem minus sit, Dionysius Halic. exprimit, qui Romæ diu moratus

tus multa didicit. Is in 2. li tradit, à loco vbi Tyberis ma A
ri mergitur, vsq; Romam esse spatium, centum & viginti stadiorum Et rursus in eodem libro dicit Veientē vrbem esse in colle munito tantæ quantitatis quantā Athenæ habent, & 100 fermè stadiis distare ab vrbe Roma. In eodē dicit Romulū in Palatino colle quadratam fecisse vrbem tantæ quantitatis, quantū habent Athenæ. Ex quo patet non magnas vrbes fuisse Veientum Athenas, & priscā Romam quæ solum Palatinum collem tenebat. Verum ea ætate pergrandes existimabātur respectu aliarum, quia teste eodem Dionysio Halic. in 1 lib. mos con- B
dendarum vrbiū fuit antiquis, eas fundare non magnas sed locis munitas & crebras. Igitur quoniam stadiū est octaua pars miliarij, vt Ptolemæus & alij concedunt, consequens necessario est, vt non vulgari mensura, sed cōmuni & probata ab mari Ostiensi ad Vrbem sint. 15. miliaria, & ab vrbe per dextrū euntibus Ianiculum vsque Veientem vrbem sint circiter. 12. Hoc itinere si procedimus versus Sabatios inuenimus ferme duodecim milibus passuum distantem Larthenianum in colle munito, quod C
vulgus mutata prima litera dicunt Marthenianum. Nō est igitur vel via vel spatio definito Veiens vrbs & Ciuita Castellana eadem. Tertio patet ex cognomine. Nam licet Phalarim & Phescenium prius fuerint vrbes habitatæ à Siculis & Etruscis, tamē eas postea cum Enos vrbes Pelasgorum Eniani Pelasgi inhabitauerunt, vt significat Dionysius Halic. in primo lib. Porro pulsis Pelasgis Enianis siue Enotanis Thusci soli coluerunt & cognomina Etrusca adiecerunt. Phesce, id est, arces simul & acies, & Larth, id est, princeps omnium, vt in Etrusca historia probauimus, quam septem & sexaginta Epitoma D
tum libris iam absoluimus, à Iano vsque ad nostram ætatem. Quare Larthenianum est princeps & Metropolis Eniana, cognomine Veiens à progenitoribus Veiis Etruscis, & Phescenium est id quod arces Eniæ, & à Vergilio dictæ arces & acies Soractinæ & Phescenninæ. Vulgò Castellanæ, quia arx castellum vulgò dicitur. Hinc & illis acierum suarum est insigne eques armatus. Igitur hactenus de itinere à Romano foro in

Vein-

A *Veientes per portam Carmentalem, quæ ad Capitolium & initia vici Thusci sub Capitolio magis spectat quàm ad Romam Palatinam. De Auentino dicendum est postea, vnde dicatur Auentinus. Nunc quo pacto secundus post Capitolium locus fuerit habitatus, est explanandū. Teste Igino cui concordat Berosus, Atlanti Italo à quo Italia dicta est, frater fuit Hesperus rex Hispaniæ, inter quos bello orto ob regnandi cupiditatem superior fuit Atlas Italus, qui pulso Hespero in Italiam, regnauit in Hispania atque Sicilia Hesperus in Italia ad Thuscos se*

Hesperus.

B *conferens, tutor regni factus est, Iano tum infante, vt hic innuit Fabius. Sed nota vnum fuisse Ianum priscum, plures verò posteriores, quorum hic fuit vnus cui nomen Camboblascon, & cognomentum fuit Coritus, socer Atlantis Itali, vt in quinto antiquitatum Berosus prodit. Ab hoc Hespero Italia & Hispania Hesperiæ dictæ sunt, quia vtrobiq; regnauit, vt Iginus scribit, & Seruius super Æneida refert. Græci quibus prauum ingeniū semper fuit ad obscurandos aliorum splēdores antiquos,*

Iani plures

C *audent mentiri, & dicere Italiam & Hispaniam dici Heperias à sydere, quia eò nauigant ab Italia in Hispaniam Ergo & Gallia erit Hesperia, quia eodem sydere nauigant ab Italia in Gallias. Ita dum voluerunt inducere Italicæ antiquitati caliginem, se omnino Dialecticam, et historias, & Geographiam ignorare ostenderunt. Verum paulò ante obitum Hesperi Italus ab Hispania in Siciliam, & à Sicilia in Italiam, contra fratrem dimicaturus concessit in Latium vbi Etrusci cum Iano puero obuiantes, prohibuerunt Italum cum fratre arma conferre, permiserunt tamen & opem cum consilio adiecerunt, vt è*

D *regione Saturniæ, collem Auentinum teneret, & condito oppido Capena, etiam agrum eius à se Italiam diceret, vt hoc loci asserit Fabius, quem plures sequuntur. Tortellius verò noster in litera Roma ait, hoc dictum etiam Solinum sequutum. Ergo mox mortuo Hespero, tutor Iani qui & Coriti successit Italus in Vetulonia, vt in. 5. antiq. Berosus tradit, in qua etiam argumenta, patria & genitura Pleiadum Italicarum, loca nominibus earum, & matris Pleiadis dicata, & patris Atlantis nomina, cognomina*

mina, exaltationis eius locus, tituli ad sempiternam memoriam, & eiusmodi multa Quòd vero ait circa Tyberim vltro citroq; mox suscepto regno à se nominasse Italiam extinctis aliis cognominibus, videlicet Ianicula, Saturnia, Apenina, siue Taurina, Camesena, Hesperia, vt idem insinuat Seruius super Æne. dicens: Italus rex à Sicilia cum Siculis in Italiã venit, & loca circa Thyberim tenuit, & à se Italiam nominauit. Argumento huic antiquitati manere aiunt tam ipse Seruius quàm Dionysius Halicarnas. in. 1. lib. quia circa Tybur loca dicta Siciliensia sunt, & in Etruria circa Thyberim sunt vrbes Phalaris & Phescenium, quas prius inhabitauerunt Siculi, & circa Ardeam Latij, sunt fines dicti Sicani, & in Etruria vallis Sicania, & monumenta Atlantis Itali, & Pleiadum, quæ in Berosianis commentariis explicabuntur. A B

Nunc de area huius Arcus dicendum. Primo dictus est campus Libyssius teste Festo, à Cerere fructifera, quæ ex Libya primum fruges illò aduexit, à quo & campus Libyssius, & ipsa Libyssa dicta est. Ceres enim ipsa frugifera & legifera, Libyca & Ægyptia, soror Osiridis, vt author est Diod. in. 1. lib. docuit in Italia, Attica, & Sicilia molere, & panes conficere, cum antea glãde vescerentur, vt docet Plinius in. 7. natural. hist. cap. vltimo. Primos autem panes obtulit in gratiam Iasij regis in nuptiis Cybelis, vt authores tradunt, & Cybelaria marmora excisa produnt. Et hæc ante Troiam conditam. Paulò verò ante Troianum excidium Euander Argo hospiti suo à sociis occiso sepulchrum fecit, à cuius leto primum Argiletum superiorem dixerunt, & non à somniata Argila, de quo Verg. in Æned 8. Nec non & sacri monstrat nemus Argileti, Testaturq; locum, & letum docet hospitis Argi. Rursus paulò post ad eundem Euandrum venit cum Argonautis Hercules, qui in Saturnia hospitati sunt. Et ab his dicitur etiam Argeus campus, vt Varro in. 1. de lingua Latina, & nunc Fabius insinuat. Et dicitur Argiletus imus à Seruio, & infimus à Liuio in primo ab vrbe condita: Vt, inquit, animos feroces reuocaret Numa, ad infimum Argiletum, Ianum facit indicem belli & pacis. Et super. 7. Æne. ibi; Sunt geminæ portæ belli, sic habet Campus Libyssius C D Argiletus.

Seruius,

A *Seruius, id est, gemina Iani templa iuncta. Sacrarium (inquit) hoc Numa instituit circa unum Argiletum, iuxta Theatrum Marcelli in breuissimis duobus templis. Duobus inquam propter Ianum bifrontem. Postea verò captis Phaliscis vrbe Tusciæ, inuentum est simulachrũ Iani cum frõtibus quatuor. Vnde quod Numa instituerat translatum est ad forum transitorium, & templum quatuor portarum ibi substitutum est. Hæc Seruius. Tertio* Tuscus vicus. *dictus est cãpus vicus Tuscus, vt supra insinuauit. Contra hoc videtur quòd Dionysius Halicar. scribit de vico* B *Tusco dicens in quinto lib. Vicus Tuscus est conuallis extensa fermè quatuor stadiis à Capitolio vsq; ad palatium, à quo quidem est trãsitus in circum maximum. Ergo non pertingit à Capitolio vsq; ad Cæliolum & vltra. Dicendum est quòd non bene vidit Halicarnasseus quod scribit Varro eo doctior, & Romanam regionem plenius edoctus. Is in primo de lingua Latina post Cælij Tusci obitum, Cælianos Tuscos tenuisse Cæliolum, & Tuscos Luceres subsidentem conuallem asserit. Eius verba* C *sunt ad hanc sententiam. Post mortem Cælij Tusci, quia non suspitione carebant, iussi sunt in conuallem descendere, & ab eis dicitur vicus Tuscus, vbi est et templũ Vertumni, qui est princeps deus Etruriæ. Et subdit: Cælianis verò quia suspicione carebant datus est Cæliolus coniunctus Cælio. Et ideo rectè Fabius dicit principium vici Tusci incipere sub Cæliolo versus Auentinũ, & terminari ad radices Capitolij. De eo verò quod ait Romam filiã Itali principio Romam à se dictam cœpisse in Palatino colle, etiam Berosus in quinto, & Plutarchus in vita Romuli conscribunt. Porrò neglectum* D *fuisse ob aërem palustralem, et dictum Valentiam, et ab Euandro restitutum, et Solinus in collectaneis, et alij nonnulli consentiunt. Item vt ait hoc loco Fabius, inundatio Tyberis ante Romulum reddebat hunc campum minus idoneum ad habitandum. Quod patet, primo quia à palatio per subsidentem vallem disiungebatur vrbs ab Auentino, et per paludes nauigabatur, vt ait Varro, quippe quòd Germallia est pars veteris Romæ vbi expositi fuerunt Remus et Romulus, vt idẽ Varro*

& Dio-

& Dionysius, & hic Fabius refert. Erat & Curtius Lacus palus magna, in quem se armatus cum equo iniecit Curtius, siue Metius Sabinus is fuerit, siue alius siue vterque. De eo verò quod ait Ianum & Vertumnum esse eundem, id consonat, & propria eorum epitheta & interpretationes demonstrant, de quibus loco suo dicturi sumus. Ianus enim vt Cicero ait, & Macrobius in primo Saturnalium significat, quasi Eanus ab eũdo dicitur, quod eat & vertat cœlum & res omnes. Apud Ianum enim solum est omne ius vertendi cardinis. A Lacus Curtius.

Q. FABII PICTORIS B

LIBER SECVNDVS.

POstquam Fabius in superiore libello declarauit quòd ab Iano & aureo sæculo vsq; ad Romulũ cœpti sunt habitari tres colles, à Saturno quidem Capitolinus, ab Italo Auentinus, & à filia eius Palatinus. Nunc in hoc libello edocet quo pacto palatium Romulus in vrbem quadratam conuertit, & deinde quo pacto reliqui colles intra vrbem Romã computati fuerint, & demum de nominibus & locis eius. Primo ergo dicit quo pacto palatium Romulus in vrbem formauerit his verbis: C

DEnique Romulus potitus rerum Albanarum & vsus maxima familiaritate regum Etruriæ, & rex primus ex regulis Italiæ creatus in Latio Romam oppidulum in regiam tetrapolim vertit, inq; Palatino colle fundauit. Ascito enim ex Etruria vate atq; sacerdote, Olympum fecit, pomæriumq; sacrauit, & aratro ab Olympo in vico Thusco per palatium circumducens ab imo collis ad verticem, quadratam vrbem signauit. D

In ver-

A *In vertice collis hærente Exquilino Romam oppidulum ampliauit, & è regione loco proximo Cælio Velliam extruxit. Cæterum in decliuo ad ima versus circum maximum Germalliam fundauit, vbi iussu Amulij fuerunt expositi. Hac enim antea labebatur Tyberis. Ab ea autem versus Exquilias forum Romanum*
B *ædificauit. Et ita Romulus ex regulo primus rex à Thuscis declaratus est. Quam rem per occasionem acceptã Mithridates rex Asiæ pro ignominia Romanis opposuit quòd vernæ fuissent Thuscorum. Quarto autem mense ab vrbe condita perpetratum est audax facinus in raptu Latinarum & Sabinarum. Primi ex*
C *Latinis bellum mouerunt in Romulum Ceni nenses, Antemnates autem & Crustumeni. Romulus auxilio implorato à Thuscis, cum Cælio rege Etruriæ, primum ex his triumphũ retulit, & ob id quartus vrbis collis à Thuscis habitari cœptus est, & Cælius dictus. Subinde Sabini bellum ingens orsi, coëgerunt Romulũ*
D *denuo à Lucumonibus socios milites expetere. Galerito Lucumoni Arbeæ negotium datum est, manna Etruscorum, exq̃ vrbe Salpinatum manu venit. Qui quum offendisset Capitolium captum à Sabinis, ipse proximum Capitolio Quirinalem pro Romulo muniuit. Verum*

*vrum quum Romulus audax sub Capitolio Sa- A
binos aggressus, vulneratus fugeret, illumq́ ad
portam Palatinam sequuti Sabini Roma po-
tituri viderentur, ilico Galeritus è Quirinali
delapsus, viamq́ retro in Capitolium pedem fe-
rendi, adimens vbi nunc Ianus quadrifrons à
tergo Sabinos aggressus, vnde fabula eiacu- B
latæ aquæ sulphureæ est, in fugam vertat.
Animaduersa re Romulus reintegratis viri-
bus & ipse à fronte cædebat, adeò vt Metius
in paludem sese cum equo armatus iniiceret.
Cædes ingens fiebat. Et ne vnus quidem eua-
sisset, ni fœminæ occurrissent. Fœdere icto
Romulus vrbis agrum diuisit in partes tris,
æquis collibus. Sabinis & Tatio Capitolium C
& Quirinalis, Romulo sequentes Exquili-
nus & Palatiuus in quo Roma, Galerito
& Luceribus Tuscis Cælius & Cæliolus ob-
uenerunt. Auentinum Romulus neminem
passus est habitare. Nam fratri Rhemo illum
sacrum esse voluit vsque Helernam. Quumq́
concessisset naturæ Cælius, & Galeritus rex
Etruriæ successisset, consensu tribuum, Cæli- D
olus & ab eo tota arcus area septem colli-
bus subiacens, Tuscis data, & sacrificio Ia-
no Vertumno facto, egestisq́ paludibus habi-
tabilis reddita, & vicus Tuscus dicta. Tri-*

EE *bus*

A *bus igitur gentibus cõflata principio vrbs Rõ ma habitata fuit. Nomina impoſuit princeps Tuſcus. Nam hi tunc Italiæ imminebant imperio. Tatienſes à Tatio, Rumnenſes à Rumulo vocauit. Hoc enim nomine illum ab euentu nuncupauit lingua Etruſca ex Etruria oriunda Larentia, & nupta prius viro Tuſco Fauſtulo, & inde Etruſco Carru-*
B *tio, ſuam vero tribum à ſe Lucerum dixit. Nam alia Trometina eſt à loco Cælij. Hæc origo vrbis Romæ ſolum veteris, ſepticollis cum arcus area habitatæ, nunc verò ab his collibus in alios colles & conualles in immenſum prolatæ. Cæterum nomina eiuſdem veteris Romæ hæc ſunt. Nomina collium. Capitolium, Quirinalis, Exquilinus, Palati-*
C *nus, Cælius, Cæliolus, Rumurius, qui & Auẽtinus. Porrò in Area hæc nomina ſunt. Libyſſus, Cyrcus maximus, Forum tranſitorium, Argiletus ſuperior, Argiletus imus, Via ſacra, Senaculum, Concordia, Græcoſthaſis, ædes Saturni; Vertumnus qui & Ianus quadrifrons, Forum boarium, Vicus longus,*
D *Vicus Arnienſis, Vicus ſtellatinus, Sabatinus Larthenianus qui & Veiens, Phaliſcus. quorum cognomina à Tuſcis ſunt commigrãtibus in ciuitatem Romanam. Item Herculis ara,*

vbi

vbi Olympus, & initium sacri aratri iunctim A
à Germallia ad sacram viam, vnde & nominis origo. Forum piscarium, porta Carmentalis, ædes Pudicitiæ, rotunda Herculis, Forum vænalium, lacus Curtius, Suburra, Suburbanum, Saturnia vbi nunc ædes eius atque ærarium. Hæc vbi Roma vetus. In parte Ro- B
mæ sunt Etruria loca, Antipolis, Ianiculum, Vaticanum, & Tyberis, limes imperij Volturreni inter veteres Ianum & Saturnum, qui à principe illius vrbe Volturrena per syncopam dictus est Volturnus, & ob id Thuscus non Latinus. Quòd verò Volturnum sine syncopa & compositione primitiuum est nomen, notat fluuius in Samnio, & oppidum Ro- C
manū in littore, à quo Volturnus Deus Thyberinus in Latio, sicut & Volturna, vt caput imperij in Etruria. Quamobrem deum Tyberinum suum dicit esse Roma atque Etruria, eundem & Ianum Vertumnum, & ab his dictum Vadimona.

Superius exposuimus quid sit Olympus & fossa, & D
quo pacto sacrabantur Vrbes, & pomœria. Et quid sit tetrapolis siue quadriurbs & Vrbs quadrata, in commentariis Xenophontis. Differentia vero inter regulum & regem erat tunc, qualis nunc inter reges & duces. Vnde omnis dux est regulus non tamen rex. In Italia vero reguli esse non poterãt nisi essent Thuscorum vernæ ac nutriti in fano Volturnæ cum Larthe atque Lucumonibus.

Rex & regulus.

A Cui duo sunt præcipua argumēta. Primum, quia Cacum legatum Campani reguli, qui ducatum non verna Thuscorum inierat, in vincula coniecit Tarcon rex Etruriæ vt in Collectaneis Solinus insinuat, quòd per ignominiam id Romanis opposuisset Mithridates, quòd Thuscorum vernæ fuissent, vt hoc loco Fabius & Trogus cum Iustino sentiunt. lib. 38. Epitomatum. Vnde & de politia instituta Mantuæ ad instar Etruriæ dicitur in. x. Æne. Ipsa, inquit, caput populis vires de sanguine Tusco. Quo loco Seruius dicit & alij Vergilianistæ interpretes asserunt quòd vires appellat Lucumones, & rectores & du

B ces, quia totum robur erat ex Lucumonibus, in quorum numero vel præfectura non admittebantur nisi de sanguine Tusco, in quo vernæ computantur, vnde in præfecturis Italiæ quia Tusci imperabant, non admittebantur duces & reguli nisi vel Tusci vel vernæ Tuscorum, quod pro imperio existimauit Mithridates obiiciendum. Rex verò primus omnium ex vernis Tuscorum fuit Romulus qui liberius quàm reguli instituta & sancita regni instituere posset, & sui successores, inter quos Tusci Tarquinij licentiores fuerunt. Vbi verò factus fuerit Olympus & cœptus sacer sulcus à vate, exponit Fab. dicens quòd

C in vico Tusco, videlicet in foro boario vbi est taurus ære us in monumentum. Quòd ibi cœptus est sacer sulcus à Romulo, author est Corn. Tacitus dicens: Vbi est æreus taurus, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi cœptus, vt magnam Herculis aram am plecteretur. Inde certis spatiis interiecti lapides per ima mōtis Palatini ad aram Consutij, mox ad curias veteres tum ad sacellum larem, forumq; Romanum non à Romulo, sed à Tito Tatio Sabino post fœdus additum progressum est. Hæc Cor. Tacitus. Ex hoc habere possumus, vt

Boariū forum unde.

D sit dictum forum Boarium. Primo quidē à boue Herculis reperto & immolato ob victoriam contra Cacum latrocinatorem, de quo Oui. in Fastis dicit. Immolat ex illis taurum tibi Iuppiter vnum Victor, & Euandrū ruricolasq; vocat. Constituitque sibi quæ maxima dicitur ara. Hic vbi pars vrbis de boue nomen habet. Secundo quia ibi boues cœperunt sacrum sulcum, idcirco tota illa pars vrbis

boaria

boaria dicta est usq; ad Ianum in radicibus capitolij, vbi partem boariæ forum boarium dictum, in hac boaria maxima portione vici Tusci, erant opulentiores & ditiores atq; nobiliores Romanorū, vbi & frequentiores arcus triumphales, & monumenta imperatorum videmus, sed de his aliàs. De Palatino colle quadriurbe dicendum est. Varro in. I. de lingua Latina sic dicit. Quartæ regiõis palatium est, quòd palantes cum Euandro venerũt, quòd & Palatini Aborigines ex agro Reatino qui appellatur palatiũ ibi consederunt. Sed & alij Palantia vxore Latini putauerunt. Eundem hunc locum à pecore dictum putant quidã, & ita Næuius Balatiũ appellauit. Huic Germalliam & Velliam coniunxerunt. Velliæ caussæ plures, in quibus quum ibi pastores Palatini ex ouibus ante tonsurã inuentam, vellere lanã sint soliti, à vellẽdo etiã vellus dictũ fuit. Hæc Varro. De hac parte quadriurbis Romæ loquitur Liuius in. 2 ab vrbe cõdita dicens quòd collega Bruti Valerius publicola ædificabat in summa Vellia alto & munito loco domũ, vt arcem inexpugnabilẽ, quã ob suspitionem regni demolitus, in infimo cliuo reædificauit. De Germallia verò in eodem lib. dicit Varro, quòd sic dicitur à Germanis Remo & Romulo, quòd illo Tyberis aqua tulerit. Dionysius vero ait Fabium Pict. scribere, cũ puellos ferrent iussu Amulij in aquã exponendos, inuenisse planitiem Tyberi inundatã. Vnde à vertice palatij ad radices descendentes, ibi eos in principio aquæ posuisse, & lupam sitientem è specu proximo potus gratia illuc profectam inuenisse infantes per cœnum volutari iam recedente aqua, & eos quasi catulos suos quos tunc nutriebat lingua lambens cœno abstersisse, mammas illis & lac præbuisse, quod tũc fortè veniens Faustulus admiratus, discedente lupa pueros tulit ad vxorem Accã Larentiã, vnde & ibi nutritus est, & casa Romuli seruata, vt authores fatentur, vbi ficus est ruminalis, de qua Oui. in Fa. Arbor erat remanent vestigia, quæq; vocatur Romula nunc ficus rumula ficus erat. Et est, ut aiũt, iuxta circum maximũ, quod nũc vulgus cerchi vocat, inter Palatinas & Cælioli radices sub radicibus Cælij. Forũ verò Romanum dicebatur quarta pars Romæ tunc quadriurbs in

A

Palatium

B

Vellia.

C

Germallia.

D

Forũ Romanum

A qua præter ædes erat platea concionalis publica, de qua Liuius in.8. ab Vrbe condita: Naues, inquit, Antiatum partim in naualia subductæ, partim incensæ, & earum rostris suggestum in foro adornari placuit. Ideo ait Ser. super.8. Æneï. Romanũ forũ erat vbi nunc rostra sunt.

Comitium. Et idem locus Comitium dictus, vbi & ictũ fœdus inter Romulũ & Tatium, dicente Plutarcho in vita Romuli: Quo, inquit, duces conuenerunt ad percutiendũ fœdus, hucusq; comitiũ vocant. Et Varro in de lingua Latina: Ante, inquit, curiam Hostiliam rostra, subq; dextera hu-

B ius comitio locus substructus. In eo priuata suffragia & concilia fieri ferunt solita, sed maiora in campo Martio. De monte vero Cælio dicit hoc loco Fabius, quòd primũ inhabitatus est & cultus ab Tuscis; & nominatus ab Etruriæ Larthe & eorum duce nobili Cælio. Diony. in.2 lib. & alij adiiciunt quòd ibi ædes & templũ extruxit, et ibi sepultus. Varro in.1. de lingua Latina sic dicit: Cælius mons dictus à Cælio Veibeno nobili duce Tusco, qui manu sua venit auxilio Romulo contra Latinorũ regem. s. Acronem. Vnde miror quòd quidam triumphum Romulo tribuant, quòd ab Etrusco Larthe est habitus. De Sa-

C binis deuictis ait Fabius, quod Romulus implorato auxilio sociali ab Etruscis negotium datũ fuit Galerito Etru-

Galeritus. sco, qui magna Etruscorũ & Salpinatũ manu victoriam Romulo dedit. Fige hic tu gradum, vel qui Tuscaniensi gloriæ inuides, vel qui existimas Romulum tum fermè inermem potuisse tantam belli molem solum sustinere. Galeritus Lucumo Etruscus ea Sabina contudit arma, vt clarissime Propertius scribit in elegia Vertumniana, vbi inducit victoriã Galeriti & Vertumnũ gratias agẽtem Romæ, tũ Palatinæ, quòd vicũ Tuscũ Tuscis dederit, his

D verbis: At tu Roma meis tribuisti præmia Tuscis. Vnde hodie vicus nõia Tuscus habet. Tẽpore quo sociis venit Lucumonius armis Atq; Sabina feri cõtudit arma Tati. Vide ego labentes acies & tela caduca Atq; hostes turpi terga dedisse fugæ. Sat faciam diuum sator vt Romana per æuũ Transeat ante meos turba togata pedes. Quare

Vicus Tuscus. falso refert Liuius in 2. ab vrbe condita, & eũ sequutus Diony. in.5. quòd vicus Tuscus dictus est à Tuscis rema-

nenti-

nentibus Romæ sub Porsena, quum equidem ante Porsenam annis. 40. supra ducentos sub Romulo Vertumnus idem & Ianus, in vico Tusco à Romulo & Galerito sacratus sit ante Numam ligneo simulachro ad infimū Argiletum, quod postea Numa æneum reddidit accito Mamurio Osco eruditissimo opifice, vt ibidem sequitur Vertumnus in Elegia Propertiana dicens: Stipes acernus erā properanti falce dolatus Ante Numam grata pauper in vrbe deus. Et in commentariis eiusdem Elegiæ ostēdimus Et ideo Liuio & Plutarcho Græco antiquior Varro, doctior, eruditior, & qui nihil intentatum reliquit, asserit cum aliis consentiēs in. 1. de lingua Latina, vicum Tuscū habitatum fuisse sub Romulo, cuius argumentū dicit præter authores esse, quia sub Romulo ibi positus est Vertūnus princeps deus municipalis Etruriæ. Quod certe Fabius insinuat, & Propertius explicat vicum Tuscum datum, quando Galeritus Lucumo venit sociis armis, atque contudit fera arma Sabinorum regis Tatij. Quod verò Fabius dicit, vbi Ianus quadrifrons ibi fabula eiaculatæ aquæ, eam fabulam refert Macrob. in. 1. Saturnaliū dicēs Capitolinum numen Iunonē fauisse Sabinis, & valli portas vbi est Ianus aperuisse & ita Romulum fugisse versus palatium, & Sabinos eum persecutos. Verum Ianus princeps (vt diximus) deus Etruriæ atque vici Tusci, veritus contra Iunonis numen pugnā cōmittere, quia tamen Romulo fauebat, aperuit fontes calidissimos sulphureos vbi nunc Ianus, & à tergo in Sabinos eiaculatus contudit eos, & ita victoria cessit Romulo. Et ideo hic Ianus sacer erat, & non ille qui translatus fuit in forum transitorium. Quod & Oui. in. 1. de Fastis quærit à Iano dicēs: Quum tot sint Iani, cur stas sacratus in vno? Et posita supradicta fabula subdit: Cum tāto veritus cōmittere numine pugnā Ipse meæ moui callidus artis opus. Oraque qua pollens ope sum fontana reclusi Sumque repētinas eiaculatus aquas. Ante tamē calidis subieci sulphura venis Clauderet vt Tatio feruidus humor iter. Hæc mythice atque fabulose dicta sunt, quia Ianū mythici miris laudibus efferunt, & præcipue Ouid. in Fastis sub nomine Iani, & Propertius sub nomine Vertūni, vt supra dicentis:

A

B

Ianus à Romulo stans.

C

D

A *Vidi ego labentes Sabinorum acies & tela caduca. Quod & idem Macrobius recitator fabulæ significat, dum in eodem primo lib. inter cæteras Iani laudes ait, quòd mythici Ianum laudant, quòd sub eo omniũ domus sanctimonia & religione fuerint munitæ. Sed vt Ser. dicit super. 3. Ænei. turpe est Poëtã fingere, quod ad verã historiam non refertur. Est autẽ vera historia, quòd Tusca militia initiabatur ad lacũ Vadimonis Etruriæ, vt Liuius in. 9. ab vrbe condita insinuat, & Plinius nepos in epist. ad Gallum dicit lacum Vadimonis esse sulphureũ, & nul*
B *lam ibi nauim, quia sacer est. Est autẽ Ianus, Vadimon, Vertumnus, Proteus idem, vt suis locis probauimus. Vnde veritas historiæ est, quia Iano ad sulphureum lacum initiata militia Galeriti tenebat pro Romulo Quirinalẽ collem, vt hoc loco Fabius, & eum sequutus Dionysius in. 2. lib. asserunt. Quumq; Sabini fugientẽ Romulum persequerentur, mox Galeritus sulphuratus, è Quirinali illapsus in locum vbi est Ianus, à tergo Sabinos cædens, coëgit Metium Curtium ducẽ cum equo armatum in paludem sese coniicere. Et hoc pacto exponi debent supradicti Ouid. versus, saluo semper iudicio meliori. Ego, inquit Ianus. i. Galeritus Ianicis sulphureis aquis initiatus, ve*
C *ritus committere pugnam contra numen Iunonis. i. contra Tatiũ, & eos qui remanserant in custodia Capitolinæ arcis, dum sauciũ & fugientem Romulum alij Sabini cum duce Curtio persequerentur, vtiq; ego Galeritus callidus. i. astutia militari eruditus, moui opus artis meæ militaris, scilicet militiam meam sulphuratã, moui à Quirinali ad radices Capitolij, vbi est Ianus quatuor portarũ. Et reclusi ora fontana. i. capita regionis illius præcipua, obsedi ope militari Trossula qua sum potens, & ab tergo eorum qui persequebantur Romulum, sum eiaculatus*
D *aquas militares sulphureas repente & ex improuiso & ita Sabini fusi. Sed antequam istam phalangem militarem in eos mitterẽ, subieci ad Capitolij radices sulphura. i. duces, cum calidis aquis, scilicet militibus initiatis, vt hic humor sulphure initiatus clauderet iter Tatio regi qui Capitolio residebat, ne posset succẽturiari & auxilia mittere suis, quibus terga Tusci, facies Romulus cum suis*

Fabulæ de Iani ope explicatione.

stris cædebant. Quæ omnia quum initia Romana & Fabius, Propertius, & Dionysius Halicarnas. contineant, cur solus Liuius ab vrbe condita cuncta suppressit. Audeo dicere, & quum opus fuerit probabo inuidum & liuidum alienæ Tuscorum gloriæ non Liuium fuisse, qui vbicunque potest subticet Tuscorum gloriam, & falsa pro aliena gloria his aduersa cumulanda adiecit. Vnde et C. Caligula cæsar, qui vt vitiis multis, ita doctrina et pluribus virtutibus enituit, Vergilium dicebat sine doctrina poëtam, Liuium vero verbosum vbi parua res fuerat, & suppressorem eorum quæ præclara Tuscorū fuerāt, vt in fragmentis Antonini itinerarij traditur, & Suetonius in vita Caligulæ dicit his uerbis. Sed & Vergilij ac Titi Liuij scripta, & imagines, paulum abfuit quin ex omnibus bibliothecis amoueret, quorum alterum ut nullius ingenij, minimæque doctrinæ, alterum ut uerbosum in historia, negligentemque carpebat. Igitur hæc de historia mythicisq; Romanis initijs pro expositione Fabij dicta sint. Nunc quædam pro sequentibus exponēda sunt. Primū quid sit Helerna. Huic satisfacit quod in. 5. antiquitatū Berosus scribit. Iano enim, vt ait, fuerūt plures liberi, quorū Cranus Razenua cognomine successit ei mortuo in Vetulonia, Cranam verò filiam pulso Camese dedit Aboriginibus Latij, Helernam cum sceptro & Alebam. Est autem Helerna suffragio exaltata regina, vt ipse exponit. Vnde patet quod inter Iani regulū Camesem & Saturnum, rexit Latiū Crana eius filia, quam frater eius Cranus Razenua inter deas retulit, & Lucū iuxta Thyberim statuit, vt idē Berosus dicit, & Ouidius in VI. de Fastis meminit dicens:

A — In Liuium.
B
C — Helerna. Cranus. Razenua.
D

Adiacet antiquus Thyberino lucus Helernæ,
Pontifices illuc nunc quoq; sacra ferunt.
Inde sata est nympha, Cranam dixêre priores.

Nam posteri, vt ait transposito r, proferebant Carnam. Verum licentia poëtica, & leuitate amādi solita Ouidius dicit hanc nympham fuisse adamatā Iano, & pro præmio positæ virginitatis dedisse ipsi Alebam siue Albam, & vt esset Iana Vertumna, id est, penes eam esset ius vertendarum rerum & cardinum. Sic enim ait Ouidius:

A *Viderat hanc Ianus, visæq; cupidine captus,*
Ad durum verbis mollibus vsus erat.
Et post admissum scelus inducit Ianum ita dicentem:
Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto,
Hoc pretium positæ virginitatis habe.
Sic fatus, virgam qua striges pellere posset
A foribus noxas (hæc erat Alba) dedit.
Nã penes vnũ Ianum est ius vertendi cardines, & ideo vnus Ianus Deus Vertumnus, & hæc dea Iana Vertumna, cui ius cõmunicauit, dicente eodẽ Iano in.1. de Fastis:
B *Me penes est vnum vasti custodia mundi,*
Et ius vertendi cardinis omne meum est.
Sed cum Ouidius in.1. de Fastis inducat Ianum se iactantem quòd arma sua fuerunt claues, & seræ atque ianuæ postium (vt in superioribus retulimus) ad continendum aurei sæculi pudorẽ & castimoniã, quomodo scribere ausus est in sexto, Ianũ fuisse mercatũ stuprum violentum, præmio Vertũnio, & imperiosæ participatione Albæ. i. fascium? Quare Berosus veracius dixit eam filiam Iani.
C *Cui etiã est argumento, quòd herbã illi olim dicatã in similitudinem criniũ alborũ, capillos Ianæ ad hãc ætatem Volturreni vocamus. Alba verò non est Latinũ nomen, vt patet in propria prolatione fine syncopa, quo Berosus dicit Alebã. Al enim, teste Hieronymo, commixtionem significat, & vt Talmudista doctus dicebat, etiam ligaturam & fasciculũ, quia fasciculus cõmixta ligat. Ebam verò notat aceruũ rerũ & virgarum quibus flagellãtur noxij. Et caue ne dicas quòd deriuatur ab Al & Ebal, quia teste Hieronymo de interpretatione nominũ, Ebal*

Capilli. Ianæ. Alba. Aleba.

D *significat aceruũ lapidũ & non virgarum. Vno ergo vocabulo vetustæ Etruscæ linguæ, Alebam, siue per syncopam Albam Etrusci dicebant, quod Latini vno similiter vocabulo fasces. Et vt rectè noster Christophorus Landinus Florẽtinus eruditissimè posuit super Horat. Odã illã. Quẽ virũ aut heroa. Fasces erant fasciculi virgarum in quibus singulis singulæ secures inclusæ erant. Eas.XII. primas Ianus dedit in Olympo Etruriæ ad continendas recentes colonias in aureo officio, & ad terrendos & flagellandos malos, vt hic noster Fabius Pictor in principio insinuauit.*

Alba fascis.

A
insinuauit. Est ergo Alba sceptrū et fasces quo noxæ strigés propellerentur, vt mythicè dixit Ouidius. Erant aūt XII. *fasces vt omnes concedunt, cuius princeps dicebatur Etrusca lingua Baracel. i. Latinè lictor & percussor. Vnde & Barac, percussorē interpretatur diuus Hieronymus in de interpretatione nominū. Et vt in fragmentis Catonis dicitur, lictori singulo suberant adolescentes ingenui & armati.* XXIIII. *& ita trecentos prætorianos milites efficiebant, singulo prætorio.* XXV. *deputatis. Teste quoq; Dionysio Halicarnasseo in.* IIII. *libro. Etruscus mos erat, vt singulum regem Lucumonem antecederet singulus lictor ferens fasces virgarū & securim. Cum verò cōmuni consensu.* XII. *populorū bellū indiceretur, tradebātur.* 12. *fasces & secures duci qui principatum in omnes accepisset. Liuius quoq; quanquā liuidus gloriæ Thuscæ, ne videretur omnia negligere, asserit se cum eis sentire, qui numerum lictorū.* XII. *ab Etruscis finitimis desumpsisse Romulum, dicit his verbis: Romulus iura populo agresti sancta esse ratus, si se ipse venerabilē insignibus imperij fecisset, & cætero habitu augustiorē, tum maxime.* XII. *lictoribus sumptis fecit. Alij à numero auiū, quæ augurio regnū portenderant, eum numerū secutū putat. Me haud pœnitet eorum sententiæ esse, quibus & apparitores & hoc genus ab Etruscis finitimis vnde sella curulis, vnde toga prætexta sumpta est, numerumquoq; ipsum ductū placet, & ita habuisse Etruscos, quòd ex.* XII. *populis communiter rege creato, singulos singuli populi lictores dederint. Hæc Liuius. Vnde ab Etruscis finitimis.* XII. *prætorianos principes lictores, id est, trecentos ingenuos armatos iuuenes, qui lateri suo sicut Larthi Etrusco semper hærerent, desumpsit Romulus, & non à more Lacedæmoniorum, vt in secundo libro Dionysius Halicarnasseus somniat. Sed quis primus hoc concesserit Romulo, cum sine iussu Lucumonū non posset, vtiq; neglexit atq; suppressit liuidus Liuius. Id cum plures tum vel maxime vnus Propertius quasi coætaneus Liuio curauit exprimere, qui in quarto Elegiarum clare tradit Galeritum Lucumonem primum posuisse prætoria, & cū duobus alijs ducibus Romulo & Tatio diuisisse vrbem, & vocabula Etrusca tribubus imposuisse, & cū his quatuor*

Baracel lictor. B C D *Galeriti dona.*

A triumphos egisse Romulũ, computato primo, quem Cælij auxilio de Acrone atq; Latinis retulerat. Verba Propertij sunt ista.

Prima Galeritus posuit prætoria Lucmo.
Magnaq; pars ratio rerum erat inter eos.
Hinc Taties Rumnesq; viri, Luceresq; coloni,
Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Quod etiam autiquior Varro in primo de lingua Latina scribit dicens: Agrum Romanum Romulus in partes diuisit tris, vnde tribus dictæ, vt ait Ennius, Tatiensium B à Tatio, Romnensium à Romulo, & Lucerum à Lucumone, vt dicit Iunius. Et hæc sunt nomina Etrusca, vt ait Tolumnius Tragœdiarum Tuscarum scriptor. Hæc Varro. Quod contra si obijcias Liuium dicere, quòd Lucerum nomen est incertæ originis, vtique Caius Caligula Cæsar respondebit amouendum esse de Bibliothecis Liuium, quia in historia fuit negligens, & suppressor vbi oportuit dicere, & vbi nõ oportuit fuit verbosus. Quod profecto patet hoc loci, quia verbosius est & explodendus C qui sine certo & probatiore atq; antiquiore authore & clariore ratione id dicit. Liuio enim probatior, doctior, & antiquior est Varro, & antiquiores se testes producit Iunium & Tolumnium Thuscum Tragicum, & ratione vtitur, quia nomina tribubus imposita sunt Etrusca. Quare ab Etrusco duce fuerunt imposita à tribus ducibus sumpta, sicut & Etruscus idemq; Lucumo primus posuit prætoria. Nam vt supra dixit Fabius, ius imponẽdi noua locis & gentibus nomina, solum penes duces & reges erat. Ergo quia Etrusca sunt, ab Etrusco duce Lu- D cumone sunt imposita. Ergo non sunt incertæ originis, vt falso dixit Liuius, sed certissimæ atque Etruscæ, vt Varro, Iunius, & Tolumnius probant. Nam Etrusci Tatium & Tatienses, Latini verò & Sabini, Titium & Titienses deriuant. Similiter Etrusci Rumulum & Rumnẽses, Latini verò & Sabini, Romulum & Romuleos dicũt. Rursus Etrusci Lucumonem dicunt & Luceres deriuãt. Latini autem & Sabini, & eorum proles Sabella, quæ et Samnites, dicunt Lusium & ab eo Lucanos, cuius argumenta non latuerunt liuidũ Liuium, qui in. I. ab vrbe cõdita

A uita asserit, quòd Tarquiniū priscū, quem Etrusci uocabant Lucumonem Tarquiniensem, eundem Romani dixerunt Luciū Tarquiniū. Et à Lucio Samnitum duce Lucanos deriuatos Plinius asserit, & Sempronius, ut in eius commentarijs diximus. Quòd si dicant Plutarchū in uita Romuli & Pedanum dicere quòd Luceres dicti sunt à Luco Asili, dicendum est quòd nesciuerit linguā Latinā & Etruscam, quantumq; inter se prolatiòne ac deriuatione distent. Et ideo Caio Caligulæ Cæsari consentiens regula beati Hieronymi dicit, quòd qua facultate quid sine certo authore atq; ratione profertur, tali contemnitur. B Sed dices: Seruius in quinto Æneidos super illud carmen, Tres equitum turmæ, tres inquit partes fuisse principio populi Romani constat, unam Tatiensium à Tatio Sabinorū rege, iam amico post fœdera, aliam Rumnensium à Rumulo, tertiam Lucerū, quorū secundū Liuium nomen & causa in occulto sunt. Ergo uidetur probare Liuium. Respondetur quòd ibidem affert contra Liuium probatiorē authorem mox ita subiungens. Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Tatium à Lucumonijs .i. Thuscis auxilia postulasse, unde quidam uenit cū C exercitu, cui recepto pars urbis data est, q̄ uicus Thuscus dicitur, ut Horatius ait, ac Tusci turba impia uici. Hæc Seruius. Quare Varroni diligentissimo & graui authori, non negligenti & uerboso Liuio creditur quam uis alioqui eloquentissimo. Quòd si quæris, quare Horatius libro secundo Sermonum Satyra .III. uocat turbam uici Thusci impiam, cum sit semper religiosissima habitata? Respondet Acron, quòd ibi accepit turbam uel lenonum uel negotiatorum, quia ante in eo loco meretrices colebant, aut negotiatores qui nulla pietate flectuntur, D inde pulsi ab Herennijs fuerunt. Sed totum falsum est, quia neq; ante Tuscos ibi meretrices fuerunt, nisi id dicat propter Accam Larentiam, & negotiatores nunquā leguntur inde pulsi. Et ideo pudicitiæ templum patriciæ simul & plebeiæ in foro Boario uenerabantur, ut in .x. ab urbe condita Liuius docet, & arcus triumphalis ibi Boariæ partis negotiatorū ætate nostra permanet, de quo inferius dicetur. Porphirius alias uationes adducit.

Seruius.

Thusci turba impia uici.

Primam

A *Primam quia ibi vnguentarij erant. Sic enim ait: Vicus Tuscus dicitur quo itur ad velabrum, vbi harum rerũ mercatores, id est, vnguẽtarij sunt. Sed quia vnguentarij & lenones opponuntur castitati, & non pietati, idcirco non propter id vocauit impiam turbam, quòd ibi vel meretrices ante, vel vnguentarij postea fuissent, & eos inde religiosa Tuscorum Herennia familia pepulisset. Mercatura vero non opponitur pietati, quæ ad charitatem patriæ inuenta est. Quare aliam rationem assignans ait. Impia fuit, quia sub Romulo*
B *& Porsena vicum Thuscum relicta pietate patriæ incoluerunt. Nam hi primi fuerunt, qui contra Etruriam assiduis bello & armis à patria propria in Romam vrbem Italiæ imperium transtulerunt. Et ideo tertia gens Lucera à Lucumone & Cæliana à Cælio Trometino, vt ait Fabius, gentem simul & imperium Romanum, quasi impiè & contra patriam incæperunt. Quod verò Varro dicit, ob suspicionem Luceribus datum totum vicum Thuscum adempto colle Cælio & Cælianis datus Cæliolus, quia suspitione carebant, non con-*
C *tradicit ei quod nunc scribit Fabius, quòd is datus sit cõsensu omnium, quia stant simul vt cœperit res à suspitione, & finierit in consensu. Quòd vero fuerit vicus Thuscus antea paludosus, demonstrant authores. Nam Vertumnus in Elegia Propertiana, ostendens vicum Thuscum sic dicit:*

Hac quondam Tyberinus iter faciebat, & aiunt
Remorum auditos per vada pulsa sonos.
At postquam tandem ille suis concessit alumnis,
D *Vertumnus, verso dicor ab amne Deus.*

Et ideo cum Fabio Seruius consentiens super 8. Æneid. ibi: Rumore secũdo: Rumon, inquit, dictus est Rumulus. Vnde & Ruminalis Ficus. dictus est locus, ad quem eiecti sunt Remus & Romulus, quæ fuit vbi nunc est Lupercal in Circo. Et subdit. Hac enim labebatur Tyberis, antequam Vertumno factus sacrificijs, auerteretur. De paludibus etiam constat. Nam in parte fori Boarij fuit palus in quam armatus se iniecit Curtius, dicente Ouidio in sexto Fastorum;

Curtius

Curtius ille lacus siccas qui sustinet aras, A
Nunc solida est terra, sed fuit antè lacus.
Et in eodem libro de toto vico Thusco ait:
Hic vbi nunc fora sunt, vdæ tenuere paludes,
Amne redundanti fossa madebat aqua.
Tibullus quoq; in secundo Elegiarum de Velabra portione vici Thusci, sic meminit:
At qua Velabri regio patet, ire solebat
Exiguus pulsa per vada linter aqua.

Varro quoq; in primo de lingua Latina, quum aliorũ opinionibus positis, suã de Auentino induceret, sic ait: Ego B *maximè puto Auentinũ sic dictũ, quòd quum ob paludes inter eum & Capitolium, ipse mons à cæteris partibus vrbis esset exclusus, vehebantur ad illum nauibus homines. Cuius vestigia sunt, quòd ea pars à velis dicitur Velabrum, & ab eo actu vehendi Velatura.* Velabrum. *De Acca verò Larentia, & Faustulo, & Carrutio, & eiusc[e]modi, satis dictum est in sexagintaseptem libris, quos de Etrusca historia cõfecimus. Quod verò ait Fabius hanc esse originẽ veteris Romæ in septem dictis solum collibus & eius subsidente Thusca area, postea ab his collibus prolatam* C *fuisse in alios, in nostra superiore figura picta facile animaduertitur: in qua etiam facile patet, quæ pars magnæ vrbis, cui veteris parti respondeat, & ab ea denominetur, Collina siue Capitolina, item Exquilina, Quirinalis, Palatina, Cælia, Viminalis, & Auentina, septẽ collibus primis. De quibus Vergilius in sexto Æneidos dicit:*
Septemq; vna sibi muro circundedit arces.

Vbi Seruius dicit, septem inclusisse colles, & medium tenuisse palatium. Alij, inquit, dicunt fuisse colles septem Ianiculum, Quirinalem, Exquilinũ, Palatinum, Cælium, D *Viminalem, & Auentinum. Sed aduertere debent isti, quòd Capitolinus, quem negligunt, est primus, vbi Saturniam ædificauit Saturnus, & Ianiculus est in Etruria,* Ianiculus. *non in Roma, dicente Plinio in tertio naturalis historiæ, capitulo sexto: Saturnia est, vbi nunc Roma. Antipolis verò, vbi Ianiculum in parte Romæ. Quare excluso Ianiculo melius cum nostro Fabio sentiunt, qui septem colles enumerant, primum quidem Auentinum* Colles Romæ.

A *dictum, cùm ab alijs, tum vel maxime à vehendo, vt ait Varro. Secundum, Caeliolum iunctum Caelio, & dictum Viminalem à Iouis templo, vt exponit idem Varro, qui et tertium Caelium dictum à Caelio duce Thusco perhibet, & quartum Palatinum, à Palatinis Aboriginibus, item Arcadibus, item Palantia Latini vxore, item à balatu. Quintum Exquilinum dictum ait, ab excubijs praetorianis regis Romuli & Tulli Hostilij. Sextum Quirinalem, qui teste Dionysio in secundo libro haeret Capitolino, dictum à Iunonis Sabinae templo, quam illi hastatam siue*
B *Curim, id est, Quirin vocant. Capitolinus autem idem & Tarpeius & Saturnius, vt in praecedentibus expositum est. Haec de septem collibus & nominibus ac originibus eorum. Sequitur tandem de nominibus quae erant in vico Thusco dicens Fabius. Et de Libysso quidem & Argeo, & Argiletis duobus satis supra dictum est. Sacra verò via vetus incipit supra Palatinum collem, vbi erant veteres curiae Augustales, & transibat per oppidum Romam, inq; Romanum forum descendens, reflectebatur in*
C *Capitolium per vicum Thuscũ, vt patet in nostra superius picta figura. A curia veteri Augustali augurum, quia sacerdotum erat & magnorum pontificum, tota via sacra dicebatur, vt Varro insinuat, dicens: Curiae duorum generum, altera vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt curiae veteres, altera vbi Senatus curaret res humanas, vt curia Hostilia. De hac via loquitur Plinius in decimonono naturalis historiae. Caesar, inquit, dictator totum forum Romanum viamq; sacram, à domo sua vsque in cliuum Capitolinum, in munere gladiatorio linte-*
D *is contexuit. Eam domum, teste Suetonio, Octauianus Augustus sumptuose nimis à Liuia ornatam, ad solum dirui fecit, in cuius Area porticus Liuia fuit structa. De qua in sexto Fastorum Ouidius meminit, dicens:*

Disce tamen veniens aetas, vbi Liuia nunc est
Porticus, immensae tecta fuisse domus?

Author est Plinius, ibi postea suam pacem aedificasse Vespasianum. Verum Iulius Caesar prius habitauit alibi, vt in vita eius scribit idem Suetonius, dicens: Habitauit primo Iulius Caesar in Subura, modicis aedibus, post autẽ ponti-

pontificatum maximũ in sacra via domo publica. Suburam dictam ait Varro in primo de lingua latina, quòd sub muro terræ Carinarum fuerit. Et subdit: Iunius verò scribit, quòd fuerit sub antiqua vrbe. Ex his conuincitur quòd eadem sint Subura & Suburbanum in vico Thusco. Et quòd Fabius videtur distinguere, vtique id fit à principio & fine viæ, quia incipiebat sub Palatino colle: & ita dicitur suburbanum, quia sub veteri vrbe, vt ait Iunius, & pertingebat vsque ad murum fori venalium circa Thyberim, & ita dicebatur Subura, quòd sub muro terræ Carinarum fuerit, vt Varro dicit. Vnde Ouidius in primo de Arte amandi videtur alludere, dicens: A Subura. B

Rure suburbano poteris tibi dicere missa
Illa, vel in sacra sint licet empta via.

Et quòd finiatur hæc regio ad forum Piscarium, potest conijci, non solum quia carinæ murus ibi erat, sed quia ibi vendebantur pisces, vt Iuuenalis in quinta Satyra, de quodam ignobili pisce Tyberino loquens ait:

Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburæ.

De foro piscario dicit Varro in primo de lingua Latina. Secundum, inquit, Tyberim ad Ianum est forum piscarium. Est etiam ibi forum iugarium, vbi sacra iuga bobus pro inauguranda vrbe primum posita sunt. De quo Liuius de bello Macedonico: Saxum, inquit, ingens ex Capitolio in vicum iugarium procidit, & multos oppressit. De foro Boario dictum est supra. Porrò in commentarijs super Sempronium, copiose dictum est de Tyberino deo Volturno, & Volturno nominibus. Circus idcirco maximus dicitur, quia maximo deorum Vertumno Iano sacratus, vt in Elegiæ Vertumnianæ commentarijs diximus. Forum transitorium dicebatur, in superiore Argileto, quia ab eo transibatur in Circum maximum ad ludos Circenses, & in forum Romanum ad vadimonia danda, vt in eadem Elegia videbimus. Senaculum, Græcostasis, duæ mansiones erant in foro Boario supra Ianum quatuor portarum. Græcostasis, vt ait Varro in primo de lingua Latina, locus est vbi nationum subsistebant legati, quia à parte vt multa dictus est. Senaculum verò est vbi ædes Concordiæ supra Græcostasim & ba- C Circus maximus. D Græcostasis. Senaculum

A frica opima, ideo Senaculum vocatum, vbi Senatus, aut
Concordiæ vbi Seniores consisterent. Hæc Varro. De æde verò Sa-
ædes. turni & concordiæ Seruius super secundū Æneidos notans vbi in vico Thusco sint: Ædes, inquit, Saturni est ante cliuum Capitolij iuxta Concordiæ. Ab hac se mouit Curtius, vt se rapidiore cursu præcipitaret in hiatum, vt supra Varro dixit. Alia ædes concordiæ fuit post hanc, quia hæc iuxta Senaculum & sacram viam est, vbi concordia facta est inter Sabinos & Romulum atq; Lucumonē. Vnde & Senaculum ibi & Concordiæ
B ædes. Quæ ita insinuat Dionysius in secundo lib. dicens: Raptæ in Senatum veniunt concordiæ caussa legationē spondentes. Pacta inter castra regum, & Romulum & Tatiū, vt æquo imperio regnarent, & habitarent Romæ æquo imperio & iure, sacrorū & dignitatū participes. Hæc iurati, arisq; simul cū iuramento erectis, secundū mediam ferè sacram viam permixti sunt simul. Quòd si quæris, cur Liuius & Dionysius non posuerunt regem Galeritum in hoc fœdere? Respōsio est in promptu, quia alter Liuius fuit negligens & verbosus, vt ait Cæsar. Al-
C ter verò Græcus mendax in historia, quia paulò superius scribit Galeritum fortiter dimicantem cecidisse lancea Sabina. Sed pudet rationē Italiçarum rerum mutuari à Græcis, vbi Latina clara est historia, quæ teste Iunio, Tolumnio, Varrone atq; Propertio veracissimè cū Fabio Pictore scribit Lucumonem Galeritum venisse socijs armis auxilio Romulo, & contudisse fera Sabina arma
Circus maximus. Tatij, & primū posuisse prætoria, & vti maiorem tribubus indidisse nomina Etrusca, ad rei perpetuam memoriam atq; fulgorem, vt tunc moris erat. De alijs tribubus
D Thuscorum nunc exponendæ sunt origines. Tribus, inquit à loco Cælij dicta est Trometina. Locus, vt ait Fe-
Trometes. stus, est Trometes campus. Caue lector, quia quidā corrupti codices habent Tormentina, addita n, & transposita r. Et facilis est corruptio in habentibus symbolum, qualia sæpe in Plinio & alijs legimus, vt Volaterrani pro Volturrheni, & Vertulonienses pro Vetulonieses: et Cartoniani pro Carboniani, & Verentani pro Varentani. Similiter in Dionysio Haliçarnasseo in secundo libro. Venit

nit, inquit, ex Etruria Lucumo ducens auxilia Etruscorum ex vrbe Solonio, pro vrbe Colonia. Et in quarto lib. Seruius, inquit, Tullus diuisit vrbem in quatuor partes, Palatinam, Baboranam, Collatinā. Exquilinam, pro Suburbanam & Collinam. Et in tertio libro. Fuerunt Etruriae vrbes quinq; quae bellum mouerant Calusini, Vetuloniates, Aretini, Rusalini, pro Clusini & Rusellani. Et in Pomponio Mela in Hispaniae Beticae descriptione Dubal pro Tubal, & in descriptione Thusciae, Pyrgus Grauis, Cecosa, Alus, pro Alsium, Grauiscae, Cosa, & eiuscemodi ridicula. Et ita in Liuio ab vrbe condita inuenies dictam corruptionem, vbi dicit: Additae sunt ex nouis ciuibus tribus quatuor, Sabatina, Trometina, Arniensis, Stellatina. Sabatina dicitur à Sabatia regione Etruriae, inter Thyberim & mare, vbi Sabatius lacus nunc Anguillare. De qua regione Strabo in .v dicit, quòd Etruriae Sabatia est secus mare, & Sillius in .8. Sutrium & Sabatia quique stagna colunt. Et in vita sancti Prothogenis, quòd fuit primo ductus ad Sabatinas thermas, inde ad forū Claudij quod .xxviii. miliarijs distat à Roma, nūc Tulpha noua. Similiter Iulius Frōtinus de aquaeductibus ab Thuscia in transtyberim siue antipolim in parte Romae, vt vocat Plinius, ponit aquaeductus Alsietinum ab Alsio nunc Cerinouum, & à lacu Sabatino, nunc Triueiano, vbi extant ingentia aquaeductus vestigia. Porrò prolatione Romana Trometes cāpus dicitur, sed Etrusca campus Trometorum, à quo Trometora & Romae Trometina tribus. Sunt enim quatuor partes Etruriae vrbis. Prima dicitur Volturna, à qua Volturreni cognomine Etrusci, in quorum parte sunt Volsinienses, vt ait Plinius in tertio naturalis hist. cap 6 Huic sub sidet locus Fani, quatuor sacris literis tū nummis impressis, tum loco extantibus Faul Volturnae, quod fanum Volturnae Liuius vocat in pluribus locis ab vrbe condita Haeret huic Volturnae extensa planities, quam vulgo planum Trometorum adhuc dicimus, & à Festo Trometes campus, & à Fabio Pictore locus siue vrbs Caelij. Verum tribus Caeliana sub Romulo fuit, sicut Etrusca Lucera. Haec verò Trometina sub consulibus adiecta fuit.

A

B

Sabatina tribus.

C

D

A *Arnienſis verò ab Arno dicta. Hi ſunt Fluentini præfluenti Arno appoſiti, vt exponit Plinius, nunc Florentini, cum quibus intelliguntur Pheſulani. Porrò Stellatini in Thuſcia ſunt Pratenſes & Piſtorienſes, à Stella vicino his amne dicti. Legimus & alios Stellatinos in Campania, ſed hic ſolũ in Fabio narrantur Thuſci habitatores vici Thuſci. Vicus longus in Thuſcia eſt in altera parte vrbis Etruriæ ſupra Fanum Volturnæ, ſic dictus à longhe .i. haſta, quia ibi Hercules Ægyptius haſtauit .i. coronauit filium ſuũ Tuſſum, vt Beroſus in v. antiquitatũ indicat.*

B *Verũ quia longhus eſt nomen Græcũ, idcirco per interpretationẽ dictũ eſt poſtea à Pelaſgis ſacratoribus Fani ingentis Volturnæ, à quibus ad hæc tempora, vicinũ campũ ruſtici per duplex ll, pleno ore, vocant campum Pellaſgi Pro quo notandũ eſt, quòd Cato de originibus ait, & alij conſentiunt, Ianũ regiã ſuam quadriurbẽ ſtatuiſſe. Et ideo vocabulis Arameis & non Latinis nominaſſe, quia tunc non extabat lingua Latina vel Græca. Vnde Turrhena, Volturrhena, ſiue per ſyncopã Volturna, Vetuletũ, Para & Harbauũ noĩa ſunt Aramea.*

C *Eſt aũt Par apud eos haſta vel principatus. Nam teſte Trogo & Iuſtino vlt. Epitomatum, veteres reges haſta quaſi ſceptro & corona vtebantur. A Par verò Para deriuatur .i. haſtata ſiue coronata & princeps, quã Græci poſtea Longholã dixerunt, quòd in ea parte princeps coronaretur. Vnde & Thuſſus filius Herculis ibi coronatus nomẽ ſuũ indidit per adiectionẽ, & ad hanc diẽ Aramea prolatione atq; vocabulis dicimus Para Thuſſam, .i. Latinè principẽ ſiue coronatã Thuſcã. De qua Feſtus.*

Paratuſſa. *Vno modo, inquit, Tuſcia dicta eſt à Thuſco rege filio Herculis. Sed de his hactenus.*

D *In hac coronata Thuſca eſt vicus longhus, qui vicũ longhũ in foro Boario circa ædẽ Pudicitiæ & ædem rotundã Herculis cõſtituit, cuius meminit Liuius in x. ab vrbe condita, vbi narrat altercationem piã Thuſcarũ, inter Plebeias & patricias, pro æde Pudicitiæ, quam geſtam in vico longho aſſerit. Et ita exponenda ſunt alia, ut uicus Phaliſcus à Phaliſcis, Larthenianus à Veis, & ſic de alijs. Nunc quo pacto eadem ſint Proteus, Vadimon, Ianus & Vertumnus, ſi*

cum

cum his adijciamus commentariola super Elegiam Propertij ad Vertumnum, copiosius intelligemus. Ea autem suo loco reposita sunt, ut in fronte operis patet. A

MYRSILI LIBER DE BELLO PELASGICO, CVM COMmentarijs Annij.

TRadunt Græci, Myrsilum fuisse patria Lesbium, professione historicum, qui de bello Pelasgico in Thuscia & Latio contra Siculos scripserit. B
Caussa scribendi fuit Myrsilo, solita inter Græcos discordia de origine Turrhenorum & Italiæ. Consentit enim Italiam habitatam á Græcis, ab hisq́; totam emanasse, exceptis Turrhenis. Herodotus contra etiam Turrhenos includit. Dionysius Halicarnasseus Myrsilum totum sequitur in primo libro, excepto tempore aduentus Oenotrij in Italiam. Et ideo non frustra erunt hæc commentaria, quamuis qui Dionysium in primo libro legit, etiam Myrsilum videatur legere. Fiet tamen vterque clarior, & C
Dionysius & Myrsilus, his nostris commentarijs. Duo autem facit Myrsilus. Primum breuibus absoluit, in quibus cum Herodoto & alijs consentiat. Secundo, in quibus contradicat. Primum his verbis absoluit, dicens:

ITALIAM coluêre Græci, Arcades, Veneti, Lygures, Ardeates, Rutuli, Siculi, Pelasgi, D
Iapyges, Lacedæmones. Salentini, Pelij, Eniani, Achæi, Oropitæ, Pilij, Pisi, & eiuscemodi. Horum primus Oenotrius Arcas cum Peuccino fratre colonias transportauit vbi habitabant tunc dicti

A *Ausones, vbi nunc Oenotria regio est, è regione Peuccinorum. Hæc fertur prima colonia ex Græcis, paulominus quindecim ætatibus ante ruinas Troiæ.*

Troiæ ruinæ. *A fine huius exponere incipiam. Ruinæ Troianæ fuerunt anno trecentesimo minus tribus quàm condita fuit à Dardano Thusco, vt enumerant Archilochus in Epitheto, & Eusebius de temporibus: Dardanus verò illam* B *condidit, vt author est Berosus, anno vigesimo nono postquam interemerat fratrem suum Iasium, qui annis iam quinquaginta regnauerat. Porro, vt author est idem Berosus, ante Iasium regnauit pater eius Coritus annis trigintatribus, quem cognatus antecessit Morges nomine annis decem: sed ante hunc Atlas Italus ex Electra filia annis decem & nouem, à quo Italia dicta fuit. De ætatibus dissentit Dionysius, qui in primo libro supputat decem & septem, vbi hoc loco Myrsilus notat minus xv. Sed Myrsilo creditur, quia de antiquitatibus antiquiori* C *credendum est. Est autem ætas spatium vigintiquinque annorum, vt Xenophon docet in æquiuocis. Quare quindecim ætates reddunt annos trecentos quinquaginta.*

Oenotrius. *Quare vigesimoquarto anno Iasij venit Oenotrius Arcas, quia ab eo anno ad ruinas Troiæ quindecim ætates, id est, trecenti quinquaginta supputantur anni. Ergo, vt ex dictis patet, præcessit Oenotrium Græcum Italus annis sex & octoginta. Non igitur Oenotrij Arcades ante Italum coluerunt Italiam, qui iuniores Italo inueniuntur: sed illi Oenotrij ante Italum, quos significat Vergilius dicens in primo Æneidos.*

D *Est locus (Hesperiam Graij cognomine dicunt)*
Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebæ
Oenotrij coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Sanè sciendum est tres fuisse Oenotrios. Postremus fuit post Italũ iste Græcus Arcas, qui vt omnes Geographi cũ Myrsilo consentiunt, tenuit portiunculã Apuliæ circa mare, & ibi erant qui dicebantur ante eum Ausones,

vt etiam

vt etiam Dionysius consentit in primo lib. Et dicitur Oenotria Græca. Et de hac non credo quòd intelligat Vergilius, quia sub aduentum Æneæ non sibi promissa est illa pars, quæ erat antiquitus potens imperio & armis. Fuit alius Oenotrius rex Sabinorum, à quo tractus Sabinus dictus est propriè Oenotria ante Italū, vt Varro scribit, & Seruius repetit super VII. Æneidos. Nec de hac potest intelligi Vergilius, tum quia ad eam habendam, vel eorū auxilium, nō mittebatur Æneas, tū præcipuè quia non erat antiquitus potens armis & imperio, quum à Lano & deinceps imperium Italiæ atque arma essent penes Thuscos, vt in. V. ab vrbe condita insinuat Liuius, & Fabius Pictor exprimit de origine vrbis Romæ. Tertia Oenotria fuit, vbi regnauit Hesperus frater Atlantis Itali, vt Vergilius insinuat. Regnauit aūt in vrbe regia Vetulonia & Latio, vt author Fabius Pictor. Et de hac intelligit Vergilius, quia Æneas ad Latium habitandū mittebatur, & ad Etruscorum auxilia contra Turnum: vt idem Vergilius in. 7. 8. & 10. Æneidos exprimit, vbi & terram antiquam, armis & imperio potentissimā asserit. Quis aūt fuerit iste Oenotrius antiquissimus ante cēs colēs Etruriā et Latiū, respōdet Cato de originibus, quòd fuit Ianus. Et si opponatur, quia in Etruria Iani tēpore vsq; ad Mezentiū non fuit vinū, quippe quia Mezentius Etruriæ Larthes auxilium Rutulis contra Latinos tulit vini mercede, quòd tum in agro Latino fuisset vt author est M. Varro, & Plinius refert in 14. libro naturalis historiæ cap. 15. Igitur quum Oenotria dicatur vinifera, & Oenotrius vinifer, & tempore Iani non erat vinum in Etruria & Latio, negat hoc Cato, dicens Ianum dictum Oenotrium, quia primus inuenit vinum & far. Et tamen vsque ad Mezentium non fuit vini vsus ad poculentiam & vsum mensæ, sed ad sacra libamina. Vnde Fabius Pictor ait, principio Ianum inuenisse vinum & far ad religionē & sacrificia magis quàm vsum, & ob id ipsi farrata & vinū in omni sacrificio prælibari. Addit autem Berosus, quòd ipse dictus est à Scythis lingua eorum Ianus, quia primus in Armenia inuenit vinum. Aramea enim et Hebræa lingua, Iain, vinum dicitur,

Oenotria. Ianus.

A dicitur, à quo Ianus uinifer deriuatur. Ergo Arameè Ianus dicitur, & Graecè Oenotrius, & Latinè uinifer, tam per interpretationē nominis quàm munere inuenti uini, siue ad usum communē, siue ad sacrificia. Hactenus de Oenotrio. Nunc de prima Graecorū colonia. Myrsilus dicit Oenotrij Arcadis classem primā fuisse. Berosus uerò, & Cato, & Sempronius dicunt primā fuisse Lygurū ex Attica, multis aetatibus & saeculis ante res Troianas. Dionysius uerò in primo libro per inuectiuam dicit Catonē & Semproniū & alios simillima fabulis texere, quia B non definiunt historiam. Sed dicimus ad hanc obiectionē Dionisij, quòd de antiquitatibus magis creditur antiquioribus eo, Catoni, Sempronio, & Beroso ueracissimo, quàm ipsi iuniori, & saepe in historia mendaci Graeco, & ut ait Plinius in tertio naturalis historiae, pudet rationem Italiae mutuari à Graecis, ubi à Latina dissentiunt historia. Nec opus erat Catoni & Sempronio & alijs, definire Lygurū historiam, quia absolutas Italiae origines scribunt. Sequitur Myrsilus, quem & Dionysius sequi-C tur. Venit, inquit, Oenotrius Arcas, ubi erant qui tūc dicebantur Ausones. Ergo nomen Ausoniae fuit ante Dardaniam conditam. Quod equidem concedit ueracissimus Berosus. Non ergo dicti sunt Ausones ab Ausone Vlyssis filio post Troianum excidium. Pisi, teste Plinio in sexto naturalis historiae, à Pisa oppido Arcadiae, praeterfluente Alpheo amne dicti, qui ut ait in tertio libro, condiderunt Pisas in Etruria, dicente Vergilio in decimo Aeneidos: Hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae Vrbs Etrusca solo. Strabo in quinto dicit, quòd eam con-D diderunt socij Nestoris, qui dicti sunt Pilij Sed praebuit ei errorem urbs Pisis uicina, ab his Pilijs condita, & dicta Pilia, & ab Etruscis Capilia. Ca enim deriuationem Etruscè significat, ut Capenianum, Caferonianum, Capenas, Capilia, id est, orti à Penijs, Feronijs, & Pilijs. Proferimus nunc corruptè Campenianum, & Campiliam addito m, sicut corruptè proferimus Campitolium pro Capitolio. Oropitum uerò est urbs Achaiae, ut patet in Ptolemaeo. Per syncopam nunc proferimus Orpitum, & mutata p in b, Orbitum, ut protulit Desyderius rex in de-

Ausones. Pisi. Pilia. Ca. Oropitum. Achaei.

in decreto exciso in alabastro Est autem Orpitũ in Thuscia vrbs propinqua Volturnæ atq; Volsinæ. Achæi ab antiquo rege Achaiæ dicti. Hi teste Iustino Perusinam portionem condiderunt, duce Vibio, vt inscriptio quædam lapidis Perusiæ indicat. Nam primam eius partem condiderunt Perusini, id est, Griphonij Armeni, vt author est Berosus, alteram vero Turrhenus Mæon, vti scribit Appianus de bellis ciuilibus. Vnde est Perusia tripolis. Enianos vocat Plutarchus Enetanos, & Xenophõ Enaphos. Eniani fuerũt Pelasgi sic dicti ab amne & Eniphea regione Thessaliæ, vbi fuit prœliũ inter Pompeiũ & Cæsarem, dicente ipso Pompeio apud Lucanum lib. 7. Sanguine Romano qua turbidus ibit Enipheus. Et item: Et iuxta fluuios & stagna vndantis Eniphei. Hi Eniani condiderunt in Tuscia fermè. XII. miliario distantem à Roma, à se dictam vrbem Enianam, quam epitheto Etrusco vocauerunt Larthenianum, id est, principem & metropolim Enianum. Postmodum vt in aliis commẽtariis videbitur, Etrusci Veij eiectis Pelasgis, adiecerunt cognomen Veiens. Pelij fuerunt incolæ montis Thessaliæ, qui Pelion dicitur, vbi Chiron habitauit, & celebratum fuit conuiuium Thetidis & Pelei, à quo mons Pelion & Pelij incolæ. Hi Pelasgi Enomij sunt, & incoluerunt in Thuscia montem iuxta Orpitum, quem adhuc Peliam dicimus, sed eius amnem peliam, corruptè paliam pronuntiamus. De aliis gentibus, quas Myrsilus nominat & extra Thusciam sunt, legat commentaria qui vult nostra super Sempronium, fragmenta Catonis, & Berosum. Nunc ad originem Turrhenorum veniendum est, de quibus est principale institutum Myrsili, qui duo facit. Primo recitat opinionem aliorum de Turrenis. Secundo maximis ac validissimis argumentis reprobat eam. Primo igitur sic refert, dicens:

A

Eniani.

B

Veij.

Pelij.

C

D

CAPVT SECVNDVM.

TVrrhenis originem quidam suspicantur fuisse à Lydis. Existimant enim Atu regi Mæoniæ prognato Herculis & virginis

A *Omphales filiæ Iardanæ reginæ Mæonum fuisse geminos Lydum & Turrhenum. Cum regnũ neq; duos caperet, & neq; terræ sterilitas ingentẽ multitudinẽ pateretur, sorte Ato iacta, Lydum successorem designauit, Turrhenum verò cum maiore parte populi ad quærendas nouas sedes foras abire iussit. Is in septentrionalem Tyberis partem veniens, eiusq; totam* B *medietatem à fontibus vsq; ad locum vbi erat priscis Vmbris habitatio tenuit, & cum eis cõsedit & cohabitauit; & vrbes dictas hactenus Mæonias & Turrhenas ædificauit.*

Turrhenia vbi. *Strabo in. 5. ferè eadem dicit, excepto quia non nominat ad quam portionem Tyberis Thurrenus consederit. Dionysius item Halicarnasseus in primo libro refert hãc* C *opinionem fuisse Herodoti & aliorum, qui vt insinuat Dionysius & Myrsilus sic argumentabantur. Vbi hactenus & ætate nostra sunt vrbes Mæoniæ & Turrheniæ appellatæ ibi consedit Turrhenus Mæon. Sed hactenus perseuerant vrbes dictæ Mæoniæ atq; Turrheniæ inchoando à fontibus Tyberis, vsq; ad finem huius medietatis vbi erat prisca Vmbrorum habitatio. Quare absq; dubio illò venit atque ibi cum Mæonibus consedit Turrhenus. Hoc loci notandum est, quod prima medietas septentrionalis Tyberis de qua Herodotus cum aliis probat, est à fontibus Tyberis vsq; Hortẽ oppidum Tyberi-* D *num, vbi secunda pars Tyberis ad meridiem & Ostiam labitur. In prima medietate inueniũtur. 12. oppida à Turrheno & Mæonibus dicta, vt ostendimus in Anniis quæstionibus quæstione octaua. Et in hoc vt patet fundant se, qui volunt Turrhenos habere originem à Lydis. Quod verò insinuant Myrsilus & Dionysius, dicentes quòd in fine huius fuit Prisca Vmbrorum habitatio, videtur contrariari Plinio, qui in tertio naturalis histo.*

cap. vi. non ad Tyberinam regionem, sed ad maritimam videtur ponere priscam habitationem Vmbrorum dicēs: Vmbro fluuius nauigiorum capax. Et ab eo tractus Vmbriæ portusq́; Thelamon. Respondendum est quòd nullum est nomen in Plinio quod sonet originem Vmbrorum, sed fluuium & sequentem tractum. Perquirendū est igitur in regione Tyberina, in agro Volturreno, vbi finitur hæc prima Tyberis medietas secundum quod arguit Herodotus & eius societas. Inuenimus autem in Itinerario Antonini Cæsaris, iter à Roma Tyberinum, in Gallias hoc modo. Tyberinum iter est Gallera, Lar- A *thenianum siue Veiens, Rosulum, Sutrium, Ocilianum,* B *Cyminia iuga, Volturrena, cuius præclaris gestis inuidit Liuius, Saleumbrona, Larthis, & reliqua, vt in commentarijs eius dicemus. Sale autem Aramea lingua est, origo & exitus alicuius, vt Rabi Samuel interpretatur. Similiter diuus Hieronymus, Sale dicit significare egressum, libro de interpretationibus nominum. Quare Saleumbrona est locus ab Herodoto, & alijs dictus vbi fuit prisca Vmbris habitatio, vbi orti, & à qua egresßi diffusi sunt per eius tractum in Tuscia vsque ad mare & trans Tyberim ad montes Vmbriæ. Sequitur autem Antoninus: Post Saleumbrona & Larthes, Volsinum. Quare quoniam ordinatè per iter procedit, vtiq; Saleumbrona est ante fluuiū Larthis & Volsinienses, & est vt paulò pòst dicet Myrsilus ager Volturrenæ tetrapolis vbi geniti fuerunt Vmbri. Cui validißimo argumento est, quia limes huius agri in amne Larthis, quem vulgus Martis profert, adhuc ætas nostra vocat Casum Saleumbrone. Nunc totus ager Viterbiensis dicitur, et à Vetralla incipiunt rustici vocare planitiem Sale, & ad amnem Larthem Saleumbrone, vt in Anniis quæstionibus probauimus. Itaq; Myrsilus recitata opinione atque ratione eorum qui aiunt Turrhenum & Lydos venisse ad Tyberinam regionem & Volturnam, quæ fuit priscis Vmbris habitatio & ortus, vnde primum nati sunt, ac propterea à Saleumbrone dictam, nūc redit ad confutandam eorum opinionem. Et facit duo. Primo illos reprobat. Secūdo circa finē libri, rationi eorū factæ respondet.*

Sale. C D.

Pri-

A *Prima autem pars subdiuiditur in duas partes. In prima declarat quibus historicis sit magis credendum si dissentiunt. Secundo probat propositum. De primo sic dicit:*

CAPVT TERTIVM.

SEd hi aperta mendacia fingunt. Nam de gentis antiquitate & origine magis creditur ipsi genti atq; vicinis quàm remotis & extremis. Magis igitur creditur ipsis Lydis &
B *Turrenis atq; his vicinis Romanis & qui consentiunt in eorũ patria historia & origine quã quibusuis aliis, quanuis aliàs eruditissimis.*

Canones veritatis indagandæ.

Canones pro habẽda veritate historiæ hi traduntur. Primus est Plinij in principio. 2. naturalis historiæ, dicentis: Neminem vnum sequor, sed quemcunq; veriorẽ perspexero. Stultum est enim propterea quia quis quædam vera scribit, etiã in erratis eum sequi. Legamus ergo ex
C *omnibus rosas, spinas vitemus. Secundus canon est, quẽ Myrsilus hoc loco exponit. Tertius est quasi huic similis. Tempora & annales Monarchiarum in temporibus, absque repugnantia præualent omnibus, quia magis certi. Et hic canõ ponitur in fine Philonis, & in principio Metasthenis. Quarta regula. Si duo sint pares patria, & antiquitate afferenti probatiora creditur. Quinta regula est beati Hieronymi. Quod absq; certo authore vel ratione dicitur, eadem facilitate contemnitur qua profertur. Posita ergo secunda regula Myrsilus incipit contra Herodotum & eius similes arguere ex Lyda patria historia*
D *quid de Turrheno scribat dicens:*

CAPVT QVARTVM.

CÆterum quæcunq; hi patrij historici dicunt, aduersantur supradictæ traditioni de Turrheno Mæone. Etenim Xanthus Lydus in patria historia, nullum Turrhenum

Aty fuisse scribit, sed geminos Lydum & Torebum, à quibus Lydos & Torebos in Asia populos esse tradit, in nullo penitus differentes, nisi quadam prolatione, & quidem parua, vt Dores & Attici. Quis ergo ex Lydis historicis Turrhènum filium Atus & fratrem Lydi misit in primam medietatem Tyberis, vbi antiquißimis vmbris fuit prisca habitatio. A B

Hoc idem argumentum facit Dionysius Halicarnas. in.1.lib. vsus eiusdem Xanthi authoritate, hoc modo. Nullus fuit Turrhenus filius Atus, vt Xanthus significat. Igitur nullus eiusce venit in Tyberim. Et respondetur quòd Xanthus deprompsit nomen proprium Torebus, & non cognomen Turrenus, quod assumpsit teste Berosso à Turrena vrbe qua fuit donatus. Stant enim simul, vt nullus Turrenus nomine fuerit filius Atus, & aliquis Turrenus cognomine fuerit filius Atus, q traduxerit in Turrenam colonias, non tamen principium generis fuerit Thusci, sed conmixtus atq; iunctus eis à sanguine auito, vt Sillius in octauo libro scribit. Verum adiicit argumentum à tempore validissimum, dicens: C

CAPVT QVINTVM.

Qui etiam si quid tradit de bello Pelasgico Xanthus, asserit Pelasgos antiquiores Atu, aggressos bello Thusciam, quæ quondam Vmbria dicta est, occupasse Crotonem, inde Tyberinam regionem inuadentes etiam ipsam Turrenam cepisse, & cum Turrenis cohabitasse, & ab eis plurimam militarem peritiam didicisse præcipue nauticam, qua tunc toti orbi erant admi- D

rabiles

A rabiles, de quibus fabulantur Græci, quòd in Delphinos versi sunt, qui nauibus alludunt, & his socij fiunt. Re enim vera tunc Delphini ob Pyraticam simul & dominium maris dicebantur. Erant enim classe potentes, & vndiq; colonias transportabant. Argumento sunt qui Turreni dicuntur, in insulis Atticis & fau-
B cibus Thraciæ. Nanque Turrena simul lingua & cum quibus habitant loquuntur, & eosdem deos vt Turreni colunt, & eisdem literis vtuntur. Quare non possunt dici ab aliquo Atus filio, qui ante Atum Pelasgumq; regem inueniuntur dicti Turreni. Et multarum coloniarum authores eodem nomine atque ritu,
C ante Atum præscriptarum. Hæc à Lydis didicimus.

Inchoandum est ab argumento validissimo temporis, postea singula sunt exponenda. Xanthus, inquit, dicit Atum fuisse post Pelasgos, qui ceperunt Turrenos tunc dictos. Ergo Tusci non sunt dicti à Turreno filio Atus, qui non extabat. Rursus longe ante Pelasgos iam Turrenum nomen erat in Insulis Atticis, & faucibus Thraciæ quos in colonias transportauerunt Turreni, quos Græci fabulantur conuersos in Delphinos. Quare multis ætati
D *bus fuerunt Turreni ante Atum, qui etiam ipsos Pelasgos antiquiores Atu præcesserunt. His etiam argumentis vtitur Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Examinanda igitur sunt singula. Primũ quòd dicit Pelasgos aggressos fuisse Turrenos ante Atũ, videtur falsum, quia Turrenus filius Atus venit in Tusciam, quando Dardanus ex Samothracia profectus ad Atum Mæoniæ regẽ, fuit donatus regione Phrygia, vbi condidit Dardaniam, & Turrenus veniens in Tusciam donatus est ciuitate*

Pelasgi an ante Atum Turrenos ceperint.

Vete

Vetulonia, vt Berosus in.5. antiquitatum memorat. Cæterum Archas filius Iouis subegit hoc tempore circa Dardaniæ conditionem Pelasgos, qui nondū venerāt in Thusciam vt notat Eusebius de temporibus conditionis Dardaniæ. Quare Pelasgi eiecti non fuerunt ante Atum & Turrhenum, sed eodem tempore. Ad hoc respōdetur, negando quòd Archas eiecerit priscos Pelasgos de quibus loquitur Myrsilus. Sed quos subegit Archas remanserant subiecti non eiecti. Qui autem pepulerunt eos fuit exercitus eorum quibus dux fuit Deucalion, vt secutor Myrsili Dionysius dicit in primo libro. Exorsus est autē regnare Deucalion circa Parnasum anno. xxi. Cecropis & Iasij filij Coriti Thusci, vt notat Eusebius de temporibus. Eodem enim anno cœperūt regnare Cecrops Athenis, & Iasius Vetuloniæ, vt author est Berosus in quinto antiquitatum. Verum hæc responsio non satisfacit, quia si in Eusebio de temporibus, & Beroso numeremus à.21. anno Iasij & Cecropis vsq; ad Dardaniam conditam, nō sunt plures anni quàm quinquaginta, & ideo Atus pater Turreni erat, cum Deucalion Pelasgos à Thessalia pepulit. Et Turrhenus erat in conditione Dardaniæ, quando primum Pelasgi venerunt ad Spiretum Padi ostium, vt Dionysius in primo libro est author, & nos in Etrusca historia collegimus. Quamobrem alia est argumentatio Myrsili & Dionysij, si bene ad dicta eorum respicimus. Est enim ista argumentatio. Qui dicti sunt nomine Turrheni, & cognomine Delphini domini maris, scribuntur fuisse ante Atum, & Pelasgum regem. Quare Turrhenum nomen erat ante Turrhenum filium Atus, & ita non dicti sunt Turrheni à Turrheno Mæone. Notandum igitur de antiquitate fabulæ Turrenorum Delphinorum, deinde de ipsa fabula. Fuit igitur gesta res Delphinorum vt notat Myrsilus ante Pelasgum regem à quo Pelasgi. Fuit autem Pelasgus ætatibus sex, antequam Deucalion illos pelleret ab Armonia regione Thessaliæ, vt Dionysius notat in primo libro. Numeremus igitur sex ætates à vigesimoprimo anno Iasij & Cecropis, quo cœpit regnare Deucalion retrocededo per annos Assyriorum tā in Eusebio quàm in Beroso. Regnauit

Marginalia: A — Archas. — B — C — D — Delphinorum res.

A itaque Deucalion anno. XXIIII. Spareti regis Assyriorũ, ut notat Eusebius, à quo anno ad sextumdecimum Altadis regis Assyriorum retro supputant annos centũ quinquaginta, tam Eusebius quàm Berosus. Hi autem anni sex ætates efficiunt, quoniam ætas vigintiquinq; annorum spatium est apud Græcos, uti Xenophon docet in æquiuocis. Quare ante Altadam, qui teste Eusebio atque Beroso decimus imperauit post Ninum, res Turrenorũ Delphinorum gesta est, et potentes classe maritima Turreni, colonias in insulas Cycladas nauigio prouehebant.

Deucalion. *Ætas.*

B Inuenio autem in Beroso, quòd duobus annis ante Altadam Hercules Ægyptius potitus est Italia interfectis Lestrigonibus. Quare sub Lestrigone res Delphinorum gesta est. Præbet argumentum validum, quòd ea ætate Lestrigon regebat regiam Vetuloniam, & frater eius Phorcus deferebat per mare colonias ut Berosus docet. Et ob id Phorcum deum maris loquacitas Græca fecit, ut Varro dicit & Seruius super. 5. Æneid. refert, & nos in commentariis Berosi scripsimus. Fuit huic cognomen portitor Latine, & Porthmeus Græce, & Dagutus Aramee, id est, piscis porcus. Nam piscem Dagon, utum vero porcum Aramei dicunt, ut periti Hebræi Talmudistæ exponunt. Hinc Dagutus est piscis porcus, id est, Delphin. Nam ob peritiam nauticam & assiduam nauigationem similitudinarie Delphin dictus. Quamobrem noluit in Italia cum fratre regnare, sed Corsicam & Sardiniam sibi sedem maris eligens, toti imperauit cum Pyratis Turrhenis mari. Tandem cum Atlante bello nauali congressus, teste Varrone ac Seruio, mari occubuit, & deus marinus habitus nedum Delphin. Dixerunt autẽ Græci eum Porthmea, id est, nauigio vectatorem de loco ad locum. Vnde fingitur portitor esse animarum in fluminibus inferis, quia infero mari residebat, & ad gentium littora Turrenas colonias deportabat. Et ideo fabulose Nauclerus inferi fingitur, uti est illud Iuuenalis in. 3. Satyra quum ait: Iam sedet in ripa tetrumque nouissimus horret Porthmea. Et in quarto Georgicorum Vergilius, Nec, inquit, portitor Orci, amplius obiectã patitur transire paludem. Itaq; ut Xanthus tradit, ante Dardaniam condi-

Lestrigon *Phorcus.* *Dagutus.* C *Porthmeus* D *Alij notius*

conditam & Atum & Pelasgum regem, id est, ducentis annis ante aduentum Mæonis Turrheni in Thusciam, res Delphinorum Phorci, qui dicebantur Turrheni, gesta fuit. Ergo non à Turrheno filio Atus, tunc dicebantur Turrheni, quia non extabat. Et hoc argumentum quod authore Xantho faciunt Myrsilus & Dionysius, est à tempore inexpugnabili. Fabula vero Delphinorum Turrenorum fingitur à Græcis, & ab Igino & aliis Latinis, & præcipue Ouidio refertur in tertio Metamorphoseos, qui dicit in ea classe fuisse Delphinorum Turrhenorum viginti, inter quos ex regia vrbe Tusca fuit Lybacas, ex Mæoniano Tyberino agro Acestes. Sed Mæonia per anticipationem dixit Ouidius more poëtico, quia eo tempore tota Volturna regio erat dicta. Et ex Turrhena regia, id est, Volturna, Lybus, Ofeltes, Medon, Etalion, Proteus, Epipeus, Alcymedon & Melanthus. Hi puellum Bacchum siue Dionysium Ægyptium secum ferebant. Dicitur puer, quia Osiris paulò ante in Ægypto interemptus & deus habitus fuit Apis, Iuppiter iustus, Dionysius & eiusmodi, vt copiose tradit Diodorus in primo libro. Vnde quia deum nouellum ferebant, dicitur in fabula puer. Et quum exposuissent Acestem sacerdotem cum simulachro & coloniis in Naxo insula, mox in Delphinos conuersi, id est, ad modum Delphinorum in mare nauigiis ductis nauigantes, alias colonias deduxerunt in insulas Atticæ oppositas. Vnde insulæ Turrhenæ dicuntur, vt author est Posidonius. Inde ad Bosphorum Thraciæ alias Turrenas colonias dimiserũt, cum religione Tusca, quos incolæ bilingues appellant, vt hoc loco Myrsilus significat, & Dionysius in primo libro exprimit. Ex quo patet Græcos percepisse nedum Ægyptias, sed etiam Thuscas religiones. Quòd verò durauerit hic ritus vsq; ad Pentheum regem, patet ex fabula, quæ fert Pentheum punitum, quia relegauit Acestem, id est, Acestis ritus Tuscos in sacris Dionysij. Quod vero de more suo falsum Græci adiiciunt in fabula est, quia ad suum Dionysium Bacchumque referunt, qui tamen floruit post Pelasgum regem non minus trecentis annis, vt patet in temporibus Eusebij. Quinetiam vsque ad tem-

Delphinorum res.

A B C D

A pora Orphei durauerunt Orgia Bacchi Tuscaniensia. Nam Orpheus mendacio vsus in gratiam Thebanorum finxit esse Orgia Dionysij Græci, quæ erant Ægyptij, vt Diodorus refert in primo libro. Refert quoq; Dionysius Halicarnasseus in primo libro quosdam opinatos Turrenos eosdem fuisse & Pelasgos ob nimiam vetustatem. Sed eos refellit probans longe ante fuisse Turrenos cum quibus Pelasgi postea eiecti in Tuscia cohabitauerunt, teste Myrsilo. Sed contra Myrsilum & Dionysium videtur esse Plinius in tertio naturalis historiæ capite sexto, dicens: Etruria sæpe mutauit nomen. Vmbros inde ex-

B egere antiquitus Pelasgi, hos Lydi, à quorum rege Turrheni, mox à sacrifico ritu lingua Græca Thusci cognominati fuerunt. Si Etruria dicta est Vmbria, & Sale-

Saleũbrona umbrona, quia priscis Vmbris fuit prisca natiuitas & habitatio, vt supra est expositum, & si teste Myrsilo Pelasgi cum Turrenis habitauerunt, quomodo illos exegerunt? Respondendum est, quòd exegerunt debet exponi pro subegerunt. Nam vt narrat in primo libro Dionysius, Siculi in Thuscia cohabitabant Etruscis, quia Thaleris & Phescennium prius à Siculis quàm à Pelasgis in-

C habitatæ fuerunt, & ipsi Siculi erant Itali, quia cum Italo venerunt, & Mæones Italis iuncti erant à sanguine auorum, simul & sacrata Luco ingenti Turrena sedes prisci Coriti, vt Sillius scribit, & nos exposuimus in Annia quæstione quarta. Porrò capta Crothona & Turrena regia, exegerunt Pelasgi Siculos, vt patet in Dionysio. Et ob id à parte totum dixit Plinius, exegerunt Vmbros, id est, consanguineos Thuscorum Siculos. Vmbros tamen Turrenos veteres coëgerunt vt cum eis participato viuerent imperio, & Lucum ingentem pro fœdere sa-

D crarent, dicente Vergilio in octauo Æneidos, de hoc Luco. Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos, Lucúmque diémque. Sed paulò pòst Turreni eosdem pepulerunt, vt idem Dionysius narrat. Sed iterum dices, quomodo ab Etruria pepulerunt Vmbros, cum Vmbri sint extra Etruriam? Respondetur ex superioribus, quòd est

Vmbria duplex. duplex Vmbria. Prima est paterna & antiqua, quã Antoninus in Itinerario, & ætas nostra vocat Saleũbrona, & est

& est ager Volturrenus, vt in fine dicit Myrsilus. Vnde limitem eius adhuc dicimus vulgo, caduta di Sale Vmbrone. Et hi sunt cum quibus consedit Turrhenus Mæon, vt ait Herodotus, quia eorum ciuilitate Turrena donatus est, vt Berosus exprimit, & Sillius in octauo significat dicens: Mæoniaque decus quondam Vetulonia gentis. Et ab hac Etruria mutato nomine dicta est Vmbria scilicet prisca, vt Plinius & Myrsilus insinuant, & tam Xanthus quàm Myrsilus & Dionysius Halicarnasseus Vmbriam vocant de bello Pelasgico, quia ante Pelasgos Vmbria dicta erat. Turreni autem progenitores Vmbrorum vocati sunt Galli veteres à Latinis, dicente Solino in Collectaneis: Veterum, inquit, Gallorum prolem Vmbros esse Marcus Antonius asseuerat. Galli autem veteri Etrusco & Arameo simul & Hebræo vocabulo, à Gallim, id est, inundatione dicti sunt. Et ideo veterum inundatorum proles prima in Salevmbrona sunt Vmbri iuniores, qui postea multiplicati per Thusciam & in montibus Apeninis diffusi fuerunt, & paterno epitheto, non propria fortuna Vmbri dicti sunt. Ergo hoc pacto intellexit Isidorus libro decimoquarto Etymologiarum, dicens: Thuscia est pars Italiæ, Vmbria est pars Thusciæ, scilicet prisca Saleumbrona. Et de iuniore Vmbria subdens: Est, inquit, etiam Vmbria in Apeninis iugis ad meridiem versa. Exponit igitur Myrsilus & eum secutus Dionysius Halicarnasseus, quòd Xanthus Lydus in patria historia, nullum filium nomine Turrhenum fuisse Atui memorat, & quòd in narratione Pelasgici belli non solum ante Atum, verumetiam ante primum Pelasgorum regem fuisse Turrenos nomine dominos maris tradit, & ob id in Lyda historia, potius contra Herodotum & illi consentientes de Turrenis haberi, quàm pro eis. Nunc quid à Turrenorum historia tradatur, ita subiungit dicens:

A B C D

A
CAPVT SEXTVM.

NVnc quid de ſe Turreni dicant eſt in
ferendum. Primum ridẽt ſe ab aliquo
aduena denominatos, qui ſe ſolos indigenas in
Italia exiſtimant, atque à vetuſtiſſimi dei ſui
quem Ianum Vadimona vocant filio Raze-
nua nominant. Tetrapolim quoq; ſuam Etur-
ſiam eiusq; partem Bolturſenam, Betuloni-
B am, Tuſſam, & Harbanum cognomine Ca-
lumbum à Luco nuncupant, eamq; adeo ſuo
aureo ſæculo mox poſt inundationem terra-
rum nedum ante Atum conditam aſſerunt.
Nam & ab inundatione ipſa ſuum agrum ſua
patria lingua vocant Saleumbrone, vbi pri-
mum geniti Vmbri. Producunt quoque ſuæ
vetuſtatis veſtigia multa, vt deos, ritus, mo-
C res, literas, leges. Quæ profectò omnia congru-
unt his quæ probatiores Græci hiſtorici tradũt.
Scribunt enim ſolos Turrenos in Italia vetu
ſtiſſimos eſſe, quineque ab aliis pendent origi-
ne, neque vt cæteri conuenæ & aduenæ, ſed
propria regione ſe oriundos, quandoquidem
vetuſtiſſimi differunt deis & moribus nedũ ab
D aliis Italiæ populis, ſed etiam à vicinis Cro-
tonienſibus & Peruſinis à frõte, & à proximis
Phaliſcis à tergo, quos intermedij iacẽt. Nam
cũctis Tuſcis dij deæq; ſunt Iuppiter & Iuno,
ſoli

soli Turreni colunt Ianum & Vestam, quos lingua sua vocant Ianib Vadimona, & Làbith Horchiam. A

Fermè cuncta Dionysius in primo libro ab loco isto Myrsili excerpsit, vt patet percurrenti primum librum Dionysij. Et sunt hæc argumenta. Primum quidem quia Indigenæ sunt omnium antiquissimi. Porrò historici eorum dicunt se solos indigenas Italiæ. Quare vetustissimi & ante Turrhenum aduenam. Item historici eorum & seipsos à Razenua dei sui Iaui filio cognominant. Non ergo Turreni cognominantur à Mæonibus. Hæc eadem duo argumenta antiquitatis Thuscorum, tum quia non aliunde conuenæ vel aduenæ, sed soli indigenæ in Italia, tum quia à vetustissimi Iani filio Razenuæ cognominantur, etiam Dionysius in primo libro facit. Sane secundum Berosum, Iano fuerunt plures liberi, inter quos iuniores, marem Cranum, & fœmellam Cranam vocauit. Cranã fecit Helernam in Latio, & eius meminit Ouidius in. 6. Fastorum. Etrusci illam à patre vocauerunt Ianam, cui sacra erat herba quam adhuc dicimus capillos Ianæ. Porrò huius fratrem Cranum, cognominauit Ianum Razenuum à Raz, id est, sacer, & Inuus, id est, incubus & propagator. Hinc Razenua sacer propagator dicitur, et præerat coniugiis. Est igitur deus coniugiorum Etruscorum à quo Vetuloniæ adhuc perseuerant, amnis Razenus, regio Razenensis, & cripta Razenua, vt exposuimus in. 27 quæstione Annia, & in commentariis Berosianis. Tertium argumentum à nominibus vrbis regiæ quam proferunt Eturfiam, & partes eius Volturfenam & reliqua. Cuius enim nominis origo est à Tursibus, vtique non à Turrheno. Cæterum Volturrenam & Etruriam, illi vocant à Tursibus Etursiam & Tursenam & Volturfenam, id est, antiquam Tursenam. Non igitur à Turrheno Mæone, sed à Tursibus Turreni, Volturreni & Eturri siue Etrusci dicti sunt. Hoc argumentum in primo libro etiam Dionysius Halicar. facit, & nos totũ exposuimus in quæstionibus Anniis. VI. IX. X. XVI. Nec te moueat quòd hic Græcus Myrsilus scribat Boltursenam

Indigenæ — B — Iani proles — C — Razenua. — D

A & Betuloniam, quia Græci vtuntur sæpe b pro u Latino. Calumbum, vt in Annia quæst. 28 exposuimus, viride interpretatur. Et quia vetustißimos Turrenos asseruit, probat per id, quòd antiquißimi Italiæ populi existimantur Vmbri iuniores, vt etiam Plin. scibit in libro tertio naturalis historiæ, cap. xv. Ergo his antiquiores fuerunt progenitores eorum veteres Galli Iaugenæ Sale Vmbroni, vt exposuimus. Et hi fuerunt aureo sæculo & fundauerunt regiam Volturrenam, id est, antiquam Turrenam, vt etiam Cato in originibus dicit. Ergo ante Ninum & aureo sæculo post inundationẽ, Turrena à Turfibus, & non à nouitio aduenà Turrheno Mæone dicta fuit. Argumenta quoque Turreni suæ antiquitatis proferũt quinq;, scilicet deos in primis, quia omnes alij Thusci habent & colunt Iouem & Iunonem. Nam Turreni habent à fronte vicinos Crotonienses & proximiores Perusinos, & tamen Perusia colit Iunonem vti vrbis deam principem, vt significat Appianus de bellis ciuilibus. A tergo vero Turrenis proximi sunt Phalaris & Phalisci quorum mons est Soracte, vt Acron dicit super Odas Horatij, Oda illa. Vides vt altum stet niue candidum Soracte. Turreni verò antiqui, id est, Volturreni iacent medij inter Phaliscos à tergo, & Perusinos à fronte, & colunt Phalisci vti Perusini Iunonem, dicente Ouidio in Fastis: Adde senem Tatium, Iunonicolasque Phaliscos. Soli vero Turreni differunt diis, scilicet primo antiquißimo Iano Vertumno cognomine, quia is est princeps deus Hetruriæ, vt author est Varro in primo de lingua Latina, & vetustißima eius vxore Vesta Horchia, quia ea est dea Hetruriæ, vt Liuius asserit in sexto ab vrbe cõdita. Et item ex minoribus diis est deus Cranus Razenua. Verum non non solum à vicinis sibi, sed etiam remotis differt deis, quia Populoniis philarcha deus erat Iuppiter. D Contra Myrsilum, Varronem & Liuium videtur quia etiam Romæ Ianus, Vertumnus & Vesta quæ & Horchia colebantur. Respondetur quòd non colebantur vt dij municipales principes, quia dij principes in Latio sunt Ops & Saturnus, vt Varro est author in de lingua Latina. Aliud argumentum antiquitatis priscæ est sermo

Margin notes: Calumbum. — Turreni vnde. — B — Dij Turrenorum. — C

mo Arameus, quo Turreni etiam à proximis Phaliscis A *differebant, quia teste Strabone in.5. Phaliscos ponunt distinctam linguam & gentem à Turrenis. Similiter & Crotonienses distinguuntur sermone à Turrenis, vt Dionysius exprimit in primo libro. Tertium antiquitatis vestigium sunt literæ Hetruscæ, quæ in sola Turrena nunc patrimonio reperiuntur. Et sunt antiquissimæ Phœnices, vt ostendimus in editione de origine literarũ & philosophiæ. Quartum argumentũ sunt leges Ianigenæ, & quintum ritus, & religiones Ianigenæ, quibus sicut ante omnes tempore fuit dedita gens Hetrusca, ita excelluit* B *arte colendi ea, vt author est Berosus in antiquitatibus, & Liuius in principio quinti ab vrbe condita. Vltimum argumentum tam Myrsili quàm Dionysij in primo libro probat magis credendum esse historicis Græcis qui cum patria Turrenorum historia sentiunt, quàm aliis Græcis qui ab eis dissentiunt, quia in patria historia magis creditur patriis historicis & qui eos sequuntur, quàm alienis & remotis. Vnusquisque enim certius nouit domus propriæ ac patriæ interna gesta, quàm externi & remoti.* C *Quare probatiora quibus certius credatur, scribunt Græci qui Turrenos tradunt non esse Lydorum prolem, sed priscam gentem Italiæ indigenam, quia his solis perseuerant priscæ literæ, mores, ritus, dij, studia, leges, aliis vero sunt hæc aduentitia & noua & nimis à vetustate differentia. Contra hoc potest obici, quia Valerius Maximus in libro secundo cap. de more ludorum dicit, quòd à Curetibus & Lydis Thusci trahunt originem. Respondetur quòd non negat Myrsilus quin Thusci habuerint aliquantam originem ab his, vt patebit in fine, sed negat quòd prima his origo & denominatio Turrena fuerit à* D *Lydis, quibus certissima origo fuit ante Ninum, aureo sæculo sub Iano, & mox post inundationem terrarum, quum fuerint veteres Galli, id est, prisci inũdati, genitores Vmbrorum, vt Cato in originibus scribit, & Solinus in Collectaneis ex M. Antonio referat dicens: Veterum Gallorum prolem Vmbros esse. M. Antonius asseuerat & eosdem à Græcis dictos Vmbros, paterno epitheto, quia tempore aquosæ cladis imbribus superstites*

Literæ Hetruscæ.

A *fuerunt. Hactenus argumenta produxit Myrsilus, & post eum Dionysius à patria historia Lyda & Turrena, nunc à vicinis Turrenæ Romanis testimonium vltimum requirit dicens:*

CAPVT SEPTIMVM.

IPsi quoq; Romani fatentur Hetruscos esse vetustißimos & aureo sæculo natos, à quibus aras, ritus, diuinationes, colonias, & disciplinas habuit prisca Italia, initio sumpto à B *prima eorum Tetrapoli dicta Hetruria, à qua illos Romani Hetruscos cognominant. Non est igitur aduersariis vlla via qua probent eos Turrenos à filio Atus habere vel nomen vel originem, sed id nomen desumpsisse à Tursibus, quia ipsi Surses & Sursenas si sunt vrbes pontificiæ, & Turses ac Tursenas.*

C *Hæc cuncta iterato Dionysius in primo libro repetit visq; tota argumenti in hoc est: Omnis probatio certißima historiæ est ab authoribus patriis, vel patriæ proximis. Quare aduersariis nulla certa via restat probandi Turrenos esse prolem Lydam, vel ita cognominatos a Lydis. Si enim Xanthum Lydum historicum legant, inuenient nullum nomine Turrhenum fuisse filium Atus, aut venisse in Thusciã, sed Turrhenos fuisse maris dominos ante Pelasgum regem. Si item quærant Thuscorum patriam historiam, respondebit solos Turrenos esse in Italia indigenas, & à nullo alio pendere, aureo sæculo ortos, Iano deo & patre, seq; parẽtes esse Vmbrorum & totius* D *Italiæ, quibus solis sint dij patriæ principes Vertumnus, Horchia, parẽtes Italiæ, & Razenua deus, à quo vti à duce se Razenos vocant, & à turrita metropoli Turrenos, quã Asiani lingua sua Mossyneã, Hetrusci vero Tursenam & Sursenã proferũt, Romani autẽ Surrenã & Turrenam. Si vltimo à vicinis Romanis quærãt de Turrenis, vtique*

Dij Hetruriæ.

A

vtiq; Fabius Pictor, Cato, Sempronius, & alij vetustiores Romani, dicent se vocare illos non à Turrheno aliliquo duce, sed à prima regia metropoli dicta Hetruria Hetruscos, aureo sæculo sub Iano ortos, vetustissimos patres Vmbrorum atque Faunorum & nympharũ Aboriginum priscorum, à quibus prisca Italia religionem & disciplinas susceperit. Nulla igitur restat aduersarijs via, vt à probatioribus sumant argumentum, Hoc loco notandum est, quòd falsum est, quod Myrsilus ait Tursenam dici Turritam tetrapolim. Nam vltra Lucam & montem Catinum in Apuana Thuscia est Tursena oppidum olim turritum paruum, & non tetrapolis, sed monopolis, vt Oculus probat. Hoc oppidum ætas nostra corrupta prima literà t & posita c ob propinquitatem prolationis, non Turrenam sed Cursenam profert. Potest tamen saluari Myrsilus, quia loquitur solum de antiquis Turrenis qui Volturreni, id est, antiqui Turreni dicuntur. Et hoc videtur ad intentionem ipsius Myrsili et Dionysij in primo libro. Et hoc patet ex tribus. Primo quia loquitur de Turrenis qui iacent medij inter Perusinos & Phaliscos. Secundo quia dicit quòd Romani vocant eos Hetruscos à metropoli dicta Hetruria. Sed ea est Volturrena circa Volsinos, vt copiosè probauimus in quæstionibus Annijs, quia Tursena, Eturfia, Etursa, Voltursena, quas Romani proferunt Turrenam, Hetruriam, Hetruscos, Volturrenos, eandem habent tum deriuationem tum definitionem, tum vel maximè quia inuincibilem à coniugatis habent argumentationem. Si enim teste Plinio in tertio naturalis historiæ capite sexto Ciues Volturreni in quorum parte eadem sunt Volsinienses, hi sunt proprio cognomine Hetrusci, vtique ciuitas Volturrena in cuius parte eadem sunt Volsinienses, ipsa sit proprio cognomine ciuitas Hetruria necesse est. Sed hæc vt diximus copiosè explanata sunt in quæstionibus Annijs, & in commentarijs Xenophontis dictum est quid significent ista, Monopolis, Diopolis, Tripolis, Tetrapolis. Itaque Myrsilus loquitur de Volturrenis Hetruscis priscis, qui medij sunt inter iuga Cyminia & Volsiniensia, vbi limites erant Perusini. Et in his est verũ quòd

Tursena an turrita sit tetrapolis.

B

C

D

A *Tursena & Voltursena .i. antiqua Turrena significat Turritam tetrapolim nunc Viterbum, vt in Annijs quæstionibus probauimus, cui Sursena quam Surrenam proferimus, proxima est, & inscriptio dicit Surreniensibus Augustalibus. Et ita saluatur Myrsilus. Tandem ex his Myrsilus ita concludit dicens:*

CAPVT OCTAVVM.

QVòd si etiam ad hos venit Torebus fi-
B *lius Atus, vtique non ab eo aduenæ nominati sunt Turrheni indigenæ, sed econtrario ab eis Torebus fuit cognominatus Turrhenus à Græcis. Igitur & si totã Italiam coluerint Græci, vt nostri tradũt, ex ipsis tamen Lydis & Turrhenis vicinisq; Romanis, falsa esse ostendimus, quæ contraria his*
C *de Turrhenis multi, vt diximus, conscripserunt.*

Vltima conclusio Myrsili per vnam distinctiuam, proba-
Torebus. *tionem habet hoc modo. Aut Torebus filius Atus non venit in Thusciam, & ita Turrheni non dicuntur ab eo, Aut venit, & tunc quia indigenæ non denominantur ab aduenis, & item ante Pelasgum regem Turrhenum nomen & dominium inuenitur, consequens est, vt antiqui Turrheni non dicantur à Torebo nouitio, neque sint proles Lydorum, sed econtrario ipse aduena Torebus, ab*
D *indigenis Turrhenis cognominatus sit Turrhenus. Notandum est primum quòd Græci qui dicunt Turrhenos fuisse antiquiores nomine Turrheno, quàm Torebus filius Atus, scribunt rh aspiratũ Turrhenus, vt significetur prolatio Etrusca qui dicũt Tursenũ & Tursena, & non Romana qui proferunt Turrenum & Turrenam. Nam rh aspiratum semi fest. Et ideo dicit Myrsilus, quòd non Turreni à Turrheno, sed potius Turrhenus à Turrenis deriuationem habet. Item quia aduenæ ab indigenis*

cognominantur. Contra quia Etruria à Turfibus dicta, A
& habitatoribus Vmbris, ab aduenis Pelasgis & Lydis Turrhenis mutauit nomen, vt insinuat Plinius libro tertio naturalis historiæ capite sexto. Ad hoc respondetur per id quod ait Seruius super primum Æneidos, quia victi à victoribus nomen accipiunt. Et idcirco Etrusca Vmbria Pelasgia, licet parum durauerit, à victoribus Pelasgis dicta fuit, qui Syluano fanum ingens Volturnæ sacrarunt, teste Virgilio in octauo Æneidos, iuxta quam Volturnam adhuc manet planicies dicta campus Pellasgi à vulgo. Et mox à Turrhenis victoribus dicta est Tur- B
rhenia, vt supradicto loco Plinius dicit, & nos in Etrusca historia explanauimus. Porro Torebus veniens non vicit eos, sed iure consanguinitatis à Cibele vxore Iasij, & filio eius Bante Larthe Thusciæ, comi hospitio susceptus & Vetulonia decoratus est, vt author est Berosus in quinto antiquitatum. Et Sillius significat in octauo libro dicens: Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis Et idcirco Torebus vt aduena susceptus, & in eorum ciuilitatem, iura, leges, ritus, loquelam, & cognomen tran- C
siens, Turrhenus & ab eo Turrheni Lydi cognominati fuerunt.

M. CATONIS FRAGMENTA DE ORIGINIBVS, CVM COMmentariis Annii.

MArcus Cato Porcius, Sempronius & alij viri illustres Romani scripserunt de origine gentium & vrbium Italiæ, vt ait Dionysius Halicar- D
nasseus in primo libro. Et Sempronium quidē non potui de originibus inuenire, nisi is liber sit cui est titulus, de diuisione antiqua Italiæ, cuius iam commentaria confecimus. Porrò quisquis fuerit iste Cato qui de originibus scripsit, non potui eum integrum habere, nisi fragmenta & quidem inordinata in collectaneis vetustis cuiusdā magistri Guilielmi Man-

A Mantuani. Nos verò in ordinem solum fragmenta redegimus, vt cuncta simul quisque legat, quæ ad vnam regionem Italiæ spectant, & alia singula suis locis, vt sub exemplo, quæ ad Etruriam solam fragmenta spectant, in Etruriæ cōmentariis ponemus, & sic de singulis. Et quoniam plurima eorum quæ in his fragmentis Cato ponit, etiam Plinius, Sempronius & alij docent, & in aliis commentariis exposuimus, idcirco ne immensitas commentariorum lectorem obruat, breuibus absoluemus cuncta, nisi
B vbi noua necessitas dicendi plura occurrerit. Diuiduntur autem hæc fragmenta in duas partes. In prima est vnum fragmentum procemij. In secunda sunt fragmenta originū. Primo igitur ponitur fragmentum procemij in quo sunt hæc verba Catonis.

GRæci tam impudenti iactantia iam effunduntur, vt quoniā his du
C *dum nemo responderit, ideo liberè à se ortam Italiam & eandem spuriam simul & spurcam atque nouitiam, nullo certo authore aut ratione, sed per solam insaniam fabulentur. Quamobrem nunc, vt cæteris Latinis viam faciam: quæcunque memoria prodita gentibus Italiæ sunt,*
D *& nunc Romano imperio subditis, diis volentibus scribere instituo.*

Scribendi caussa quæ fuerit Catoni.

Ergo Græcorum iactantia simul & ignominiosa origo Italiæ per insaniam à Græcis falso obiecta, Catonem impulit ad scribendum de origine Italiæ. Quam obiectionem etiam scribens ad filium deplorabat, quam ad verbum Plinius ponens in vigesimonono libro naturalis historiæ cap. primo: Marci, inquit, Catonis propria verba ponamus. Dicam de istis Græcis suo loco Marce fili, quid

Athenis

Athenis exquisitum habeam, & quòd bonum sit illorũ literas aspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum & indocile genus illorum. Et hoc puta vatem dixisse. Quandocunq; ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. Tunc etiam magis si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se Barbaros omnes necare medicina. Sed hoc ipsum mercede faciunt, vt fides his fit, & facile disperdant. Et subdit Cato: Nos quoque dictitant Barbaros & spurios nosq; magis quàm alios opicos appellatione fœdãt. Itaq; Itaque Cato vaticiniũ egit, vt quum Roma & Italia eorũ authores reciperet, tũ omnia corrũperent, quia authores eorũ pleni mendacijs, omnium originibus nebulas inijcere curauerunt. Vnde Lactantius in primo libro diuinarũ institutionum, cap. 15. Apud etiam malos reges panegyricis mendacibus adulantur. Quod malum à Græcis ortũ est, quorum leuitas instructa dicẽdi facultate & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitauerit. Scimus enim, inquit Iosephus contra Appionem grãmaticum, in quot locis Hellanicus de genealogijs & temporibus ab Agesilao discrepat, & in quantis Herodotũ corrigit Agesilaus, & Ephorus Hellanicum in pluribus ostendit esse mendacem, & Ephorum Timeus, Timeum posteri, Herodotum cuncti. Semper enim Græci, vt author est Diodorus in tertio, paruo tempore literis impenso ad quæstum conuertuntur, & eius gratia nouas res per opinionem adinueniunt, & de rebus maximis dissentiunt & altercantur, nullaq; certa scientia reddita, semper in confuso auditores suos relinquunt, & per omnem vitam animos hominum errare compellunt. Quamobrẽ, vt Cato in fragmentis dicet, Etrusci semper horruerunt literas & disciplinas Græcorum, & ob id nolebant etiã literas Latinas suscipere, etiam postquam Etruriæ ciuitas Romanis à Turrheno data fuit. Itaque iuxta eiusdẽ Catonis vaticinium, quia futurum erat, vt susceptis literis & authoribus Græcis Italiæ vetus fulgor obtenebraretur mendacijs Græcorum, ipse charitate patriæ atque Italiæ motus, lustrauit Italiam, & quæcunque memoria prodita erant apud singulas gentes Italiæ collegit, potissimè apud Turrhenos qui patres Vmbrorum fuerunt, &

A Inuectio contra Græcos. Vaticiniũ Catonis.

B Græcia mendax.

C

D

illas

A illas vetustissimas leges, literas, ritus, mores, temporaque inundationis & Iani retinebant, vt Dionysius in primo libro insinuat, et Myrsilus superius exposuit. Vnde occurrit Cato mendaciis & verbositati Græcorum, pro seruanda Italiæ antiquitate, & quidem splendidissima, ostendens habitatam Italiam longe ante vitiatorem aurei sæculi Ninum regem Assyriorum, quando Græci nondum erant, nec quispiam eorum in Italiam venerat. Et hanc antiquitatem auream qua per totum orbem nulla erant nota inuasiua arma ante Ninum, omnes consentiunt fuisse sub Iano,

B Camese, atq; Saturno prisco Caspio, non Græco, qui post Ninum primus floruit Apteras, annis quingentis & amplius, vt notat Eusebius de temporibus, & nos copiose probauimus in aliis commentariis. Vnde, vt videmus, omnes ab aureo sæculo originem Italiæ scribere atque mentibus hominum imprimere studuerunt, Fabius Pictor, Sempronius, Trogus, Iustinus, Cato, Virgilius, Ouidius, tam in Fastis quàm in opere maiore, Macrobius in Saturnalibus, & alij qui de Iani, & eius collegæ vetusti

C Saturni ætate loquuntur. Hoc enim principio veluti fulgore maximo Græcis mendaciis opposito, mox velint nolint, concludebant nostri maiores. Ianus regnauit in Italia aureo sæculo. Ergo Italia habitata fuit in primo generis humani ortu, quoniam tam Græci quàm Latini confitentur, quod in principio generis humani, prima ætas aurea fata fuit. Alioquin principium generis humani, nō fuisset prima ætas. Rursus ita nostri Græciam mendacem audentem in historia redarguebant. Ianus regnauit ætate aurea. Ergo ante Ninum fuit habitata Italia, quip

In Græculos.

D pe quod ipsi Græci concedunt, Ninum fuisse primum, quem nouerint cupiditate regnandi toti Asiæ atq; Ægypto arma victricia intulisse, & auitum aureum morem gentibus immutasse. Erant enim tum rudes ad resistendum homines, qui aureo sæculo assueti, nulla nouerant arma, & ob id facile terminos vsque Libyæ illos perdomuit, vt noster Trogus ait, & post eum Iustinus abbreuiat in primo Epitomatum. Verum nunc ætate nostra, qui se literis Græcis dant, etiam hæc negligunt, tantum videlicet virus contra veritatem secum ferūt literæ

Græcæ.

Græcæ,vt nunc etiam,quod maiores nostri probauerũt, A
aureo sæculo natam Italiam funditus ignorent. Et non aduertunt quòd Iuuenalis noster Aquinas exclamet in Satyra: Et quicquid Græcia mendax Audet in historia. Et item: Quid, inquit, rancidius quàm quòd se non putat vlla Formosam, nisi quæ de Thusca Græcula facta est? Et item: Omnia Græcè, quum sit turpe magis nostris nescire Latinè. Fœminas reprehendit, sed viros includit, quum nullus se putet doctum, nisi qui de Thusco, qui prius disciplinas fluctuantes Græcorum horruerat, teste Catone: Græculus est factus. Gaudent quidam Itali, quòd B
omnia Græca fabulosa nouerunt, quum sit nostris magis turpe res nescire Latinas, & Italiæ origines & antiquissimos splendores. Bonũ est, inquit Cato, literas Græcas aspicere, non perdiscere. Aspiciamus igitur authores Græcos, vt si quid consonum Italico fulgori inuenerimus, vti nostrum ab eis eripiamus. Vbi verò contraria scribunt, nõ perdiscamus, id est, non credamus, quoniam veritatem vt cancer corrumpunt: pudeatque rationem Italiæ mutuari à Græcis, vt loquitur Plinius in tertio na- C
turalis historiæ, capitulo decimoseptimo. Hactenus de prooemio Catonis, nunc ad originum fragmenta reuertamur, in quibus Cato facit duo. Primo ponit in communi originem orbis, & Italiæ. Secundo singularum gentium Italiæ. Primo igitur ponit duas opiniones de origine orbis & Italiæ in communi, dicens contra Græcam leuitatem:

Italiæ splendidissima origo fuit, tum tempore, tum origine gentis. Cœpit enim aureo sæculo sub principibus dĩis Iano, Ca- D
mese, Saturno, gente Phœnica & Saga, quæ post inundationem terrarum per orbem prima colonias misit. Et de mundi quidem origine authores non paria sentiunt. Nam Chaldæi sibi sempiternitatem persuadent.

Phœni-

A *Phœnicibus verò ac Sagis magis placet origo. Inter vtrosque conuenit ante Ninum circiter annis quinquaginta & ducentis, quibus durauit aureum sæculũ, terras fuisse inundatas, & in Scythia Saga renatum mortale genus, Siue enim ab æterno mundum existimes, & ignis principio cuncta tenuerit, & sensim in*

B *sua loca elementa coëuntia homines produxerint, siue (vt fertur) ante aureum sæculum terras subrutas inundatio possederit, & exsiccata humo apparuerint homines, equidem principatus originis semper Scythis tribuitur, à quibus auctis colonias per orbẽ missas ferunt.*

C *Breuibus Cato absoluit innumeras historias, & infinitam syluam rerum, quæ cuncta vtcunque nos exponemus. Prima fronte vanitatem Græcam, & ignominiam obiectam elidit, dicens: Italiæ origo splendidissima conuincitur à multis locis. Primo quidem ex tempore splendidissimo, quia aureo & non ferreo ac spurio simul & opico sæculo nata est. Secundo, à splendore progenitorum. Sanè sciendum est, vt hic ait Cato, & Diodorus etiam in tertio libro. Chaldæi sempiternum mundum opinati sunt. Phœnices verò Sagi ex tempore factum crediderunt. Primos sequitur Aristoteles, secundos Plato &*

Italiæ antiquitas.

Mundi origo.

D *Christiana fides. Conueniunt de inundatione vniuersali, quæ præcessit Ninum et auream ætatem annis ducentis quinquaginta, vt Cato supputat, aut his vno minus, vt tradunt alij, ex Græcis quidem Xenophon et Archilochus, ex Phœnicibus Maseas Phœnix et Hieronymus Ægyptius, et ex Latinis Fabius Pictor. Fuerunt autem diluuia ab authoribus notata quinque, vniuersaleq; per antonomasiam dicitur terrarum inundatio. Secundum, Niliacum. Tertium, Atticum. Quartum, Thessalicum. Quintum,*

Diluuia quinq;.

Quintum, Pharonicum. Quæ in libro de æquiuocis Xenophon, et nos in commentarijs super ipsum exposuimus. Cato et Fabius et alij de primo loquuntur, quia ipso exacto cœptum est humanum genus, et prima ætas, aurea. Sed siue diluuium præcessit siue nullum diluuium ante Ninum vniuersale fuerit, vtique non semper fuere homines, sed post chaos innumera tempora, vel post dictum diluuium cœpit ex putrefacta humo genus hominum prodire, vt Græca vanitas contra verã philosophiã sensit, & Diodorus in primo libro repetit. Nõ enim quod nobilissimũ est in natura semel accidit, neque disponi potest corpus sine certo semine ad humanã animã. Sed de his alias. Siue ergo ex putrefactione primũ cœperint homines, siue à Deo conditi, siue à prima inundatione terrarũ seruati, quæritur vbi primũ cœperint, & inde diffusi fuerint per orbẽ. Respondet hoc loci Cato, & similiter Trogus, & eius ab breuiator Iustinus, & sanctus Moyses, quòd primum in Scythia cœptũ est, & Scythis principatus originis à cũctis ratione tribuitur. Quærendũ est item, quo loco Scythiæ primo resedit. Respondet Diodorus Siculus in tertio ex Scythica historia, quòd principio sui parua numero & ignobilis dominatu qui non erat, consedit genus hominũ iuxta fluuium Araxim in Armenia maiore. Moyses quoque in Armenia maiore saluatum fuisse humanum genus & multiplicatũ, & ab inde per orbem in colonias diuisum, scribit. Eadem scribunt Berosus Chaldæus, Maseas Phœnix, Hieronymus ac Manethon Ægyptij, vt author est Iosephus in primo de antiquitate Iudaica. Est aũt Armenia maior eadẽ Aramea & Saga vicina Persis, vt insinuat Plin. in sexto naturalis historiæ, cap. 17. dicens: Scytharũ populi Persæ illos Sagas vniuersos appellauere, à proxima Saga gente, antiqui Arameos. Cui argumento est vrbs prima quã ædificauerunt iuxta Araxem fluuium vbi consederunt. Nã Ptolemæus per syncopam vocat illam Sagalbinam, alij verò Geographi sine syncopa Sagam Albinã: sicut quidã per syncopã Volturnam alij sine syncopa Volturrhenam vocitant. Est autẽ Saga lingua Aramea, id quod Sangni lingua Sabina, & ab eo sanctus sacerdos lingua Latina. Vnde Sagã Festus

Hominum origo vbi fuerit.

Aramea Saga.

A pro sacerdote expiatrice exposuit, & diuus Hieronymus libro interpretationum, pro sacrificulo & inmolatore, id est; pontifice interpretatur. Quare illa prisca gens post diluuium dicta est Saga, id est, pontificia & Thusca siue sacrificola, quia teste Beroso religiones & ritus à Iano edocta primum fuit. Moyses verò tradit, quòd Noa primus pontifex cum filiis & vxoribus sacrificia & bolocausta obtulerit. Siue igitur idem sit Ianus & Noa, vt tempus & epitheta vtriusque conuincunt, & Berosus asserit, & plures iuniores consentiunt, vt in commentarijs Berosianis exposuimus: siue homines principes diuersi fuerint, omnes tamen Iano epitheta splendidissima tribuunt, quòd ante inundationem fuerit cum filijs & vxoribus patria Phoenix, & nauigio in Armenia cum eis saluatus fuerit primus pater Chaos, & semen orbis, vnde Dei & homines formati fuerunt: primusq; rex & Monarcha ætatis aureæ, penes quem vnum erat vasti custodia mundi, & ius omne vertendi cardines, & dandi albam virgam, id est, primos fasces vt Berosus explicat, & omnis Latina historia de Iano consentit, quam Ouidius in primo libro de Fastis & alijs recollegit. Vnde ab eo Saga, Sagi Tusci appellati sunt à pluribus, vti est illud Plinij in tertio naturalis historiæ, capite decimoseptimo. Omnia, inquit, ea flumina fossasq; primi Sagi fecêre Thusci, egesto amnis impetu per transuersum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ, à quo Atriaticum mare antè appellatum, quod nunc Hadriaticum. Et immediatè superius: Ab eis Sagis ostium Padi ponitur. Et catie à corruptissima impressione, quæ Hadriam oppidum & prius Hadriaticum mare, & à Sagi, pro Atria, Atriaticum & Sagi somniat, & cuius impressionis stomachosa & aperta vitia probauimus quæstione vigesima Annia. Cui argumento est, quòd emendatè ibidem Sagis ostium Padi impressit. Exposuit igitur in communi Cato & breuibus, tanquam ætate sua manifestissimis, quòd Italia orta est non ætate opica, spurca, vitiata, & ferrea; sed prima aurea, in primo ortu generis humani ante Ninũ. Et item nata est à splendidissimo patre Iano Saga pontifice-

Ianus & Noa.

B

C

D

fice maximo, religiosissimo, literatissimo, philosopho, theologo, patre omnium deorum & hominum, monarcha totius primi generis humani, penes quem vnum & solum tunc erat vasti custodia mundi aurei, & ius omne vertendi res & cardines, & ob id Vertumnus deus vertendarum rerum dictus, cui etiam forma militis esset, quia fasces dabat ad continendos homines in aureo officio, vti Pictor significat. Quare non à spurcis Græcis, qui aurea non erant ætate, sed à tempore aureo, & splendidissimis principibus, & dijs regibus, & pontificibus splendidissima est origo Italiæ. A

Deinde Cato in communi tradit, vbi primum Ianus cum colonijs veniens consedit in Italia, & eam vagientem in cunis suscepit, & vbi primam metropolim & duodecim populos cum fascibus totidem pro regenda Italia instituit, dicens: B

ET ex his venisse Ianum cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum, rateq; cum colonis per Tyberim vectum, ad læuum Tyberis Etruriam tenuisse locum, vbi colonias in continente primum exposuit, & ipsum deum simul Vaticanum habitum dictumq; fuisse. Et regionem Vaticanam, id est, Vagicanam dictam, quòd ibi Ianus quasi in cunis natam primumq; vagientem Italiam exceperit. Inde cum colonis à Vagicano progressum in tractum Vmbriæ fundasse regiam & fani Olympum, fossamq; sacrasse, & augustalem Turrenam non longe à regia dicasse, vbi ad salutandum regem duodecim coloniæ nouis lunaribus conuenirent. Inde duodenis C D

A *colonijs fasces ad continendos rudes scribunt singulo prætoriano lictori quatuor & viginti armatis ingenuis distributis. Eas posuit coloni as ad ripas quidem Tyberinas Ianiculum, & Arin Ianum, ad ripas Arni totidem, Phesulas & id idem Arin Ianum. Ad littus Etruscum quatuor, Pheregenæ, Volcē, Volaterra,*
B *Cariara, quæ & Latinè Luna. In mediterraneis quatuor, Ogygianum, Aretium, Rosellas, Volsinium. Paulò post dextrum Tyberis latus regulis suis permisit: Camesi, à quo Camesenæ duæ: & Saturno, à quo Saturnia olim, quod nunc Capitolium, & ab ea latè Saturnia terra. Hæc prima fuit aurea illa ætate, &*
C *quidem angustissima origo Italiæ.*

Dyrim Mauri, sed Etrusci Atlaum, Græci Atlantē intelligunt, vt author est Berosus, & Plinius significat
Dyrim. *in v. naturalis historiæ, cap. 1. dicens: A Fuut ad Dyrim (hoc enim Atlanti nomen esse lingua Maura conuenit)*
Galli. *sunt. CC. milia passuum. Cæterum veteres Galli, veteres inundati interpretantur, vt in cōmentarijs super Xenophontem ac Myrsilum exposuimus. Fuit enim Ianus saluatus ab inundatione cū filijs & vxoribus in Scythia Saga, vt Berosus tradit. Progenitores ergo Vmbrorū fuerunt veteres inundati Ianigenæ, vt hoc loco Cato asse-*
D *rit, & Fabius Pictor, & alij Latini tradūt, quos Solinus in Collectaneis colligens: Veterum, inquit, Gallorū prolē esse Vmbros, M. Antonius asseuerat, quos Græci Vmbros dixerunt, quia aquosa clade imbribus superstites fuerunt. De læuo & sinistro latere Tyberis, quæ sunt Etruria & Latiū, & de prouincia Saturni Latio, in qua dij principes sunt Saturnus & Ops, simulq; de Etruria, vbi dij principes sunt Vertumnus & Horchia .i. Ianus & Vesta,*

A

& Vesta, iam satis expositũ est in cõmentarijs super Fabium Pictorem & Myrsilũ. De Vaticano ita dicit Gellius de Atticis noctibus lib. 15. Agrum Vaticanũ, & eiusdẽ agri Deũ præsidem appellatũ acceperamus à vaticinijs, quæ vi ac instinctu eius Dei in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc caussam M. Varro in libro diuinarum rerũ aliã esse tradit istius nominis rationẽ. Nam sicut, in qt, Deus Aius appellatur, araq; eius statuta est quæ est in infima noua via, quòd eo in loco vox diuinitus edita fuerat, ita Vaticanus Deus nuncupatus, penes quẽ essent vocis humanæ initia, quoniã pueri simul atq; parti sunt, eam primã vocẽ, quæ prima in vaticano syllaba est, edũt. Idcirco vagire dicit, exprimente verbo sonũ vocis recentis. Hæc Gellius. Vatire enim & vaticare apud Etruscos erat vagire: sicut natire & naticare, erat cessare à vagire. Argumento est, quia Etrusci nunc Viterbenses, apud quos innumera manent antiquitatis argumenta, quum puerum in cunis vagientẽ vt faciant cessare iubent, dicunt: Natica puerum. Quòd verò vbi regia metropolis est Volturna & fanũ eius, ibi consederunt, & Fabius Pictor & Myrsilus Catoni cõsentiunt, & ratio conuincit. Vbi enim geniti sunt Vmbri, ibi Ianus cum Gallis progenitoribus eorũ consederunt. Geniti aũt fuerunt in Sale Vmbronã circa Volsinos, qui tunc ager Volturrenus, nũc Viterbẽsis dictus est, vt supra Myrsilũ demõstrauimus. Quare in regia Volturrena Viterbensi principio Italiæ consedit Ianus & coloniæ primæ. Quid sit Olympus, & fossa sacra, & ritus sacrandi loci, copiose expositum est in cõmentarijs super Xenophontẽ & Pictorẽ. De Turrena Augustali, quã Surenã dicimus, & in fine Myrsili tetigimus, & medio miliari distat à Volturna, hoc notandũ est, quòd Suia cognominabatur, & à Iano ac Vesta igni vestali atq; sacrificijs fundata & dicata fuit, vt versus Etruscus literis in sacrario Ryyelli scriptus indicat, quẽ loco suo interpretati sumus. Est aũt Suia, teste Hieronymo & Talmudistis, salus & salutatio, quia ibi 12 populi in nouis lunaribus ad salutandũ Larthem veniebãt, vt dicit hoc loco Cato, & Macrobius refert in primo Saturnalium. De fascibus lictoribusq; ac prætorijs, copiose tra-

Aius deus Vaticanus.

B

Vatire.
Natire.
Naticare.
Viterbenses.

C

D

Suia.

A dunt cōmentaria nostra super Fabiū Pictorē. De XII. verò vrbibus primis & originibus vocabulorum, sciendum quòd Ianiculū, Oenotriū, ac viniferum, interpretatione sunt eadē, vt ostendimus super Myrsilū. Etiā Ianus cōdidit vinculū pro limite sacro inter se atq; Camesen, & inter prouinciam suam Ianiculā Etruriā, & inter Saturniam Latiū, vt explicauimus super Pictorē & Sempronium. Secunda vrbs Arin Ianū. i. sublimitas Iani. Differūt inter se Caryn et Arin, quia primū interpretatur vinea, alterum sublime, vt tā D. Hieron q̄ Talmudistæ perhibēt. Hinc Genuense promontoriū Caryn Ianū, id est, vinea Iani, & nō longè sancta Maria in Vineis. Igitur Caryn Ianū, vrbs est sublimis Iani, siue sublimis. i. celsi Iani, siue quia in edito positū & sublimi loco. Teste enim Dionysio in primo libro, mos condendi vrbes antiquis fuit, vt eas conderent non magnas sed paruas & locis munitis. Erant enim pauci homines ab initio. Quatuor vrbes ad mare cōdidit. Prima est Pheregenæ, latinè verò fortuna Genij, quia phere fatum dicunt Aramei, vt Samuel Talmudista dixit. Genium verò principium & patrē posteritatis intelligunt. Vnde Ianus Genius deus Italiæ, sicut & Vaticanus dictus est. Hinc Ianua vrbs à Ianō, sicut & Caryn Ianum, & eadē Genua ab eodem Iano Genio dicta est. Non enim existimandum quòd Ianus solas duodecim colonias posuit sub metropoli vna regia, sed quòd illas primas à principio pro imperio & gubernatione Italiæ instituerit, & ex eis auctis, in alia loca Italiæ traduxerit aliàs. Cui argumento est, quia omnē Cisapeninam Galliam, quæ Lombardia dicitur, & omnes Italiæ alpes Thusci colonijs repleuerunt post has duodenas vrbes. Ita enim sub Iano cœptum est imperium Thuscorū in tota Italia aureo sæculo & innoxio, non armorum violentia, quæ ea ætate non erat, sed successiua coloniarū missione, atq; propagatione per Italiam. Semper enim iuniores & posteri natura non armis impellente, senissimis priscisq; domibus quæ loco deorum à posteris habebantur, regebantur, vti Aristoteles in primo libro Politicorum insinuat, & fragmenta Theophrasti & Themistij Peripateticorum exponunt. Quòd autem sub

Arin Ianū

B

Caryn.

Pheregenæ

Genius.

C

Ianua.

Lombardia

D

Iano is ordo seruatus fuerit in Italia, & ætas ipsa aurea irreuincibiliter probat, quoniam natura tunc viuebatur, qua posteri veneratione ac pudore non vi, seniorum imperio & fascibus subdebantur, & Fabius Pictor insinuat, & Cato, & Sempronius docent, & alij plures, qui sub Iano cœptum imperium Thuscorum, & ab eis missas per Italiam colonias more illius ætatis asseuerant. Quos Liuius breuibus imitatus in quinto ab vrbe condita, his verbis repetit: Thuscorum, inquit, ante Romanorum imperium, opes, mari, terraq; longè patuere, supero mari & infero quibus Italia insulæ modo cingitur quantum potuerint, nomina sunt argumento; quòd alterum Thuscum communi vocabulo gentis, alterum Atriaticum, ab Atria Thuscorum colonia, vocauere Italicæ gentes. Græci Turrhenum atque Atriaticum eadem vocant. Et mox de angustissima, vt ait Cato, huius imperij aurei origine subdens Liuius: Hi, inquit, Thusci in vtrunque mare vergentes duodenis vrbibus princ eũ Apeninum coluerunt terras ad inferum mare. Postea trans Apeninum totidem quot originum capita colonijs missis, tenuerunt vsq; ad alpes omnia loca quæ trans Padum sunt, excepto Venetorũ angulo, qui sinũ circum incolunt maris. Alpinis quoque ipsis haud dubie ea gentis origo est, & maximè Rhetijs, quos loca ipsa efferarunt, ne quid præter sonum linguæ ex antiquo, neq; eũ incorruptũ retineret. Hæc Liuius. Itaq; etiam sub Iano plures coloniæ passim per Italiã missæ sunt, præter illas duodenas Etruriæ, quarũ duæ ad Tyberim fuerint Ianiculum & Aryn Ianum Et ad mare quatuor, quarũ prima Phregenæ, id est, fatum Iani Genij dicta est, Latini per syncopã Phregenæ proferunt, quamuis impressio stomachosa Phregnæ impresserit, & quidam falso Fregellæ scripserit. Nam Fregellæ in Campania mediterranea, Phregenæ verò in Etruria maritima est, circa locum vbi nunc palus, de qua Sillius in octauo libro. Nec non Argolico dilectum littus Aleso, Alsium, & obsessæ campo squalenti Phregenæ. Secunda colonia est Volcen, celebrata à Ptolemæo, Plinio, & alijs chronographis Thusciæ. Hanc suam coloniam fecère Romani, vt Plinius in na-

A B C D

Phregenæ.

Volcen.

A natural.hist.cap.6.insinuat dicens: Colonia Volcentum, à populo Romano deducta. Iacet diruta nunc non procul castro Vrbe maritima, & absq; l proferunt accolæ, Voce pro Volce, vti scribit Ptolemæus. Est autem ce & cen, id quod æs vel argentum, vt Samuel dicit, & diuus Hieronymus interpretatur. Alij metallum quodcunq; significare dicũt. Vol aũt vt in Annijs quæstionibus diximus, significat antiquissimũ & priscum. Hinc Volcen, prisca vrbs ęraria est, vbi primum Ianus signauit æra. Quod non tacuit Iginus & Protarchus Trallianus, vt author

B est Macrobius in primo Saturnalium, vbi ait: Cunque Ianus signaret æra, habuit in honore memoriam Saturni. Mons quoq; maritimus huic vrbi proximus, etiã mõs Volcentarius dicitur, quanuis nautæ siue per interpretationem, siue per corruptionem proferant mons Argentarius.

Volaterra. Tertia vrbs est Volaterræ. Ater vt Samuel dicebat, Scythica olim lingua, latam plateam ante exitum domus significat. Ergo quia hoc est vti atrium; quod à Thuscis primum venit, vt author est Varro de lingua

Atriani. Latina, argumentum est, Atrianos Thuscos esse Vo-

C laterranos.i. priscos Atrianos. Quare vrbs est prima

Prisci. Atriorum inuentrix, & à cuius colonia Atriaticum

Volaterrani. mare prius dictum fuit & inclyta Persio vate. Quarta vrbs Luna, sic dicta ab insigni, vt exposuimus alibi, dicente Martiale: Caseus Etruscæ signatus imagine Lunæ. Verum vt ait Cato per interpretationem Latinam Luna dicitur, sicut Græcè Selene, vt Strabo in quinto dicit. Nam Sago Etrusco vocabulo Cariara dicitur, nunc

Luna. corruptè Carrara. Est enim Car teste Hieronymo vrbs,

Car. et Iara luna. Hinc Cariara est vrbs Luna nunc deserta;

D non procul Macra, vltimo limite Etruriæ sicut Phregene

Cariara. non procul primo limite Tyberi. Cæterum vt ait Cato, circa Arnum duas colonias ex duedecim primis posuit. Alteram Phesulas quasi Phesulai, alteram Aryn Ianam. Forte ad Arnum aliquis collis vel tumulus est vbi colonias Ianum Aryn, id est, sublime Iani oppidum posuit. Et fortè inueniretur si quis spectet non procul transitu Arni, quẽ ætas ista pontẽ Aryn Ianũ vocat. Hi sunt Fluentini præterfluenti Arno appositi, nunc Florentini.

Vrbs

Vrbs quidem Florentia noua est, sed gens Ianigena vetustissima, vna ex primis duodecim coloniis Iani, ex quibus vna pars vici Thusci Arniensis Romæ condita fuit, vt exposuimus super Fabium Pictorem. Phese autē transcensus est, & Vlai palus, vt Samuel noster exposuit, & & diuus Hieronymus libro de interpretationibus consentit. Hinc Phesulai prolatione Aramea & Phesulæ prolatione Romana est transcensus à paludibus. Subiacens enim planities paludosa erat à Iani ætate vsque ad Herculem Ægyptium, qui omnes paludes retorsit in vnum alueum, cui cognomentum suum Arnum indidit, vt in commentariis Berosianis exposuimus. Vrbs nunc diruta est, & sociis Aryn Ianis, nunc Florentinis adiecta. Porro quatuor alias colonias et. 12. vltimas posuit inter Arnum & regium fanum Volturnæ. Vnam Ogygianum à suo cognomine posuit. Nam Ianus Ogygius patria Phœnice fuit, vt Berosus significat, & Xenophō de æquiuocis dicit. Et hoc significauit Solinus cum de primo diluuio scribit, quòd primum diluuium notatum fuit sub Ogyge, à quo ad Deucalionem interfluxerunt anni. 700. vt etiam in commentariis Xenophontis exposuimus. Est regio Ogygiana, inter Senas & Aretium, in qua posteri ædificatum oppidum Ogygianum dicunt, vulgò verò Gygianum truncata prima syllaba de more Thusco, vt ostēdimus in quæstionibus Anniis. Alteram coloniam à cognomine vxoris suæ Vestæ Ianus vocauit Aretium, vt ait Cato. Sane sciendum est, ante omnem linguam Latinam fuisse supradicta nomina vrbium. 12. Et ideo qui Latinè putant dicta falluntur nimis, sicut qui Phesulas, Fiã, Sola, & Aretium ab aris vel aratura vel ab ariditate exponunt. Hæc enim nomina ante Latinam linguam ab Etruscis indita sunt Arameæ originis. Et vt ait Berosus Vestam Iani vxorem, Aretiam dixerunt, id est, terram. Eadem enim est Vesta & Terra cognomine apud Latinos, sicut apud Arameos Iabit & Aretia siue Horchia, vt super Berosum ostendimus. Et ideo vnam ex duodecim primis coloniis Aretium ab vxore Ianus cognominauit. Rusellæ turrim & magis propugnaculum significat deriuationemq; habet à Ros, vt diuus Hieronymus

A Florentia. Phesulai. B Ogygianū. C Aretium. D Aretia. Rusellæ.

A *videtur significare libro interpretationum. Est etiam dirutum oppidum iuxta Thermas sancti Philippi, & Rosellæ vulgò dicuntur. Vltima colonia, Volsina, id est, prisca Sina, id est, assessoria, vt Samuel exponebat. Fortè assidebant primi apud Ianũ & duodecim Lucumones. Vnde cum regia Volturrhena cognomine Etruria, in eadem parte connumerata fuit, dicente Plinio in.3. natural. hist. cap.6. Volturrheni, inquit, cognomine Etrusci in eadem parte Volsinienses. Hæc inquit Cato est prisca Italiæ origo, angustissima quidem numero hominum, sed splendidissima, tempore & genitoribus diis vetustissimis, & non aduenis nouitiunculis Græcis. Sequitur aliud fragmentum de nominibus Italiæ his verbis:*

Volsina.

B

ITalia complura à diis & ducibus sortita fuit nomina, à Iano quidem Ianicula, quem quidam Oenotrium dictum existimãt, quia inuenit vinum & far, Camesena à Camese, &

C à Saturno Saturnia, Saleumbrona quoque à gentilibus. Durauit Saturnia nomen totidem fermè annis quot ante aurea ætas vsq; ad Apim, deorum Italiæ vltimum, vt Antiochus Syracusanus scribit, à quo Apenina quã Taurinam idem interpretatur, etsi Græci de more quidam à bobus Herculis, vel quos opimos gignit Italia, vt ait Hellanicus, aut à vitulo

D egresso, vt Herodotus vel quidam Græci boues vocant Italos, vt fabulator Timæus dictam existiment, inde à duobus fratribus altero Hesperia, altero Italia postremũ nomen retinuit. His nominibus principio nũcupata fuit Italia circa Tyberim, vt qui inter oẽs Italiæ

amnes,

amnes, in omnium deorum & principum tute la esset, atq; imperij totius ex his communis sedes, à quo in principio & origine ipsa Italiæ, Albula nomen à Ianigenis habuit. Diuiditur autem in Apeninos montes, & Cisapeninam & Transapeninam Italiam. A

A Tyberi inchoanda est expositio, quia per eam videbitur intentio Catonis contra Græcos in hoc fragmēto. Ianus primus omnium in Vaticanum & Ianiculū venit, vt omnes concedunt, quem & antiquissimum omniū geniorum & deorum Italiæ volunt, dicente nostro Aquinate Iuuenale in Satyra. Dic mihi nunc quæso dic antiquissime diuum, Respondes his Iane pater? Vnde veteres Salij sacerdotes carminibus suis Ianum celebrant, deum deorum & patrem, vt author est Macrobius in Saturnalibus. Berosus quoque omnium deorum maiorum & minorum atque hominum consutum, & patrem asserit. Cameses & Saturnus rate Thuscum venerunt in amnem ad eundem Ianum, vti Berosus, Trallianus, Iginus, & Macrobius in primo Saturnalium, & Ouidius in primo de Fastis asserunt. Cranam filiam suam deam circa ripas Tyberis, deam Helernam Ianus fecit, vt testantur Berosus in quinto & Ouidius in sexto de Fastis. Ita ab initio quatuor dij maximi ad eūdem locum Tyberis con uenerunt, Ianus, Cameses, Saturnus, & Crana. Apis quoque qui Taurus ab Antiocho interpretatur, iuxta Tyberim venit, & à se Italiam Apeninam, id est, Taurinam dixit, vt hoc loci Cato significat. Hesperus quoq; Vetulonie regnauit haud procul à Tyberi, & in Auentini parte Tyberina Italus Capenam condidit, vt Fabius Pictor & alij scribunt. Ex his hoc fit à Catone argumentū: Omnes duces qui genuerunt Italiam cœperunt circa Tyberim, in cuius regione vltro citroque cœpta est Italia. Nam in quorum tutela locus est, in eo dij Genij genuerunt Italiam. Quare amnis Tyberis attingens Hetruriam & Latium, est solus locus in tutela deorum

B

Ianus primus deorū

C

Cameses.

Apis.

D

Genio-

A Geniorum Italiæ. Sed enim nullus horum deorum reperitur Græcus. Non igitur Italia à Græcis spurcum exordium habet, sed à splendidissimo sanguine diuum & deorum. Ianus enim & Cameses & filia eius Crana, atq; Saturnus, non fuerunt Græci sed Aramei, vt tam Berosus quàm Latini concedunt, & nos super Sempronium atq; Fabium Pictorem declarauimus. Item Apis Ægyptius, cognomine Iuppiter iustus, Dionysius fuit, nomine autem Osiris, qui in Italia triumphauit de gigantibus, vt clarissime probauimus super Berosum. Item Hesperus et B Atlas Italus à quo Italia nomina sumpsit fuêre externi à Græcis. Quare nullus Græcus fuit origo Italiæ, licet opici & spurci Græci aduenæ benignitate Italica ad habitandum aliquanti admissi. Hanc puto mentem esse Catonis, quia quicquid de origine Italiæ scripsit contra insanas improperationes Græcorum retulit. Nunc singula Catonis dicta ponderanda sunt. Ianum quidã volunt fuisse Oenotrium quia vinum & far primus docuit, & ob id teste Fabio Pictore in omni sacrificio ipsi far cum mi- C ca salis offerebatur & vinum libabatur. Quod congruit ei, quod Ouidius in primo Fastorum dicit, quærens: Mox ego, cur, quamuis in aliorũ numina placent, Iane tibi primum thura merumq; fero? Et superius: Inde, inquit, vocor Ianus, cui cum cereale sacerdos Imponit libum farraq; mixta sale. De triplici verò Oenotria & Oenotriis tribus, dictum est satis in commentariis super Myrsilũ, & similiter de Vmbrona. De Camesena quoq; & Saturnia, super Sempronium & Fabium Pictorem traditum est ad longum. Et non minus de Hespero & Italo. De Api & Osiride, & quòd ab eo fuerat dicta Italia Apenina siue Taurina, exactissime scripsimus in commẽtariis D Berosianis. Quod verò ait, Græcos de more contrariari Antiocho Syracusano, ad id retulit quod ad Marcum filium scripsit, Græcos esse genus nequissimum & indocile. Nequissimum quidem quia omnibus inuidens cunctos aliorum splendores ad se trahere, & à propriis gentibus excludere ac nebulas mendaciorum inicere student. Indocile vero, quia nunquam antiquioribus de antiquitatibus credunt. Vnde teste Dionysio Halicarnasseo in primo

Contra Græcos.

Ianus Oenotrius.

Græci genus nequissimum et indocile, hircinum et fœtidum.

A mo lib Antiochus Syracusanus est si quis alius antiquissimus historicus. Et vt in eodem libro dicit, quamuis alij dicant Italiam dictam Taurinam à bobus, Antiochus tamen scribit à duce ipso dictam Taurinam, mox vt desiit dici Saturnia. Et tamen iuniores fabulatores à bobus dictam somniant, quasi nos ignoremus exponere, cur Græcia & Peloponessus dicta fuerit antiquitus Ægialea, id est, Hircina quia opimos hircos gignit, & quia genus hominum est spurcum, fœtidum & hircinum, & quia Itali Græcos vocant Hircos. Et tamen sicut mihi non est iuniori credendū de antiquitatibus, sed vetustioribus histo-B ricis, ita neq; iunioribus fabulatoribus Hellanico, Herodoto, & Timæo, sed antiquissimo Antiocho de antiquissimo Italiæ cognomine Apenino siue Taurino creditur: Quare quoniā Apteras vetustissimus Græcorū Saturnus, impius, ferreus, qui patrē castrauit, filios interemit, fratribus bella & ferrū intulit, longe post Apim imò & aureū sæculū fuit annis fermè. 600. si à Nino vsq; ad ipsum in Eusebio numeres, consequēs necessario est, vt præclare mētiantur quidam Græculos secuti, qui Græcū Saturnū venisse ad Ianū aureo sæculo scribunt, vt copiose C probauimus in cōmentariis Sēpronianis Fabianis & Berosianis, in quibus & mēdaces Græcos ostendimus, dicentes Italiam & Hispaniam Hesperias dictas à sydere quā à duce Hespero sunt cognominatæ. Hoc pacto refelluntur, qui à Pœno duce Annibale putant Italiam dictam Apenninam, id est, Taurinam, quæ teste Antiocho & astipulatore Catone, ab ipso duce Api fuit sic dicta quum desiit dici Saturnia post aureum sæculum annis ferè. 250 Tot enim durauit aureum sæculum & Saturnia nomē, vt Cato insinuat, & Berosus supputat à morte Saturni iusti aurei & pij, vsq; ad triumphum Apis in Italia. A D quo vsq; ad Annibalem colliguntur anni mille ducenti & amplius, vt in emendata nostra Chronographia numerantur. Quare mille ac ducentis annis & amplius ante Pœnum Annibalem Italia dicta est Apenina. Præbet his errorem transitus Annibalis in introitu Italiæ qui Pœnus ab Annibale dicitur, de quo monte Iuuenalis in Satyra; Et montem, inquit, fregit aceto. Quòd vero ait

Saturnus Apteras. et eius scelera.

Ita-

Italiam diuidi in tres partes, videlicet in montes Apeni-
A nos qui diuidunt mediam longitudinem Italiæ. Et item in Italiam Cisapeninam ad inferum mare, & Transapeninam ad superum pelagus Atriaticum. Eandem diuisionem insinuat Liuius in. 5. ab vrbe condita, vbi de origine & amplitudine imperij Thuscorum scribit. Et item Sempronius expressit, cuius commentaria confecimus.

Albula Tybris. Postremo de nomine Tyberis Prisco Albula dicendum est. Et primo quot nominibus appellatus est. Secundo à quibus cognomenta accepit. Tertio quādo. Quarto quid
B significet Albula. Quinto quid sit ei dextrū & sinistrum quia supra dixit ipse & Fabius quòd Ianus ad Leuā Tyberis tenuit Hetruriam. Ad primam respondet Plinius in. 3. naturalis hist. cap. 6. Tyberis, inquit, antea Tybris appellatus, sed prius Albula. Et Verg. in. 8. Æneid. ait: Tum reges, asperque immani corpore Tybris, A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim Diximus amisit verum vetus Albula nomen. Tribus igitur nominibus insignis fuit. Albula, Tybri & Tyberi. Ad secundum dico quòd Tyberis dictus est à Tyberino rege Albanorum,
C vt dicit Liuius in primo ab vrbe condita, & Ouidius in secundo de Fastis confirmat dicens:

Albula quem Tyberim mersus Tyberinus in vndis
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.

Et in decimoquarto Metamorphoseos ait: Sed Capis ante fuit, regnum Tyberinus ab illis Cœpit, & in Thusci demersus fluminis vndis Nomina fecit aquæ. Tybris verò dictus est à cognomine Tyberis regis Thuscorum, vt Vergilius significauit & nos in trigesimaquarta quæstione Annia demonstrauimus. Sed Albula deriuationem habet ab Alba Iani, de qua Ouid. in sexto de Fastis ait:

Tybris Albula

Sic fatus (scilicet Ianus) & virgā qua stryges pellere pos-
D set A foribus noxas (hæc erat Alba) dedit. & Berosus in quinto antiquitatū: Ianus, inquit, Aboriginibus filiā suam Cranam creauit reginam, eique sceptrum cum Alba dedit. Et boc est quod Cato significauit & Vergilius, quòd verum & vetus nomen Tyberis fuit sub Ianigenis Albula, scilicet ab Alba Iani. Ad tertium verò quæsitū respondetur, quòd Tyberinus rex Albanorum qui ab

Ænea fuit decimus, submersus periit in Tyberi, & ei vltimus nomen dedit, ante vrbem Romam conditam annis tribus & sexaginta supra centum, vt Eusebius de temporibus consentiens Latinæ historiæ supputat. Tyberinus vero fuit quē Pelasgi cognominauerūt Tyberim tēpore Thesei regis Athenienſiū. Cuius inuincibile argumentū est, quia Mãto fatidica seruiuit sub Theseo & Cleonte, & fugiens nauigauit in Thusciam ad Tyberinum regē, à quo grauida peperit Ocnū conditorē Mantuæ, vt omnes tã Latini q̃ Græci consentiunt. Quare eodem tempore Theseus Athenis & Tyberinus in Thuscia regnabant, & ab vno ad alterum adnauigauit fatidica Mãto. Vt autem Euseb. notat de temporibus Theseus regnauit sub Priamo. Igitur ante Troiæ excidiū regnauerunt simul apud Troiam Priamus, apud Athenas Theseus, & apud Fanū Volturnæ Larthes Tyberinus, ante Mezentium Agillinū, vt etiā notat Manethon in supplemento Berosi. Quare penultimū nomen Tyberis inditū fuit Albulæ ante ruinas Troiæ sub Priamo, anteq; vrbem cōditam annis. 450. & amplius quãdo non extabat lingua Latina. Et multominus ante Troiã conditã extabat lingua Latina, quando vetus verum & priscum nomen Albula erat. Quod etiam sic patet. Duo alia cognomina tenuit Albula antequã sub Tybri nomen Albula amitteret. Primum fuit Lydus à Lydia gente bello præclara, quæ teste Vergilio quondam iugis insedit Hetruscis, id est, Volturrhenis vicinis Tyberi, quoniam vt ait Plinius in tertio naturalis historiæ cap. sexto. Volturrheni circa Volsinium sunt cognomine Hetrusci. Etenim à fontibus Tyberis vsque ad finem primæ medietatis septentrionalis, Turrhenus Mæon consedit, & Lydas. XII. colonias posuit, vt Herodotus scribit, & Myrsilus repetit, & Dionysius Halicarnasseus in primo libro breuibus refert. Porrò Mæones venerunt tempore quo Dardanus interempto fratre suo Iasio, fugit in Phrygiam, vt author est Berosus in fine antiquitatum. Quare ante Troiam conditam Albula cœpit cognominari Lydus annis à gente eius accola, quali nomine quandoq; Vergilius & poetæ illū nominãt. Sed frequentiore cognomine Tusco, vt in superioribus

A

Tyberinus.

Manto.

Mantua cōditur ab Ocno.

B

C

Lydus.

D

versi

versibus Ouidius & Vergilius. viii. Æneidos. Et Marti-
A alis lib. 4. Epigrammatum: Hesperias, inquit, Tusco lauit
Tuscus in amne boues. Quidam dicunt Thuscum dictum, quia
amnis. oritur in Hetruria. Sed eadem ratione diceretur Umbro, quia oritur in Umbria. Et ideo sumenda est ratio à Fabio Pictore sic dicente. Tyberis limes imperij Volturrheni inter veteres Ianum & Saturnum, quia principe illius vrbe Volturrhena dictus est per syncopam Volturnus, & ob id Tuscus non Latinus. Sunt ergo duo cognomina à regia Volturrhena, id est, antiqua Turrhena indita Ty-
B beri, videlicet per syncopã Volturnus, sine syncopa Turrhenus & Tuscus. Hinc Varro in primo de lingua Latina: Tyberis, inquit, vt quod caput extra Latium Volturnus non spectat ad linguam Latinam, etiam si transit in vsum Latinæ linguæ. Nam Volturrhena & Turrhena sine syncopa, aut cum syncopa Volturna & Turna, vt est extra Latium caput imperij Thusci, est originis Hetruscæ & Arameæ, vt probauimus in quæstionibus Anniis. Ita non debent scribi cum aspiratione Turrhenus, Volturrhenus & Thuscus, quia Tusca est pars ciuitatis
C regiæ, vt in eisdem quæstionibus ostendimus. Hinc sine aspiratione scribendum est in septimo Æneidos vbi dicitur: Turrenoq; boues in flumine lauit Iberas. Etenim ante omnem linguam Latinam & Græcam sub Iano fuit nomen Turrenum, & sub Hercule Ægyptio Tuscum, vti copiose probauimus in quæstionibus dictis, & super
Tyberis Myrsilum. Itaque nomina & cognomina Tyberis fuerũt
nomina. Tybris sub Priamo, Tyberis sub rege Albano, Lydus sub Turrheno Maone, Thuscus sub Thusco rege filio Herculis Ægyptij. Sub Iano & Saturno Volturrhenus ab vrbe regia. Restat de prisco omnium nomine Albula,
D quid significet & vnde sit nominis origo, quod fuit quarto loco quæsitum. Ad quod respondet quidam quòd Ty-
Albula. beris dictus fuit Albula, à colore albo. Sed falsitas huius apparet ex duobus. Primo ex proprio epitheto, de quo Seruius super 7. Æneidos: Proprium, inquit, epithetum Tyberini coloris est flauum esse, vt ibi Vergilius dixit: Et multa flauus arena. Et Horatius in Oda: Vidimus flauum Tyberim retortis Littore Etrusco violenter vndis

ire

stre deiectum. Et Ouidius in.14. Metamorphoseos: In ma re cum fulua prorumpit Tybris arena. Secundo apparet falsum, quia non extabat lingua Latina, cum Albula nomen accepit sub Iano, vt exposuimus, & hoc loci Cato insinuat. Ergo Albula nomen accepit compositum ab vla & Alba sceptro Iani. Pro quo sciendum est de his tribus uocabulis, Alba, ula & ulai. Alba quidem est nomẽ compositum ab al quod est commixtio, vt diuus Hieronymus perhibet. Eban vero vt noster Talmudista Samuel dicebat, differt ab Ebal. Ebal enim, vt dicebat, & Hieronymus consentit, est aceruus lapidum. Eban verò est aceruus ex virgis & ferro. Vnde si quis commisceret lapides & fasciculum faceret, diceretur Alebal, siue per syncopam Albal. Si vero fit fascis vnus ex flagello & ferro cõmixtus, dicitur Aleban, & per syncopam Alban, à qua vrbs regia priscæ Scythiæ iuxta Araxem dicitur Albina, & ei hærens prouincia Albania, & ager Iani regius in duas regiones diuisus, nomina prisca tenet Ry Ianus & Albi Ianus, à quo Albula Tyberis. Ergo sceptrum Iani quod dedit Cranæ erat Alba, vt Berosus scribit, et Ouidius testatur. Alba vero est fascis commixtus virgis et ferro. Sunt enim fasces, quibus singulis virgis ad flagellandum sunt inclusæ singulæ secures ad percutiendum, quas primus more Scythico Ianus instituit ad terrẽdum noxios, ne turbarent aureum sæculum Vnde et Ouidius hoc significauit dum dixit quòd Ianus dedit Cranæ virgam quæ erat Alba, id est, fascis, qua Striges pellere posset à foribus noxas. Et has primus instituit Ianus, vt ait Cato, et dedit. XII primis coloniis ad cõtinendum rudes, vt ait Fabius Pictor. Dedit autẽ in regia cuius pars dicitur Vetulonia, dicente Sillio in. VIII. de ea:

A

Ebal.

Eban.

B

C

Alba.

Bis senas prima illa dedit præcedere fasces.
Et iunxit totidem tacito terrore secures.

D

Quemlibet enim regem Lucumonem antecedebat suus lictor ferens fascem virgarum ac securim, vt ait Dionysius Halicarnasseus in. VII. libro. Sunt ergo antiquitus fasces, sicut nunc corona et sceptrum, insignia iusti imperij et sæpe Alba siue fasces ponuntur in auctoribus pro ipso imperio, et imperiali re, vti est illud Horatij in Oda:

A *Te sæpe & albo Vare fides colit velata panno. Albus, id est, imperialis toga, pānus Etrusca lingua dicebatur, qua solum velari digni erant fideles duces & sacerdotes religiosi, vnde apud Araxem fluuium, vbi teste Diodoro consedit principio genus humanum Sagum, & ibi vrbs regia condita dicta fuit Saga Albina, & per syncopam vt* Sagalbina *Ptolemæus scribit Sagalbina, id est, Saga imperialis Primaq; huic finitima colonia & prouincia Alba & Albania Scythico vocabulo etiam à Ptolemæo & Geographis describitur, quòd primæ à Sagalbina coloniæ imperiales* B *illo missæ fuerūt. Quare non mirū si regio vbi consedit Ianus omniū pater & rex, dicta sit Alba Iana, siue de more cōpositionis per syncopā Albiana. i. imperiū Iani & imperialis regio Iana. Extant argumenta nominis tam regis quàm imperij Nā vbi regia est Iani Volturna, adhuc Ry Iana et Rylanēsis dicitur. i. regia Iani Ry enim regis vocabulū est, vt in Anniis quæst. diximus. Altera autē huius regionis pars quæ à Ferētino oppido vergit in Tyberim Albiana dicebatur, à qua fluentum quo in Tyberim mergitur, vsq; ad hanc ætatē Albianū dicitur, quod etiā* C *hærentē Tyberi planitiē Vmbriæ cognominat Albianū. Vnde non mirū si Tyberim Ianigenæ à principe vrbe regia Volturnum, & à fascibus Albulam, id est, imperiale* Vlai. *fluentum denominauerunt, quia vlai est palus, vla verò* Inuectio turpissima contra Græcos. *fluentum Et hoc est quod Cato intendit contra Græcos, quòd nō fuit curæ diis, vt spurci ac nouitij Græci essent primi cultores Italiæ, quia ipsi dij & principes primi aureo sæculo & deinceps elegerunt regionem Tyberinam & eius fluentum, tanquā communem arcem & sedē imperij deorū & non Græcorū, & noīa sua locis, fluēto, &* D *gentibus Italiæ indiderunt, vt esset firmū argumetū atq; æternum, quòd gens Itala orta sit antiquissimo tēpore à diis principibus orbis, & non à Græculis nouitiis in tota rerum natura, vt Iosephus vocat eos in lib. contra Appionem grammaticum. Nam Græci fuerunt post conditam Troiā rudes quidā Aborigines, quorū incerta est origo, qui pulsis Ianigenis eā incoluerūt, dicente Strab in Geographia Græciæ, quòd eā antea coluerunt Barbari. Et argumentū esse ait, quòd apud eos multa barbara nomina*

manent

manẽt. Et ob id suã originẽ nesciunt, & deos à Phœnicibus, Ægyptiis, et Illyricis mutuati, suos fecerũt Cælum, Hercules, Saturnos, Iones et eiusmodi, primusq; oĩm qui origines & formas & ritus Græcorũ esse præclare mentitus fuit Homerus, qui fuit heri ac nuper, vt ait Herod. in. 2. libro, & Iosephus contra Appionem grammaticũ. A

Fragmentum de Histria & Alpibus Italiæ.

ALpes omnes Italiæ colonias fuisse Thuscorum incolæ asserunt, & ab ipsis vel ducibus vel capitibus originum, nomina gentibus & locis indita, vt Rhetij à Rheto rege Lydorum, & Veronenses à Vera Colonia Thusca, Comenses à Fani regiis Turrenis à quibus vallis Volturrena, & Osci à quibus Oscella. Histria quoq; à duce misso à Iano nomen retinet. At Græcorum quidam scribũt dictum ab Istro amne cognomine Danubio, cui Danæ gentes accolæ nomen impressere, fabulanturq; ramum ex eo in Histriam effluere, inq; Hadriaticum mergi. Fingunt alij argonauim in Histriam primum ab Istro è montibus humeris vectam, & in Hadriaticum demissam, videlicet tanta est in mentiendo Græcorum vanitas simul & leuitas, vt ab Histri ostiis ad eius fontes immensa gentium spatia transuolauerint, & amnes etiam obstantes tranarint, & humeris ea conuecta cõnauigarint, vt etiam in Italia mentiendi sibi loca inueniant. Nescio argonaui ne Græci aquas an argonauis humeris montes nauigarit. B C D

A Iam superius ex Liuio sciuimus Thuscos prius inhabitasse terras duodenis vrbibus cis Apeninum ad inferum mare, postea trans Apeninum missis coloniis tenuisse omnia trans Padum loca, et ipsas alpes Italiæ vsque Rhetios. Sempronius verò etiam Cispadanam totam Italiam scribit deductam à Thusciæ Larthibus Bianoro et Felsino. Ibi quæcunque Cato hic scribit, clarius digesta leges. Sed quòd hic ait Histriam à duce Ianigeno dictam, vtiq; à Beroso Chaldæo qui in precio à Romanis fuit habitus excerpsit, qui in. v. antiquitatũ sic ait: Anno Saturni Babylonici patris Beli. xxvii. Tuyscon Sarmatas maximos populos fundauit, & Mesa cum filiis Istri priscos Mesios posuit, ab Adula monte vsq; Ponticam Mesemberiam. Eos missos fuisse à Iano ex Scythia non Italia superius scribit, de quibus in commentariis Berosianis copiose scripsimus. De Danubio vero qui & Ister, Plin. in 4. naturalis historiæ cap. 13. Ister, inquit, ortus in Germaniæ iugis montis Arnotæ ex aduerso Rauci oppidi Galliæ, multis vltra Alpes milibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine immenso aquarum auctu, vbi primum Illyricum alluit Ister appellatur, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabilis, in pontum vastis sex fluminibus euoluitur. Ex his patet quòd ab Istro fluuio non dicitur Ister Histria, quia non dicitur Ister amnis, nisi remotissimus ab Italia vbi Illyricum alluit, vt dicit Plinius. Ergo à capite aliquo originis dicto Histro & misso à Iano tum prouidenti Italiæ, vt Cato insinuat, nomen accepit Histria. Item lib. 3. cap. 19. Istriam, inquit, cognominatam à flumine Istro in Hadriã effluente à Danubio amne, eodemque Istro, ex aduerso Padi fauces contrario eorum percussu, mari interiecto dulcescente, plerique dixere falso, & Nepos Cornelius etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Hadriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniã Argonauis flumine in mare Hadriaticum descẽdit, nec procul Tergeste. Nec iam constat quo flumine, humeris tra uectam Alpes, diligentiores tradunt subisse Istro, & capite sequente: Pola, inquit, nũc Iulia, quondam à Colchis condita. Ergo à Scythis, vt Cato & Berosus indicant.

Margin: B (beside "ni Babylonici"); Ister. (beside "4. naturalis historiæ"); Danubium (beside "gentes Danubij"); C (beside "primum Illyricum"); Histria. (beside "quòd ab Istro"); D (beside "Padi fauces").

Fra-

Fragmentum de regione Venetiarum. A

VEnetia est omnis ora circum sinum maris post Histriam vsque ostia Padi. Quibusdam placet à Tylauento illos exordiri. Nam Taurisanos Persæ gentem ab Api duce conditam asserunt. Venetis cunctis prima origo Phaëtontea est, quæ Græcis occasionem mentiendi de Phaëtonte & Erida no præbuit. Posterius mixta his nobilis stirps Troiana, à quibus Patauium suo conditore inclytum. B

De ora Italiæ Veneta plura etiam Sempronius dicit. Phaëtō verò pater Lyguris non fuit Græcus, sed qui ab Ægypto in Atticam, & ab Attica in Italiam primas colonias transportauit ante Oenotrium & omnes Græcos, vt Cato significabit in his fragmentis. Contra quod dictum Catonis obstrepit in primo libro, Dionysius Halicarnasseus, dicens Catonem similia fabulis texere. Sed iā Cato respōdit: Vincam, inquit, Græcorum nequissimum & indocile genus, qui literis suis omnia corrumpunt, pudetq; mutuari à Græcis rationem Italiæ vt ait Plinius. De hoc Phaëtonte ample tradit Berosius, quem Cato sequitur, & nos in eius cōmentariis exposuimus. Itaq; lōge ante Phaëton in Lyguria & vsque Tylauentum colonias posuit, etsi paucas ante Troiam conditam. Post Troiam verò euersam Antenor & Troiani quidam in Venetias migrauerunt, & ideo Cato dicit quòd post mixta est illis Troiana nobilis proles. Vnde in tertio libro naturalis historiæ, cap. vigesimo. Plinius: Venetos, inquit, Troiana stirpe ortos, author est Cato. Non desunt qui ab Enetis Asiæ putent. Berosius verò à duce Phaëtōteo Eridano circa Padum positas colonias asserit, & ab aliis posteris Phaëtontis Eneto, Tyla, & Vento, Venetos omnes, à cuius regione postea Venetiæ vrbs clarissima nomen accepit, sicut ab agro veteri Ogygiano, castrum ibi postea

Phaëton. C D Veneti.

II 3 condi-

A *conditum Ogygianum inter Senas & Aretium dicitur, & Vetuloniæ fons nouus Sipalis, à Sipali vico Cybelis nomen posterius habuit. Quæ verò Græci mentiuntur de Phaëtōte & Eridano, scripsimus in cōmentariis Berosi*

Sequitur fragmentum Catonis, hoc prænotato, quòd

Taurisci. *Taurisci sunt Norici, vt Plinius notat in tertio naturalis historiæ cap. vigesimoprimo, qui prius Carnos, & hi Taurisci ab Api, id est, Tauro nominari, qui eo ad fontes Istri vicinos venerat, vt Diodorus dicit in primo lib. esse scriptum in columna Osiridis Iouis iusti, qui & Apis*

B *& ab eo loco vocatus est ab Italis contra gigantes, quibus bellum per totum orbem indixerat, vt notat Berosus in quinto antiquitatum. Et Diodorus in sexto asserit, dicens Ioui iusto fuisse patrem impium, & ipsum omnibus facinorosis & impiis per totum orbem indixisse bellum, & vti Macedones circa Palenen in Macedonia illum iuuerunt, ita Itali ipsi affuerunt in campo Phlegræo, quem posteri Cymeum dixerunt: & ob id consensu totius*

Iuppiter iustus. *orbis, Iouis iusti Saluatoris cognomina promeruit Itaq; à fontibus Istri & Noricis Apis Osiridis Iuppiter iustus*

C *in Italia triumphauit, & à se Apeninam dixit, vt Berosus scribit, & Antiochus atque Cato testantur, & Diodorus quasi per protocollum astipulatur. Sunt Osiridis vestigia multa in Vetulonia, nedum in tota Italia. Ab his Noricis Osirianis Taurisanis condita est vrbs clara Taurisium, vt nomen arguit, quam corruptè proferunt Triuisium. Nunc sequitur fragmentum Catonis de Transpadana Gallia, ita dicentis:*

D *OMnia sub alpibus Transpadana loca prisci conuenæ Thusci missis coloniis tenuere, ab hisq; multa loca nomina retinet. Plura deleuerūt Galli, qui primi Arunte Clusino duce alpes transcenderunt, & sensim ab omni Gallia Cisalpina Hetruriam pepulere, ab hisq; nomen sortita retinet Gallia Cisalpi*

ſalpina, qua Mantua ſuo conditore Ocno Bia noro & Thuſcorum rege illuſtris. Penetrauere trans alpes Boij; Senones, Inſubres, & aliæ Galliæ tranſalpinæ gentes. Gallia Ciſpadana olim Bianora à victore Ocno, poſtea Felſina dicta vſq; Rauennam, nunc Gallia Aurelia & Æmilia à Romanis ducibus nomen habet. A

Princeps Metropolis Felſina primum à rege Thuſco conditore. Inde à ſucceſſore Bono Tu ſcanienſi Bononia dicta, Spiretum Padi oſtium à Pelaſgis conditoribus Spira dictum, & à Diomede inſtauratũ. Nouaria ante ab Her culis Ægyptij nomine Libya, & à cognomine Aria Ægyptio vocabulo Leonina, ſed à Lyguribus inſtaurata, Nouaria dicta eſt. Olanũ ante ab Thuſcorum duce, qui cum Orobiis Coloniis ibi primus inſedit, quorum origo incerta vti Comi, Bergomi Lycinofori, & aliquot circa populorum, inde ab Inſubrium principe nomine Medo adaucta Mediolanum nomen ſeruat. B C

Padus ante à duce Coloniarum Eridanus, ſed à profunditate Botigon ab Hetruſcis & Botigum à Lyguribus, & à circa arbore Picea, Gallicè Padus nuncupatur. Poſt Padi oſtia Rauẽna, Sabina ſtirps. Interiit Saga oppidum Hetruſcorũ, vti & Atria: à quo mare Atriaticũ, quod nunc Hadriaticũ. Gallia flaminia à Rauenna ad Ariminum, à comitibus D

A *Herculis conditum, à quo cognominantur. Ab eo ad Anconam Senegallia à Senonibus dicta pulsis Hetruscis, nunc Gallia Togata.*

Fragmentum paruum.

Ancona prius Picena vocabulo Hetrusco simul & Aboriginum dicta.

Veteres Galli. *De Transpadana regione diximus in commentariis Sempronianis. Veteres Galli Italiæ, & primi Galli qui transcenderunt Alpes Italiæ, & primi Galli qui superato Apenino venerunt in Thusciam & cremauerunt vr-*
B *bem Romam, differunt. Veteres enim Galli ab inundatione dicti fuerunt Ianus & Ianigenæ patres primæ & antiquissimæ prolis Italiæ Vmbrorum ante Ninum, aurea prima ætate, quæ fata est post diluuiũ vti exposuimus* *Gallorũ in Italiam traiectio.* *pluries. Hi fuerunt ante vrbem crematam fermè duobus millibus annorum, vt in emendata Chronographia patebit. Galli vero primi qui transcenderunt Alpes Italiæ* *Galli qui et Frãcigenæ.* *à Galathe filio Herculis dicti, sunt Celtæ, quos vulgò Francigenas dicimus. Venerunt autem in Italiam teste Liuio in quinto ab vrbe condita, illecti dulcedine vini ab Arunte Clusino, in vltionem stupratæ à Lucumone tum*
C *potente vxoris, anno ante crematam vrbem. CC tempore Tarquinij prisci, & post aureum sæculum paulominus mille quingentis annis. Hi transcensis Alpibus sensim, à Transpadana regione primum pepulerunt Thuscos ab imperio, deinde à Cispadana, donec Rhetus ab eis pulsus etiam à Cispadana coactus est ducere Colonias Thuscas in Rhetios, vt omnes historici consentiunt. Ita ob stuprum vnius fœmellæ, perditum est imperium Thuscorum in tota Gallia Cisalpina, ab eis sic dicta, & tandem à Longbardis victoribus Longbardia, & per syn-*
D *copam Lombardia. Sunt autem Longbardi Germani, vt patet in Ptolemæo. Galli vero qui occupauerunt imperium Thuscorũ in Alpibus & tota Lombardia ab eis Gallia Cisalpina dicta, fuerũt Boij, Insubres, & Senones, qui multis oppidis mutauerunt nomina. Ergo origo totius Italiæ Transapeninæ quæ vulgò Lombardia dicitur*

etiam

etiam vsq; Anconam, non est Græca sed Thusca et Phaëtontea mixta cum aliquot ex finitimis Gallis, et Germanis. Ex Græcis verò, qui dicentur. Nam Venetiis mixta proles Troiana Tuscæ originis est à Dardano Thusco. Particulares verò vrbes sunt hæ. Mantua à Larthe Thusco Transpadana metropolis Hetruscorum Transpadanorum sola reliqua. Et in Cispadana vrbs Bononia, Felsina dicta cum esset princeps Hetruriæ Cispadanæ, vt Plinius notat in.3.naturalis historiæ, cap.16.et vigesimo. Mediolanum, ex quo nomen vtriusq; ducis retinuit, argumentum est, non armis, sed communi concordia & socijs armis, ibi à Thuscis & Gallis imperatum esse. Spyra oppidum in ostio Padi à Pelasgis cōditum, sed inde damnati & eiecti, vt testatur Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Inde instaurata à Diomede, præualens vt editum est Delphicis thesauris, vt refert Plinius in tertio naturalis historiæ capite decimoseptimo. De eo verò quod ait de Nouaria & Como, sic dicit Plinius in eodem libro capite decimooctauo. Vercellæ Libycorum ex Salluis ortæ. Nouaria ex Vertamacoris Vocantiorum, non vt Cato existimat Lygurum. Et item Insubres condiderunt Mediolanum. Orobiorum stirpis esse Comum atque Bergomum & Lyniciforum, & aliquot circa populos, auttor est Cato, sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam è Græcia, interpretatione etiam nominis à vita in montibus de gentibus. Hæc Plinius. Vult ergo Plinius quòd non Lygures, vt Cato, sed Alpini Vocantij Vertamacori condiderint Nauariam. Verum existimo eas primū ab Alpinis Thuscis Colonijs tam Vercellas quàm Nouariam conditas, quia primi omnium tenuerunt Alpes. Deinde à Libyo Hercule Ægyptio adauctas. Vnde & Libyci etiā à Ptolemæo nominantur tota vtriusq; regio, & Aria.i.Leonina, sicut Arnus & Lybarnus Musarnus sunt cognomina Herculis, condita ab Hercule, & vltimo instaurata à Lyguribus, dicta est noua Aria.i.Leonina noua siue noua Herculea. Orobiorum gentis originem Cato dicit esse incertam propter argumentum vocabuli Orobios, quod potest esse Græcæ vel Hetruscæ originis. Græce enim

[Margin: A — Mantua. Bononia. Mediolanū — B — C — Vercellæ. D Nouaria.]

A *oros mons & Bios victus & viuens dicuntur, & ita Orobij sunt viuētes in montibus in quibus sunt Comenses & Bergomenses, & ita esset illis aduentitia & nouitia Græcula origo, vt Alexander arguit à Græci vocabuli origine. Sed modestius locutus est Cato dicens esse ambiguæ originis, quia Orobiū etiam est nomen Sagum Arameū, quorum lingua vtebantur Sagi lanigenæ. Nam oros etiā apud Arameos & Hebræos Talmudistas est mons, & bit filius vel filia. Hinc Orobij filij montium, qui montes incolunt & alpes. Et ab iis fuerunt Comenses* B *Bergomitæ & eiuscemodi, quia Thusci prius Alpes postea subsidentem orā coluerūt. Cū ergo Alexander Cornelius dicit esse Græcæ illos originis, hoc negatur. Et cū probat ab origine vocabuli Græca, quod est validissimū in historia argumentū, hoc non iuuerit, quia, vt ait Cato, Orobiū nomen est incertæ originis cū tam Græcæ quàm Arameæ sit originis. Nunc verò regula succedit, quòd vbi est nomen Barbarū, ibi origo prius fuit Barbara, etiam si id nomen postea effluxerit in linguam Latinam vel* C *Græcam, vt Vesta est nomen Arameum, ab Esta quod est ignis vel flamma vt Talmudistæ perhibent, & effluxit postea in linguam Græcam. Vnde ab Estomæ Vesta Græcè deriuatur. Et tamen Vesta vxor Iani non fuit Græca origine, sed Barbara. Nec mirum si Græci multa nomina à Barbaris mutuati sunt, vt Strabo significat in Geographia Græciæ, quia vt arguit Barbari prius incoluerunt Græciā, & lingua Barbara est antiquior quàm Græca & Latina. Quamobrem quum prius sit Orobium nomen Hetruscum quàm Græcum, & certa simul historia Thuscorum ab initio conuenam prolem esse Alpinos* D *simul & omnia Transpadana loca, & non aduenā Græculam, consequens est, vt Orobij sint iidem & conuenæ Thusci Alpium incolæ. Vnde Sempronius, & in superiore fragmento tertio ab isto, Cato, Comenses retulerūt esse Volturrenæ regiæ originis, ab argumentis certissimis lacus eorum Latij, & vallis Volturrenæ adhuc apud eos dictæ. De Padi nominis origine sic ait Plinius in tertio naturalis historiæ, capite decimoseptimo: Metrodorus, inquit, Sceptius dicit, quoniam circa fontem multæ*

[Margin notes: Orobij. Comenses, Bergomenses. — Lingua barbara antiquior Græca. — Padus.]

sic

sit arbor Picea, quæ Pades Gallicè vocetur, Padum hoc nomen accepisse, & Lygurum lingua amnem ipsum Bodingum vocari, quod significet fundo carentem. Cui argumento est oppidum iuxta Industria, vetusto nomine Bodinco Magum, vbi præcipua altitudo incipit. Ariminũ à comitibus Herculis dicit conditum, probatq; à cognomine, quod est validissimum in historia argumentũ. Ar enim vel Ari est cognomen Herculis Ægyptij, quorum lingua simul & Hebræa & Aramea significat leonem. Iminim verò teste Talmudista Samuele & D. Hieronymus vocabulo Himenus significat ipse numerat festinantes. Hinc Ariminum Arameè, est id quod Latinè leo siue Hercules ipse numerans festinantes, scilicet ad expeditionem contra tyrannos Italiæ. Quidam Ariminum, quia non habent aliud, ad Latinam originem recurrũt, quasi prius fuerit Latina lingua quàm nobilis & antiquissima Barbara, & oppida splendidissimæ antiquitatis, aut nouitia aut Græcula faciunt, & quidem falso. Plinius in tertio naturalis historiæ, cap. XVI. etiam illi amnem Ariminum assignat, quia præcipuè amnibus nomina indebant veteres, quasi immortalius duraturis. Residua quæ in hoc fragmento deficiunt, reperies in Sempronio, & commentarijs nostris super eum.

A

Ariminum

B

C

Sequitur autem fragmentum aliud Catonis, his verbis:

GAlliam togatam primi coluere Lyburni & Siculi, quos pepulere Vmbri, hos Etrusci, trecentis & amplius eorum validissimis oppidis iusti more belli expugnatis. Eos tandem vicere Galli Piceni, lingua Etrusca genus sacrum dicitur, orti à Sabinis. A Picenis ad Garganum montem alijs & alijs temporibus diuersæ gentes tenuere. Marsia duce Lydorum, in quibus Asculum. Præcutij, in quibus Hadria siue Atria. Vestini, in quibus Ami-

D

A *Amiterni. Marrucini & Peligni, in quibus Cursellum, Orton & Sulmo. Frentani primũ à Lyburnis & Dalmatibus, inde his pulsis à Thuscis orti, quorum lingua Iarinum metropolim vocauerunt, id est, nobilem principem. Laronem enim Etrusci, & Larunem, & Arunẽ vocant nobilem principem. Inde in Trans*
B *padana Larium Lacum, & in Thuscia Larones amnes, & Arunes coloniæ, & viri Arunes, quos Thusci secunda declinatione, Romani & Græci sicut Atlas tertia declinant, & proferunt Aruntes.*

Constat Plinium in tertio naturalis historiæ multa ex hoc loco mutuatum à Catone. Vnde cap. 12. Brundusio
C *conterminus Pediculorũ ager, nouem adolescentes totidemque virgines ab Illyricis tredecim populos genuere. Et infra Laritium Diternia Tifernus amnis, inde regio Frentana. Et capite decimotertio alia à Catone oppida gentibus assignat, dicens: In Vestinis Angulani. Sabinorum Amiterni Gellianus, inquit, author est, lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archipe conditum à Marsia duce Lydorum. Et item capite.* XIIII. *Piceni orti sunt à Sabinis voto verè sacro. Et in capite sequente: Circa, inquit, Ariminum ab Ancone, Gallica ora incipit, To*
D *gata Gallia cognomine. Siculi & Lyburni plurimi tenue-*
Gallia togata. *re in eius tractu in primis Parmensem, Prætutianum, Hadrianumq; agrum. Vmbri eos expulere, hos Etruria, hanc Galli. Vmbrorum gens antiquissima Italiæ existi-*
Vmbri. *matur, vt quos Vmbros à Græcis putent dictos, quòd in undatione terrarum, hymbribus superfuissent. Trecenta eorum oppida Thusci debellasse reperiuntur. Hæc Plinius. In hac Vmbria & hoc capitulo Plinius enumerat Hispellum, Tuder, Fulginates, Menaniates, Spoletũ, Ameriam, qui propriè Veilumbri (id est, à Veis priscis Vmbris*

bris orti) à Ptolemæo & Geographis vocantur, vocabulo verè Etrusco. Et ideo argumentum maximum eſt, ab origine nominis vetustiſſimi Etruſci, eos fuiſſe primam omnium & vetuſtiſſimam veterum Gallorum Ianigenorum prolem, in Sale Vmbrone ortam, cuius adhuc amnes Veios vocamus, & montem Veiocum. Hinc plures etiã eos cum Thuſcis connumerant. Quod verò ex antiqua Thuſcorũ grãmatica reliqt nobis Cato, eſt quia Arunus & Laronus & Atlaus ſecundæ declinationis apud Thuſcos erant, apud verò Græcos & Romanos tertiæ, vt Aruns Aruntis, & Atlas Atlantis. Ex quo patet facile inuentu eſſe, vbi ſint in Thuſcia quos Plinius in tertio naturalis hiſtoriæ vocat Aruntinos veteres, Aruntinos fidentiores, & Aruntinos Rullienſes. Sunt etenim vbi manent vocabula Etruſca, Arunes & Larones Et in Sabatia quidem, non procul Roma, lacus Sabatinus emittit amnem Laronem, à quo oppidum Amnilara non Anguillara dicitur. Hi igitur ſunt Aruntini fidentiores à Sabatio Sancto Fidio dicti, qui populos in regione condidit, vt in commentarijs Beroſianis diximus. Alter verò amnis Laro eſt, qui per Rullianam regionem primum, inde montẽ Atho præterfluens in mare mergitur. Et ideo Aruntini Rullienſes dicuntur, & non Iulienſes, vt ridiculoſa impreſſio dicit. Aruntes verò ſenes, vt Vergilius vocat, ſiue Aruntini veteres vt Plinius loquitur, hi ſunt Volturnæ Camillarij, vt poſtea videbitur.

A

B

C

Aruntes, non Arunci.

Sequitur fragmentum Catonis his verbis.

A Gargano ad Brunduſium coluêre Celij, vnde Apuli Daunum, Apuli Boi, in quibus Arpe, Canuſium, Bararium. Sub his Apeninus ex tranſuerſo diuidit in duo fines Italiæ, quos inter Tarentinus ſinus iacet. Circumq́; ipſum vndiq́; è magna Græcia. Ad orientem verò magnæ Græciæ pars eſt Oenotria

D

A *tria Arcadum, & Calabri prius Ausones, ad*
quos Græca verbositas fert venisse primam
Græcorum classem annis fermè quadringẽtis
ante ruinas Troiæ, quum Oenotrium ducem
Arcadum post Troiam conditam adnauigas
se in Calabriam tradat Antiochus Syracusa-
nus, & circa orã maritimam posuisse colonias.
B *Et vt parcius mẽtiantur Græci, ab eo quondã*
dictã Italiã Oenotriã scribunt, quũ ab initio
Italiæ à vetustissimo rege Sabinorum & Etru
scorum, penes quem erat imperium, id nomen
sortita fuerit.

Plinius in tertio naturalis historiæ, capite sexto: Græ
ci, inquit, genus in gloriam sui effusissimum, Italiæ quo-
tam partem appellauerunt magnam Græciam. Inuene-
C *runt igitur in aliquota paruaq; portiuncula Italiæ locũ,*
vbi aduenæ Græci ab ipsis Italis excepti suum nomẽ in-
derent, quo facilius mentirentur, etiam reliquas partes
Italiæ à se ortas fuisse. Porrò de tempore quo venit Græ
cus Oenotrius, licet magno impetu contra Catonem &
alios Dionysius in primo libro inuehatur, tamen Catoni
& antiquissimo Antiocho Syracusano magis creditur
de antiquitatibus & Oenotrijs, vt ostendimus superiori-
bus commentarijs, & in his quæ supra Myrsilum & Se-
D *pronium explanauimus. Nunc ad aliud fragmentum cõ-*
uertamur, quod hoc modo Cato scripsit:

A Leucopetra ad Sarnum amnem vici-
num Neapoli tenuére diuersi populi,
Vmbri, Itali, Samnites, Siculi, Peucci-
ni, Picentini, & Etrusci: quorum vrbes sunt
Clusium, Pestum, Elea nunc Velia, inter am-

nem

nem Volturnum & montes Apenini. Sabelli sunt proles Sabinorum, vt nomen est argumento, à Latinis Samnites, à Græcis Saunites appellati. A

Hoc fragmentum valde diminutum est, & ideo in Sẽpronio requiratur. Leucopetra est vltimum Italiæ, è regione Siciliæ, à qua versus interius littus & montẽ Apeninum tenuerunt hi qui venerunt ex Vmbria & Etruria & Sicilia cum Italo, & item ex Oenotria cũ Peuccio Arcade fratre Oenotrij, & Samnites qui è Samnio venerunt duce Lucio, à quo Lucani dicti fuerunt, sicut à Bruto Vmbro Brutij, & Piceo Etrusco Picentini. Supra docuit declinare Cato, vt quod Etrusci secunda declinatione dicebant Piceus Picei, Latini in tertia Picens Picẽtis protulerunt. Dicit autem Sabellis esse argumento nomen, quòd sint proles Sabinorum, quia omne nomen deriuatiuum & diminutiuum originatur necessario à primitiuo & integro. Ergo quoniam diminutiuum & deriuatiuum est Tussa Nana & Tuscanella, à Para Tussa & principe Tusca, necessario consequens est, vt Tussa Nani & Tuscanelli sint proles Tussæ siue Tuscæ principis, à qua Plinius Tuscanienses vocat. B C

Sequitur fragmentum.

A Tyberi ad Sarnum, incoluere primi Aborigines proles Vmbrorum. Princeps his vrbs vetustissima Camerena à Camese condita, non procul vbi postea Alba. Thuscibis admixti, Osci qui nunc Capuani, Volosci quos vocamus Volscos, quibus metropolis fuit Anxur nũc Taracina, Stabia, Anitini, Hortẽses, Lõghani, Oscori, Macrani, Nuetini, Latinè Grauiscæ. Picenci, Sorani, Pherẽtinates, Phregenates, Sãgnini, Thusculani, D

Cer-

A *Certinenses, Vrsentini, Volcentani.*

Aboriginũ triplex genus.

Qui populi tenuerint Campaniam veterem & nouã & à Tyberi ad Sarnum, exponit Cato. Primi fuerunt primi Aborigines. Sanè Aboriginum triplex genus extitit. Vltimum fuerunt circa aduentum Æneæ Itali conuenæ, quibus admixti aduenæ incertis sedibus vagabantur, & latrocinio vitam agebant. De quibus loquitur in Catilinario Sallustius, & Dionysius in primo libro. Hi Latinè Aborigines, id est, absq; certa origine dicti sunt, quia nemo his assignauit eam. B *Secundum genus fuit ante hoc in magna Græcia, dicti Græcè Aborigines, quòd è montibus Arcadiæ cum Oenotrio venerunt. Vnde & Cato & Dionysius in supradicto libro aiunt, Aborigines fuisse Græcorum genus. Tertium genus fuit aureo sæculo, vocabulo Etrusco & Arameo dicti Aborigines. Tres dictiones sunt: Ab, id est, pater: Ori, id est, foramen & cauea: Genos, id est, posteritas & proles, vt periti Talmudistæ, & diuus Hieronymus exponunt. Hinc Aborigines est paterna cauea nata proles, quoniam priscis aureo sæculo ædes erant antra & tuguria, & cauæ quercus, vt Ouidius in primo Metamorphoseos insinuat, & Vergilius in octauo Æneidos dicit de eis:*

Aboriginũ etymon.

C

Gensq; virûm truncis, & duro robore nata.

Et de hac dicit Cato, quòd fuit prima Vmbrorum proles. Ianigenæ enim Galli veteres, fuerunt patres omnium, et prima eorum proles antiquissimi Vmbri, vt supra exposuimus. Hi verò Vmbri genuerunt Aborigines priscos, à quibus alij orti sunt in Italia prisca, id est, circa Tyberim, quæ fuit prisca Italia, vt supra Fabium Pictorem exposuimus. D *Et hoc pacto intelligitur quòd Aborigines dicti sunt, à quibus fuit alijs origo Italiæ, subaudi priscæ. Alioquin non staret, quia ante eos inueniuntur Vmbri antiquissima et prima Italiæ proles, et ante Vmbros inueniuntur patres eorum Galli Ianigenæ veteres. Et de hac prisca Italia intelligitur, quod Iustinus ait vltimo Epitomatum: Primi, inquit, qui tenuerunt sedes Italiæ fuère Aborigines, quibus rex fuit Saturnus iustus. Sed ante Saturnum fuit Cameses Saturnus Ægyptiorum, vt*

A Vt asserit Berosus, & Cato, & Iginius, & Macrobius in primo Saturnalium. Hic enim Cameses, qui & Saturnus Ægyptiorum, regnauit in Libya, & Sicilia, & Italia, vt Berosus scribit & Diodorus in quarto libro consentit. Vnde & ab eo Camese Camesenas, quæ & Camerenæ, vrbes inuenimus conditas in Libya, Sicilia, & Latio, & Vmbria. Est enim Camesena in montibus. Et in Latio circa Albam fuit Camerena, quam expugnauit Romulus, vrbs Aboriginum vetustissima, vt in secundo libro scribit Dionysius, & hoc loco Cato insinuat. Nec te B moueat quòd loco s, posteri posuerunt r, vt Cameses & Camesena dixerũt Camers et Camerena, quia hoc fuit in vsu antiquus, vt ostendimus in quæstionibus Annijs. Hi igitur fuere prima Latij & Campaniæ origo, & nõ Græci. Postea aui eorum Thusci, mittebant colonias, & ita multas regiones tenuerunt à Tyberi vsque ad magnam Græciam, vt super Sempronium ostendimus, qui verò ex Thuscis colonias miserunt, hoc loco narrat Cato, et Plinius in tertio naturalis historiæ à sexto capite passim in regionibus eosdem enumerat, quorum etiam expone- C re origines non pigebit. Thusculanos à Thuscis dictos, nomen accusat. Sangnini Thusci sunt in Sabatia, quibus amnis est dictus adhuc Sangninaia à Sangni gentili Sabi. Et item Sangnina est oppidum Volturrenæ, nunc Viterbi, in regione adhuc dicta Sangninaia, cuius longitudo est à sancta Maria Sangninaia ad ipsum oppidum fermè deletum Sangnina, circa Celenum. Phregenates item ex Phregene vna ex duodecim principibus vrbibus Iani, de qua supra dictum est. Pherentinates, à Pherentino Trossulo oppido Othonis Cæsaris, vt memorat Suetonius in eius vita, distat à Vetulonia, nunc Viterbo, quinto milia- D rio. Sorani Thusci permanẽt versus mare, ad ius Senensium nunc pertinentes. Picenti à duce Etrusco, vt supra exposuimus. Nuetum, nunc Cornuetum, distat à Volturnæ fano vigesimo lapide. Inscriptio eorum vocabulis et literis Etruscis, vocat eos Nuetinos, id est, Latinè Grauiscos. Quòd verò postea additum est Cornuetani, ab insigni eorum corno arbore factum est, vt in quæstionibus Annijs explanauimus. Volcentini, à Volcen vrbe vna ex

Cameses.

Sangnini.

Pherentinates.

Nuetũ & Cornuetũ.

Volcentini.

A *duodecim principibus dicti, nomen est argumento: sicut & Cercinenses coloniæ, à Cercinæ portione Vetuloniæ dictæ, de qua Cercina in quæstionibus Annijs diximus. Hi tenuerunt vltimum Italiæ promontoriū, à quibus nomen accepit, & cuius meminit Plinius in tertio naturalis hist. cap. XI. Cercinū, inquit, esse longissimū Italiæ promontoriū, aliqui existimant. Senes nostri Ascreani ferūt fama teneri, tantæ maiestatis olim fuisse, quòd nunc dicitur Viterbum, vt etiam maleficos ab vltimis Apuliæ illò traheret supplicijs afficiendos. Standū est aūt famæ, vbi*

Cercinum.

B *vetustas derogat certam fidem, vt ait Liuius in octauo ab vrbe condita. Verum nec fides abest, Lucumones quibus tota Italia subiecta erat, in fano Volturnæ residentiam habuisse, in cuius parte Vetulonia Cercinæ est, à qua Lucumonias Cercinas colonias in extima Italiæ miserūt. Vrsentini, non dubium à Tuscorum familia vrsa nominati. Argumentū à nomine, in vico Tusco Romæ Vrsam familiam consedisse, & ob id Romanos Vrsinos & antiquissimos esse, & Tuscanienses simul, & vici Tusci colonos. Anitini, ab Anitinensi agro in Tarquiniensi, sicut*

Vrseutini. *Vrsini.*

C *Longbani & Oscori, à familijs Vetuloniæ dicti, quorum prædia etiā ætas nostra vocat campum Oscorū & Longhū. Vnde in Tusca vicus Longbus est, à quo in vico Tusco Romæ est vicus Longbus, vti super Fabiū Pictorem & in Annijs quæstionibus diximus. Oscora quidem familia, dicta ab Osco Larthe, à quo positi Volosci siue anti qui Osci & postea Osci, qui & Capuenses, vt exponit Ser uius super illo carmine Æneid. Oscorumq; manum. De his omnibus memoriam facit etiam Plinius in tertio naturalis historiæ. Nam capite septimo sparsim numerat à Tyberi ad Sarnum; Sorā, Ferentinates, Phregenates, Sā-*

Osci.

D *guinos, Tusculanos, Anitinum, Hortenses, Taracinam oppidū, lingua Volscorum Anxur dictum. Osci, Volsci, et à Surrena augustali Surrentum. Nuetanos verò Plinius prolatione Romana Nubetanos profert, quoniam Nuetum, Nubetum & Grauiscum aërem dicunt Etrusci, vt in interpretatione Cornuetana docuimus. Si copiosius de Etrusca origine quæris à Tyberi ad finem Italiæ, lege Sempronium cum nostris commentarijs.*

Sequitur

Sequitur fragmentum Catonis. A

ROMA principio sui pascua bobus erat. Circum Tyberim septem rupes sibi perpetuæ in Erniddo succedentes, cauis paruis distinctæ erant, sub quibus alueum Tyberis quandoque egressus paludes in planitiem rupibus subsidentem inferebat. Saturnus primus incoluit Capitolium. Italus Auentinū. B *Roma palatium; Cælius cum Thuscis Cælium & Viminale. Romulus cū palatio, in quo quadratam Romam condidit, etiam Exquilinum tenuit ab excubijs dictū, quas illi Lucumo dedit more Thusco. XII. lictorum, id est, trecentorum armatorum, ad custodiam corporis simul & dignitatem, quia Tatius non erat sine suspitione infidæ societatis.* C

Primo quæritur, cur tam breuiter de origine vrbis Romæ transiit Cato? Respondetur, quia voluit haberi pro certo, solum à tribus gentibus, videlicet Luceribus, Thuscis, & Romnensibus Albanis, & Tatiensibus Sabinis, originem habuisse Romam, & non à Græcis. Nec videbatur Catoni rem certam ponere in compromisso & disputatione. Et quia ante se Fabius Pictor amplissimè scripserat, super quem commentaria edidimus. Quod autem Cato sequutus sit Fabium, patet per id quod hi secundo libro Dionysius dicit, quòd Fabium Pictorem sequutus est Cato Porcius, & quidam alij in historia expositionum Remi & Romuli. Romæ origo. D

Sequitur fragmentum.

ETruria olim Italiæ princeps, ab eorum metropoli regia sic cognominata, à Ty-

A *beri in Macram diffunditur. Gens prima illorum maritima Lygurum, dicta à filio Phaëtontis Lygure, quem montani Lygures Pheriton nuncupant. Post Tyberina ostia Pheregenæ primum Etruriæ oppidum in vicino littore, dictum à Genio Iano, qui primus ibi colonias posuit: & à Pheritone, id est, Phaëtõte,*
B *qui colonias adiecit, vti in Lyguria montana, vbi à Genij colonijs Genua oppidum: & ab adiectis Pheretianis ad idem colonijs, amni proximo & regioni Pheretianæ nomen reliquit. Primus omnium Græcorũ Phaëton ex Attica soluens cũ Lygure filio, multis ætatibus & sæculis ante Oenotriũ Arcadem colonias adie*
C *cit Italico littori, ab ostijs Tyberinis vsq; ad Niceam Massiliensium, & in medio portũ Lygurnum à filio nuncupans, vltro citroq; littus omne Lyguriam dixit. Verum Etrusci, & eos secuti Romani ab ostijs Tyberinis Etruscũ vocauerũt vsq; ad caput Etruriæ. Inde Populonicum ab vrbe metropoli Popium, Romanè Puppium. Postremò, à Lygurno portu ad*
D *Macram, ad cuius fontes est Apua oppidum, Apuanos Lygures vocant, mõtanos verò omnes Lygures qui à Macra in Niceam effundũtur. In mõtanis Lyguribus sunt portus Herculis Ægypij. Nã Lybarnũ in his est à nomine*

simul,

simul, & cognomine illius. Græci, vbicunq; nomen Herculis audiunt, putant esse suum, à nomine sumentes argumentum, quum tamen ille neq; nomine Libyus, à quo deuicti Libyi, sed Alceus dictus sit: neque dictio Hercules sit Græca, sed Ægyptia. Nam illi Heraclio, id est Iunonis gloria cognomen fuit. A

Supra diximus Phregenas dictas à fato Genij, verũ Cato sentit dictas à duobus, videlicet, ab ipso Genio Iano & postea Phaëtonte qui colonias adiecit. Credatur igitur Catoni magis quàm superiori expositioni, cũ quia antiquiori de antiquitatibus magis creditur, tum vel maxime quòd validissimo à geminato limitibus nomine vtitur. Pro quo notandum est, quòd Phaëtontem Hebræi vocant Phuth, Ægyptij Pheth, Aramei Pheritoii, & Græci ac Latini Phaëton, vt hoc loci ex parte significat Cato & nos super Berosum plene exposuimus Et vt patet in Beroso, & in commentarijs diui Hieronymi super x. cap. Geneseos Libyi antea Phuthei à Phuth & Phaëtonte dicebantur, sed deuicto Antheo eorum principe ab Hercule nomen victoris Libyi susceperunt. Vnde & Diodorus Siculus in fine quarti libri ait Herculem Ægyptium non Græcum subacto orbe posuisse in triumphum columnam in Libya. Deinde notandum quòd in historia inuincibile argumentum est vbi nomen ducum limitibus geminatur, vt quia superum & inferum mare quibus limitatur Italia, dicuntur Turrhenum, consequens est, vt tota Italia fuerit colonia & potentatus Turrhenorum, vt valido argumento Liuius probauit in quinto ab vrbe condita vbi ait: Quantum valuerint supero & infero mari quibus Italia insulæ modo cingitur, nomina sunt argumento, quia vtrunque Turrhenum vocant Græci. Cæterum littus ab ostijs Tyberinis vsque Genuam geminato nomine Pheritonis & Genij limitatur, quia circa Tyberim est Pheregenæ à Pheritone & Genio dictæ, & Genuæ est Genua à Genio, & Pheriton amnis & regio.

Margin notes: B Genij. — Phaëton. — C — D — Genua.

A *Quare omne littus ab ostijs Tyberis vsque Genuam fuit coloniarum Iani Genij Italiæ & Phaëtontearum quæ & Lygurum. Vnde & portus Lygurnus in medio. Quare ab Tyberi ad Genuam iure antiqui Lyguriã dixerunt; & diuiserunt in Lyguriam Etruscam, Populonicam, Apuanam, Montanam, Geniam, & Montanam Monacham, Genua à Genio & Ianua ab eodem Iano dicta. Vnde ibi Caricus Ianum, id est, vineæ Iani. Vnde & sancta Maria in vineis Genuæ. Carim enim vineæ sunt in plurali, & Carin in singulari, vt diuus Hieronymus interpretatur, & Talmudistæ consentiunt.*

Lyguriæ termini et partes.

B *Notandum item quòd nomina localia & gentilia & interdum communia dum veniunt in compositione semper syncopatur, aut per synæresim vltima syllaba primæ dictionis abijcitur, nisi fiat hiatus, quia tunc etiam prima syllaba secundæ dictionis subtrahitur gratia euphoniæ. Exemplum syncopæ in compositione, Vol & Turrena, dicitur Volturna, & Lianum Coriti, Corti Lianum. Exemplum synæresis primæ dictionis, vt Corit Nyenta, Cort Nossa, Cort Enobra. Cort enim simul in compositione syncopatur ablata*

C *media litera i, & in fine synærizatur, amota finali prolatione. Vnde Pheriton si componatur cum Genio, aufertur vltima syllaba ton, & à Genio i medium et dicitur Pheregenum oppidum. Et si additur syncopa dicitur Phregenum. Aliquando verò in cõmunibus synærizatur prima syllaba vltimæ dictionis, et vltima primæ, vt magis auctus in cõpositione dicitur mactus, sicuti illud est, Mactæ virtutis esto. Portus verò Herculis et Monachũ in Lyguria montana Monacha dicitur, inquit Strabo, ab Hercule Græco. Sed Cato leuiter dictum ac falso existi-*

D *matum, probat à pluribus. Primo à Lucina vrbe Lybarno, quam etiam Ptolemæus et Geographi scribunt. Nã Libyus est nomen proprium Hercolis Ægyptij, et Arnus est vnum ex cognominibus, vt ait Berosus in quinto antiq. Sunt aũt cognomina eius Her, Hercol, Ar, Arno, Musarno, quæ lingua Ægyptia significant, Her quidẽ pellitum quia induebatur simplici pelle Leonis quotidie. Col etiam apud Hebræos totũ significat. Hinc Hercol significat pellitum totum, quia pellibus ferinis*

Herculis cognomina

Hercol,

toto corpore tegebatur pro armis, nondũ armis inuentis in primo ortu generis humani, ut ait Diodorus in primo lib. Ar verò et Ari significat leonem, dictusq; fuit Ar ab insigni suo leone, quia ab insigni sæpe nominabantur duces, vt Macedo lupus, et Anubis canis, teste Diodoro in primo libro. No aũt famam celebrem significat. Hinc Arno, id est, leo celebris à virtute, qua vt ait Diodorus propulsabat iniurias ab humano genere. Musa item disciplinã significat apud omnes gentes. Dictus est igitur Musarnus, id est, doctor leo celebris, quia deditus fuit initiationibus et incantamentis militaribus, vt significat Diodorus in sexto. Ergo Lybarni Lygures sunt coloniæ Herculis Ægyptij, vt à nomine arguit Cato et cognomine, à quibus propulsauit hominum malorum iniurias, & leonem insigne suum reliquit, Arnienses quoque Thusci dicuntur, quia ab his propulsauit iniurias stagnãtis planiciei et reduxit cunctas paludes in vnũ alueum, et illis Leonẽ insigne dimisit, vt Florentinis. Musarni itẽ in Tusca vrbe, nunc Viterbo sunt, à quibus propulsauit gigantũ iniurias, tum in proxima Etrusca Lyguria vbi compluti lapides Lamonis, tum præcipuè Lurkios Lestrigones à principatu Vetuloniæ, item illis insigne suum leonem, et sceptrum Lengholam reliquit, et incantamenta initiationesque militares ad lacum Vadimonis edocuit. Vnde collis Arbani ab eo Musarnus, et oppidum dirutum non procul lacu Vadimonis dicitur Musarnã ciuitas. Quòd non solum in Thuscia, sed etiam in Indiæ regnis Gedrosia et Carmania egit, vbi metropoles vrbes Musarnas et populos Musarnos fundauit, vt in Ptolemæi Geographia et alijs Cosmographis notatum videmus. Ergo per argumentum à nomine et cognominibus, in Italia Ægyptius Hercules non Græcus reliquit monumenta expeditionis suæ, quia Libyus, Arnus, Musarnus fuerunt cognomina eius et nomen, sicut Græco nomen fuit Alceus, cognomen Heraclius. Similiter Hercules est nomen Ægyptiæ originis non Græcæ, quod falsò furati Græci tribuerunt Amphitryonis filio, vt ingenuè fatetur Herod. in 2. lib. Similiter Monachus portus Lyguriæ est Ægyptiæ originis nõ Græcæ, vt voluit

Margin: A; *Ar.*; *Arno.*; B; *Leo insigne Lygurum.*; C; D; *Monachus alij Monœchus.*

 Strabo.

A *Strabo. Estq; dictio composita à Mon et Akes .i. habitatione et municipio hamantium, qui scilicet hamis piscabantur. Itaq; concludit Cato, nihil esse in tota Lyguria originis Græcæ. Sequitur.*

Gens prima Etruriæ maritima est. Oppida in his Pheregenæ, Alsium, Agylla quæ & Cære à Pelasgis conditum, Pyrgus, Grauiscæ ab aëre dictum, Cosæ, Volcæ,
B *Thelamon, ab Argonautarum principe cum in Etruriam ad Lucumones profectus Hercules Alceus lacum Cyminium effecit, & puella Faula subrepta ex Fano ad Euandrũ perrexit. Vmbro fluuius limes tractus Vmbrorum. Caput Etruriæ limes Etruscorum Phaliscæ, Populonium nauium & classis Etrusco-*
C *rum olim princeps. Volaterræ & vada eius Pisa condita à Pisis Alpheis Pelasgis. Luca illustris Lukio Lucumone rege Tuscorũ Lucus & montes Feroniani. Luna, Cariara ab Etruscis dicta, à Græcis Selene. Apua in transitu Apenini ad fontes Macræ, vnde Apuani Lygures ab Arno ad Macram.*

D *Excurrit Cato, ab ostijs Tyberis, ad ostia Macræ, gentem primam Thusciæ maritimam vbi multa quærun tur. Primo, quare dimittit Massam præclaram vrbem etiam ætate nostra, de cuius Lucumone, meminit Virgilius in decimo dicẽs: Massicus ærata princeps secat æquora tigri Respondetur quia non multum fuit in vsu Geographorum ponere illam. Contra hoc videtur, quia in vsu Geographorum fuit ponere Tarquinias, et tamen Cato eam præterit. Respondent quidã, quia Cato posuit*

in maritimis, in quibus authores concordāt. Reliquit igitur Tarquinias quia in ea discordant. Nam Plinius enumerat eam cū mediterraneis in tertio natural. hist. cap. 6 & Sillius Ital. eandem in maritima gente, vt ostendimus 31. qu. est. Annia De quatuor vrbibus primis à Iano positis Pheregenæ, Volcæ, Volaterræ, Luna, superius diximus. Alsiū dictū ab Aleso Argiuo, vt significat Sillius in 8. dicens. Necnon Argolico dilectū littus Aleso Alsium. Nam in comparatione & deriuatione nominū gentilium & localium, vt plurimū syncopa fit & synæresis, vt Alesium Alsium, & Volturrena Volturna. Plin. in. 3 similiter enumerat. In hac gente Pheregenæ, Alsium Agilla Cære cognomine, nunc Cære vetus. Item Pyrgus à quo sancta Maria Pyrgani, vulgò Vurgani. Grauiscæ ab aëre, sed Etruscè Nuetū, Latinè Nutetum. i. Grauiscum, & ab insigni vt supra ostendimus, nunc Cornuetum. Cosas in plurali dixit Virg. Quiq; inquit, liquere Cosas. A barbaris Gothis destructæ sunt, post sub Desyderio Longbardorum rege restitutæ, vt eius decretum ostendit, Asidoniæ dictæ sunt. Nam Sidones etiā in Germania sunt in qua & Longbardi, vt in Ptolemæo proditur. Hinc Asidonia, quasi à Sidoniis Longbardis condita dicitur. Sequitur.

A (margin)

Alsium. (margin)

B (margin)

Asidonia. (margin)

C (margin)

A Tyberi ad Cyminia iuga, secunda gens Thusciæ est, cognomine à Thuscis Lartheniana, id est, metropolis Eniana, Larthem enim summum regum vocant. Enianum verò vrbs in ea ab Enetanis Pelasgis cōdita, quam Veii Etrusci pulsis Pelasgis ampliatam, à principatu prouinciæ simul & conditoribus priscis Larthenianum, Romani verò à genere populi Veiens vocauerunt. Oppida in his sunt, Sabum in Sabatia à Sabo conditum, Larthenianum cognomine Veiens, Nepe, Phalaris, Soracte Phaliscorum mōs Apol-

D (margin)

A *lini sacer, Phaliscanum, Phescēnium, Umbricum, à priscis Umbris dictum, Flauianum, Arcennum, Mesium, à quo sylua Mesia, Rosulum, Ara Mutiæ. Sutrium à Pelasgis cōditum ab insigni grano dictum, Romana societate inclytum. Capina à qua Capinates, Lacus Cyminius & Troitum Phaliscorum, fini*

B *timum Etruscis.*

Gens illi triplex, inquit, Vergil. Uti exposuimus in quæstionibus Anniis, ex urbibus in hoc fragmento & superiori assignatis patet verum esse quod Dionysius in primo libro asserit, antiquissimas urbes fuisse paruas. Quod profecto in his omnibus cernimus. Larthenianum enim de quo in commentariis super Sempronium & aliis locis exposuimus, erat urbs Metropolis totius prouinciæ & tamen nunc existimatur & est parua. Plutarchus in

C *vita Romuli dicit, Veientes à Romulo dictos Sardinianos, quia Etrusci siue Volturreni dicūtur esse coloni Sardiniani, quia scilicet primi ab Etruria in Sardiniam colendam miserunt colonias. Unde ut Strabo in. v. asserit, quum Hercules misisset Iolaum cum Tospiadibus in Sardiniam, inuenit Iolaus ibi colonos Barbaros natione Thuscos cum quibus habitauit. Sed hic sunt duo dubia. Primum cur Romulus vocauit Veientes Sardinianos. Nam licet Etrusci cognomine Volturreni, ob colonias illo missas cognominati sunt Sardiniani, non tamen sequitur quòd eo epitheto Veientes debuerint dici. Respondetur, quòd posteri sæpe dicuntur epitheto paterno, ut de*

Sardiniani

D *Umbris sæpe diximus. Enetani vero siue Eniani Pelasgi fuerunt, eiecti à Veiis Etruscis, ut hoc loco insinuat Cato & etiam Plutarchus in vita Romuli significat dum ait quòd Veij Etrusci dicuntur coloni Sardiniani, & clarius Dionysius in secundo libro dicit: Veiens esse generis Etrusci. Et idcirco epitheto paterno pulsis Pelasgis dicti sunt & ipsi Sardiniani. Secundum dubium, quis Hercules*

fuit

fuit qui Iolaũ misit cum Tospiadibus. Ad hoc Græculus mendax audebit respondere quòd fuit Alceus suus, non Libyus Ægyptius. Et vt sibi credatur, mutabit o in e, Et dicet Thespiades. Sed quia de more suo dicunt & nihil probant, idcirco eadem facilitate reiiciuntur qua proferunt. Nam tempore Alcei florebat Etruscorum imperium, nec permittebant alienos principatu misceri, & vix præmium virium è fano Volturnæ retulit Faulam puellam, vt Verrius asserit, & nos in aliis explanauimus. Præterea ea ætate insula refertissima coloniis erat. Et ideo Sillius & Latini ad Libyum non Alceum retulerunt Tospiades, quum Sillius primum Tospiadum Sardum, Libyco non Alceo sanguine ortum decantauit in duodecimo libro dicens: Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis, & reliqua. Deinde vt super Sempronium probauimus, Larthenianũ cognomine Veiens non distat ab vrbe Romana, plus tertiodecimo miliario. Nec debet quæri sub nomine Veiens, quo nominabant Romani, sed quo Etrusci vocant ad hanc ætatem Larthenianum, vulgo vero corrupta prima litera Marthenianum pro Larthenianum proferunt. Nam Veios amnes, & prælia Veia, & nomen Veium, nusquam in tota Thuscia, nullibíque quàm in tetrapoli Etruria nunc Viterbo reperies. Itaque vt Cato edocet sicut ab Etruria vrbe cognomen accepit tota Thuscia, ita à Lartheniano, & Veiente metropoli, cognominata est secunda gens Lartheniana siue Veiens ab vrbe Roma vsque ad iuga Cyminia proxima vrbi Etruriæ, vt significat Liuius in primo ab vrbe condita vbi ait: Erat Sabinis vicina Etruria, proximi autem Etruriæ Veientes. Vtique proximi tam limite quàm genere, vt exposuimus de vrbibus huius prouinciæ, has enumerat Cato. Sabum nunc vocant Sanctum Sabum, siue à Sagni gentili Sabi, quem Romani Sanctum Fidium, semipatremque vocabant, vt super Sempronium exponemus, siue adiecto aliquo alio sancto. Nepe ab insigni nomen habet. Phalaris etiam Phalisce dicebatur. Vnde quum Seruius supra septimum Æneidos dicit Ianum quadrifrontẽ è Phaliscis vrbe Romam aduectum, non contradicit Macrobio

A *Hercules Libyus Tospiades duxit.*

B

C *Larthenianum.*

D

Phalaris.

in pri

A in primo Saturnalium diceti, è Phalari, quia eadem vrbs est Phalisca ac Phalaris. Soracte est mons Phaliscorum, vt etiam Acron asserit super Odam illam Horatij: Vides vt alta stet niue condidum Soracte. Errant igitur qui putant montem Phisconum esse mõtem Phaliscorum, quia prior est inter Etruriam & Volsinas, alter vero inter Phalarim & Flauianum, siue alter in Etruria, alter in Ve-

Phaliscanũ iente. Phaliscanum vulgo nunc corrupto dicitur Phila-

Phescenniũ manum. Phescennium vnum in Campania. Quod autem hoc loci Cato & in tertio naturalis histo. Plin. in Thus-

B cia numerat, est oppidum Phaliscorum in Veiente & est nunc vulgo dictum Ciuita castellana, vt docuimus in trigesimaseptima quæstione Annia. Vmbrica vrbs fermè deleta iuxta Phescennium. Flauianum iuxta Tyberim adhuc nomen habet, & eius meminit Vergilius in octauo, quum Veientes populos enumerãs sub Mesapo dicit: Hi Phescenninas acies, æquosq; Phaliscos, Hi Soractis habent Arces Flauiniaq; arua & Cymini cum monte la-

Arcenna. cum. Arcenna siue Arcennum oppidum Veientum circa limitem Cæritanum, deletum à Romanis, vt in fine quar-

C ti libri ab vrbe condita dicit Liuius. Postea restitutum et reparatum. Barcennum dicitur, præposita de more consonante. Verum vt super Berosum ostendimus primum omnium nomen illi fuit Brygianum, nunc corruptè Braccianum, Mesium oppidum non procul loco nunc Baccino dicta erat. Nam quæ nunc sylua Baccani dicitur, antea

Mesiásylua Mesia à Thuscis dicebatur, de qua Liuius in primo ab vrbe condita dicit: Sylua, inquit, Mesia Thuscis adempta fuit, & in bello Veiente cum Fabiis dicit auditam fuisse

Aræ Mutianæ. vocem è sylua Mesia. Rosulum, & mons Rosulus nomen retinet. Aræ Mutiæ, vulgo Aræ Muzæ, oppidum in edito est iuxta Fescennium, de quo Plinius in secundo natu-

D ralis histo. Ad Aras, inquit, Mutianas in Veiente, & in sylua Cyminia loca sunt, in quibus depacta terræ non ex-

Sutrium. trahuntur. Sutrium per synæresim componitur, à suto, id est, frumento & trus. Sunt enim tres spicæ illius insigne, vt. XXXVII. quæstione diximus. Aberrant igitur quidam ridiculi, qui Sutrium à Saturno conditum fabulantur. Est enim ante à Graijs Pelasgis cõditum, vt nomen

arguit,

arguit, & per ypsilon debet scribi Sytrium. Capinam scribit etiam Plinius in 3. naturalis hist. & capinates lucosq; Capinos scribendum est ac dicendum, à Capi eorum olim insigni falcone. Nã Capena & sylua capena in colle Auentino erat, vti Fabius Pictor & Sempronius & alij tradunt. Troitum oppidum Phaliscorum vltimum est in cyminiis in limite Viterbensis agri, & ideo finitimum Hetruscis. Stomachosa impressio Liuij in x. ab vrbe condita, impressit Troilũ pro Troitũ ab insigni olim eorũ pisce dictum, quod à Gothis dirutum, quam vidimus perseuerat Familia Troita Viterbum diu colentẽ. Sequitur. A Capina. Capena. Troitum.

B

GEns tertia Thusciæ Transcyminia, à Cyminiis diffunditur ad Pistorium. In his Volturrena sub radicibus Cyminiis iacens cognomine Hetruria, à quã tres gentes Hetruriæ appellantur Hetrusci, vt à communi metropoli, & ager Hetruscus antea Umbronius dictus vbi Vmbri orti. In eo agro Ferentia, Trossolum, Meonum, Turrhena, Volturna. Sub Volturrena Aruntes veteres cognomine Camillarij, longius Blere, Olena, Tussa Nana, Larthes oppidum, Sale Vmbrona, Cort Nossa, Cort Enebra, mons Coriti in iugis Cyminiis, è regione mons Phiscõ quæ & arx Iti, Volsine, Pelij, Oropite, Sentinas, Clusium vetus à pugna, sed à duce Comersol, montes tumniates, Sora, Soana non procul Saturnia lapides à Ioue cõpluti in auxilium Herculis contra Lygures Hetrũscos gigantes, à lio dicti Lamones, amnis Pelia, mons Pelus, mũs Tumnias, Rosellæ, Vmbro in monte, Sena co- C D

lonia

A lonia, Phocenses, Pistorium, Vmbro amnis, Stellates, Fluentini, qui & Arnienses, Clusium nouum, vnde Clusentinus transitus Annibalis, Aretium, Crotona à Crotone socio Herculis condita.

Sicut à metropoli Babylonia, Ægypto, Persia, Samnio, omnes sub ea regiones cognomina acceperunt, pari forma tres Thusciæ gentes à Metropoli sua Hetruria

B & antiqua Turrena, dictæ sunt Hetruscæ ac Turrenæ, vt hic significat Cato, sed primario significato Volturreni iuxta Volsinienses, hi sunt cognomine Hetrusci, vt asserit Plin. in tertio naturalis historiæ, ac propterea Volturrena ad radices subiaces Cyminias est metropolis Hetruria, vt hic Cato memorat. Quod profecto & argumentum à coniugatis inuincibile demonstrat. Si enim Volturreni, iuxta radices subcyminias & Volsinienses, hi sunt cognomine Hetrusci, vt asserit Plinius, vtiq; necessario sequitur quod ait Cato, vt Volturrena iuxta Vol

C sinienses & radices subcyminias ipsa sit cognomine Hetruria à qua de more antiquo tres Thusciæ gentes denominationem habeat. De origine verò nominum Turrena, Hetruria, Volturrena, & qua orthographia scribenda sint, in quæstionibus Anniis, & super Myrsilum copiose tractauimus, & similiter de Sale Vmbronia, Perusia, Stellatibus, Arniensibus. Nunc per singula excurremus, quæ hic enumerat Cato, & quæ Plinius in tertio naturalis historiæ cap. sexto. Ferentia quinto fermè miliario distat à Fano Volturnæ, de qua quæstione Annia

D octaua tetigimus. Trossulum & Mæonia, Mæonū, Turrhena ibidem exposita sunt. Volturna minor monopolis non tetrapolis in agro Fani Volturnæ regiæ, altera deleta est. Deinde Cato quæ alia oppida Volturnæ regiæ vicinæ essent enumerat. Aruntes, inquit, veteres cognomine Camillarij. Plinius eos vocat Aruntinos veteres. Vergilius in septimo Æneidos, vocat eos à commentariis Thuscorum & secretarios atque referendarios annalium antiquorū, qui referebant dicētes, his nostris agris

Arunti veteres.

ortus

ortus Dardanus Turrena sede patris Coriti, in Phrygiam abiit. Sic enim ait: Fama est obscurior annis, Aruntos ita ferre senes, his ortus in agris Dardanus, Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes, Thraciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur Hunc illum Coriti Turrena à sede profectum Aurea nunc solio stellantis regia cœli Accipit idem. Sunt enim Camillarij cognomine mõt aruni, id est, municipia Aruni, vt commentario octauo superiore, & in quæstionibus Anniis exposuimus. Nã Mont municipia vel vicus, Aruni verò declinatione Romana Aruntes dicuntur. Porro Camillus Hetrusca lingua minister est quem dominorum camerarium & secretarium dicimus, vt Macrobius, Seruius & alij dicunt. Hinc Camillum teste Seruio Hetrusci vocant etiam Mercurium secretarium deorum. Quare Camillarij senes Aruntes, erant secretarij & cancellarij Lucumonum. Eratq; vicus eorum in delitiis Thermarum distans à Fano Volturnæ sede Turrhena Coriti, vno miliario, non procul Thermis Lasinellis. Sunt nunc vestigia Thermarũ, & suffodiuntur sæpe vetustatis plura argumenta, & adhuc initiũ vici vocamus Hetrusca lingua Camillarium, & pontem eius Camillarium inclytum martyrio sanctorum martyrum Hilarij ac Valentini, & finem vici adhuc vocabulo veteri vulgo mont Arunes dicimus, quod est Aruntes municipes vel viculi Aruntum. Quare falsò scribunt in septimo Æneid. quidam Aruncos ita ferre senes, quia Arunci sunt noui sub Ænea nõdum conditi, quando Latinus Æneæ oratoribus dixit. Veteres Aruntes ita ferũt & scribunt hæc verba. Dardanus ortus his agris, & profectus à Turrhena sede Coriti patris sui Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes. Itaque non Latinus ibi dicit his ortus Campaniæ agris & Turrhena sede Coriti, quia falsum esset, sed solum dicit ita scribere & asserere Camillarios Aruntes, quod ad vnguem verum est, dum Aruntini veteres vt vocat Plinius, aut Arunti senes, vt Virgilius, vel Aruntes veteres Camillarij, vt notat Cato scribunt, his Aruntinis Turrhenæ sedis Coriti patris sui, ortus est Dardanus. Sed de his satis. Sequitur: Longius, inquit, Elere. Nam Aruntes Camillarij vno lapide

A B C D

Camillus.

Blere.

aberant

aberant à Volturna, Blere vero decimo. Origo nominis
A *est à fluere. Nam Latini ponūt f vbi Hetrusci b, quia ble re est flere. Flere autem est fluere & scaturire siue erumpere lachrymas vel aquas. Hinc Blere oppidum dictum, quòd non procul ab eo duorum fluminum Minionis & Blerani fontes fluant, erumpant & scaturiant. Olena oppidum dirutum iuxta Tuscanellam vbi & diruta iacet Tussa Nana ad hanc ætatem dicta, ad distinctionē Tussæ paræ. Nam para Tussa est princeps & coronata Tusca à Tusco rege filio Herculis dicta pars regiæ, tetrapo-*
B *lis. Tussa verò Nana, id est, Tusca parua à cuius ruinis Tuscanella condita ab Ascanio, vt incolæ scribunt, & à Cane Tuscanella cognominata ficuti perhibent, & nos*
Mons Physcon. *ample ostendimus An. quæst.* XXXIII. & . XXXIIII. *De Coriti vero extremis vrbibus copiose dictū est superius quæstione Annia.* XXXVI. & . XXXVII. *Mons vero Physcon corruptè Phyasconem proferunt. Dictus sic fuit à Physconibus veteribus Pelasgis, qui sacrauerunt Fanum ingens Volturnæ, vt Virgilius in octauo Æneidos memorat, vnde & iuxta Volturnam proferimus duplici lcampum Pellasgi. Nam teste Ptolemæo & Geographis, vrbs*
C *Physcæ est in Pelasgiotis Macedoniæ, à quibus Physcum nomen & Pelasgi in agro Volturreno. Dictus est etiam idem mons Arx Iti, id est, Iouis, qui & Coriti. Idē enim fuit Iuppiter & Coritus vt Berosus exprimit, & in fine primi libri diuinarum institutionum refert Lactantius. Quare falso in historia sancti Flauiani martyris scribitur Arx ici pro iti, sicut in Vergilio Aruncos pro Aruntos. De Peliis Pelasgis sunt mons & amnis Pelia quem corruptè dicimus Paliam iuxta Oropitum, quem per syncopam Orbitum vocat in Decreto Desyderius rex.*
D *Ex quo patet multis locis nomina reliquisse Pelasgos: Nam Oropitum est vrbs Achaiæ, vt patet in Ptolemæo Vnde & Achæi etiam duce Vibio, vt aiunt, Perusiam ampliauerunt. Sed videtur quòd Cato contra suum institutum agat, quia vt ab initio patuit, Cato instituerat ostendere Græcos Italiæ nullam dedisse originē. Ad hoc dicimus quòd licet magna parte Italiæ potiti Pelasgi etiā magnas vrbes condiderint, tamen vt ait Dionysius Halicar*

licarnasseus in primo libro, nō licuit eis diu victoria vti, A
quia mox à vicinis & præcipuè Turrenis à tota Italia
pulsi fuerunt, & ita à Græcanica origine integra Italia
mansit. Sentinas oppidum erat inter Aquasenses & mō
tes Tunniates, à quo adhuc dicitur pons Sentinus, & in
Liuio legimus Hetruscorum ager Sentinatem. Est etiam Sentinates
Sentinas ager in Phaliscis. Clusium vetus est cognomen
à pugna, quia cluere antiqui pugnare dicebant, vt ait Pli
nius libro decimoquinto naturalis historiæ, capite vigesi
monono. Nam illi proprium nomen fuit Comersol, quod
& Liuius in decimo ab vrbe condita consentit ibi scri- B
bens: Clusium, inquit, antea Comersolum dicebatur. Et Clusium.
quidem à duce, vt ait Cato. Berosus in quinto antiquita-
tum ait Ianum instituisse regem Vetuloniæ Comerum cọ
gnomine Gallum, à quo regio & loca nominata sunt. Ve
stigia permanent, Clusij priscum nomen Comersol, id est,
Comeri iugum, & in agro Volturreno Vallis Comera, &
Ry Comerium, id est, regis Comeri amnis, & in Phaliscis
Comersana Insula. Montes Tunniates sunt dicti Radi
cophani & sancta Flora, & vulgo corrupto Dunniata
pro Tunniata, de quibus Strabo dicit in quinto, quod Po
puloniam & Cosas sequitur prospectus Tunnorum. C
Nam ab his montibus vsque portum Herculis & Cosas
prospectus est, vbi est lacus Oropitelli, in quem Tunni
sequuti purpuras & glandes irruunt, vt ibidem signifi-
cat. Et ideo Tunniates dicuntur, qui nunc Roda Cosani
à Longbardis appellati sunt. Sora, & Soana in maritima
Senensi sunt, & nescio quo pacto in mediterraneis hic
ponuntur. De Lamone & pugna Herculis in tertio com
mentario supra Sempronium diximus. Rusellæ iacent di-
rutæ ad Thermas sancti Philippi, de quibus Liuius ait,
pugnatum à Romanis fuisse in agro Rusellano. Vmbro- D
nem in monte existimo esse nūc sanctum Quiricum, quia
sub eo oritur Vmbro fluuius, qui per Rossetum (nunc ad-
dita G. Grossetum est) in mare mergitur, vbi finit tra-
ctus Vmbriæ qui à Sale Vmbrone in regione Tyberina
incipit. Sena colonia, de qua Plinius in tertio naturalis hi Sena.
storiæ: Colonia, inquit, Senensis, circa tempora Pompeij
Colonia deducta est, quam teste Appiano in primo de

A bellis ciuilibus Pompeius quoniam fauebat duci Martio, hostiliter diripuit Saturniam nuper iidem Senenses reparauerunt, cuius meminit idem Appianus in eodem libro: Sylla, inquit, ex suis Romæ nonnullis præpositis Clusium profectus est, quo intrant residua belli, ortaque equestri pugna iuxta Glanem fluuium ad quingentos ex hostibus Sylla occidit, quo etiam tempore circa Saturniam reliquias hostium vicit. Hi Saturnini teste Plinio ante vocabantur Aurunini. Aurunus autem fuit Larthes Hetruriæ, vt Berosus scribit in quinto antiquitatum.

Aurunus.

B Phocenses dicti omnes qui regionem vallis fluenti Esaræ incolunt, vbi & vetustissimus lacus & oppidum Phocekium vulgò dicitur. Eam appellationem habent, vt fama proditur, quòd ibi Phocenses Pelasgos, Turrheni & Crotonienses deleuerunt. In hac regione rex Desyderius condidit oppida dicta sanctos Geminianum & Miniatem, vt excisum alabastro eius decretum memorat. Pistorium est triplicis originis. Latina enim origine, vt fertur, à pistoribus in Catilinario bello nomen magis refirmauit quàm desumpsit, quia à Pelasgis habitatum fuit, vt nomen accusat, quia à pistos & oros origine Græca

Pistorium.

C componitur Pistorium, id est, fidelis terminus. Nam fidi viri eum locum incolebant, quia clauis est & tanquam claustra opposita Galliæ Cisalpinæ nunc Lombardiæ. Verum etiam antiquior illi inuenitur Hetrusca origo. Est enim nomen compositum à pist, quod teste Samuele ostium, & oros quod est mons. Hinc Pistorium proprie dictum, quòd sit ostium transcendendi Apeninum montem à Tuscia in Galliam. Vnde & ab eo in Gallias con-

D tendebat Catilina, vt Sallustius in Catilinario significat. Et Antoninus in Itiner. dicit Pistorium esse viæ Aureelianæ atque Claudianæ transitum in Gallias. Vmbro alter fluuius & Stella, in regione Pistoriensi & Pratensi feruntur, Stellatini in vico Tusco Romæ, vnam tribum effecerunt, vt super Fabium Pictorem vidimus. Pistorium cinxit primus mœnibus, rex Desyderius. Fluentini cognomine Arnienses ab Arno, cui præterfluenti vicatim erant appositi, vt Plinius significat, à Iano ex primis duodecim populis positi fuerũt, vt in principio significauit

Fluentini.

ficauit Cato, & nos ibi exposuimus. Tribum etiam ipsi vnam in vico Tusco Romæ fundauerunt, vt in Fabio Pictore vidimus. Clusium nouum adhuc in Clusentino dicitur, vnde transitus fuit Annibali in Aretium & Trasimenos. Existimo quòd sit à pugna Annibalis Clusentina regio dicta, quam vulgus nunc corruptè Casentinam appellat. Æsar fluuius dictus, quia lingua Hetrusca Æsar dicitur deus, vt Sueton. dicit in vita Octauiani. Cur autem illum Hetrusci vti deum extimuerint, fabulam refert Strabo in .5. libro. Is Æsar fluuius cum Arno congreditur, & simul cum eo in mare mergitur, non procul portu Lygurno. Croton mediterranea, tempore Dionysij Halicarnassei colonia Romanorum facta, & dicta Cortonia, vt in primo libro idem Dionysius asserit. Ergo antiquitus, neq; Cortona dicebatur, neq; ab antiquo Corito deriuationem & originem habuit, sed Croton mediterranea appellata est, vt Dionysius, Cato, & alij dicunt, & à socio Herculis Ægyptij originem traxit, qui Croton dictus est. Sequitur.

A Clusium nouum. Æsar. Croton. B

APeninus mōs Italiam in duo secat. Radices sub Pænino transitu Annibalis in alpibus à Nicea ad ipsum fermè Pæninum in latitudinem extenduntur, & vsque ad Macram Lygures montani incolunt. A Macra item ad fontes Tyberis ad inferum mare Thusci, ad superū Galli Aureliani & Æmyliani. A fontibus rursus Tyberis ad Narem Vmbri inhabitāt. Principio Tysernum, & in fine Ameria Tuder sunt. Galli omnem Vmbriam pulsis Hetruscis occupauerunt, exceptis Typherno, Esisio, Hyspello, Fulgineo, et vetusta Veiorū prole, quā Veilumbram, id est Veiam prolem antiquam Vmbram dicunt,

C D

 in qui

A *in quibus principes sunt Spoletum, Tuder, Meuania, & Ameria fermè nongentis annis & amplius restituta ante Persæ bellum à Veiis Hetruscis antea condita, duce Ameroë Atlantis Itali ex Pleiona vxore filia. A Nare porrò amne vsque ad Equiculos tenent Sabini à Sabo conditi Sabatio Sangni gentili edito.* B *Inde ad fontes Sarni amnis Sabelli Sabinorum proles incolunt.*

De Pœnino & Apenino & incolis eorum copiosissimè in commentariis Sempronianis traditur. Quæ verò percurrenda sunt, hæc videntur. Primum, quia Plinius in tertio naturalis historiæ, dicit Catonem tradere ante Perseum bellum annis supradictis Ameriam conditam, cùm tamen dicat restitutam à Veiis, videtur mihi ad hoc dicendum, quod vel Cato alibi illud scribit, vel Plinius sumit C *conditam communiter, quia omnis vrbs dicitur communiter condi quum fundatur, vel cõsummatur, vel ampliatur, vel reparatur, vel restituitur & reædificatur.* Condi. *Vnde à pluribus & diuersis tẽporibus legimus Carthaginem fuisse conditã. Cæterum de Atlante Italo, socero Coriti Thusci & vxore ac filiabus eius geniti in Volturrena sede Coriti, & locis eorum extantibus, simul & Sabatio Sangni gentili Sabi, in Berosianis cõmentariis plenè tradidimus. Sequitur tamen, omnes Veilumbros à Veiis priscis Vmbris ortos in Saleumbrona.* D *Nam Veii amnes & Veia vetusta prædia in Saleumbrone sunt. Est enim Veilumber Veia proles Vmbra. Sequitur.*

Lucani à Sanitibus (duce Lucio) dicti, sed ante illum Coloniæ erant Hetrusci generis, qui sunt Bussentum à Vussetinis, Sentini, Tergilani, Vrsentini item à Trasimenis, Volcentini à Volce maritima, & Thebani ab Ocno missi

A

Super Sempronium & in aliis de his diximus, quos etiam Plinius in tertio naturalis historiæ his locis enumerat. Hetruscæ verò fuisse originis nomina sunt argumento. Nam Vusetini sunt incolæ Volturreni in Thermis adbuc Vusetinis dictis, quanquam in Plin. 3 lib. ca. 6 Esetini stomachosa impressio notat. Cuius error patet cùm quia tota impressio illa mendosa est, tum vel maximè, quia post maritimam gentem & colonias Thusciæ, Plinius per ordinem alphabeti alias vrbes & vicos Thusciæ enumerat. Et vt patet ibi, Esetini sunt in litera V. Quare Vusetini Thusciæ sunt, à quibus Bussentum. Vnde & Busseta vulgò Thermas & vicos deletos proferimus. Sentini vtiq; à Sentinatibus orti, sicut Vrsentini à Trasimenis. Vrsaiam enim regionē planiciemq; ipsi subiacentem. Cortonienses nuncupant. Thebani ab Ocno missi, dicti sunt, qui cum sua genitrice fatidica Manto Thebana ad Tyberinum venerunt, & Hetruscis coniugio iuncti fuerunt, & illò missi. Sequitur.

Vusetini. Vusetinæ Thermæ.

B

Vrsentini

C

SAngni gentilem Sabi pronuntiant Sabini, Sanctum Romani, Sagam Barbari, à quo & Sagi primi Thusci, id est, pontifices & sacri expiatores. Ex quo patet leuitas cū loquacitate Græcanica quæ à Lacedæmoniis ortos scribunt Sabinos, & Græca origine à Seuomæ dictos fingunt. Sed Roma tum rudis erat, cum relictis literis & disciplinis Hetruscis, mirabunda Græcis fabulis rerum & disciplinarū erroribus ligaretur, quas ipsi Hetrusci semper horruerunt, neq; ob id Latinas quidem voluerunt suscipere vsque ad Cecinnam Volturrenum magistrū quadrigarum & augurum principem, patrem Menippi & auū Menodori, quos ante illum pater eius Volturrenus,

D

A *nus, auusq; Titus & proauus Turrenus, semper Romanis principibus charissimi renuerũt, cum ad eas recipiendas vrgerentur. Nam ipse Turrenus patre Elbio Volturreno & regum Hetruscorum vltimo ad lacum Vadimonis caeso equidem ad reddendam vrbem Hetruriã anno secundo Olympiadis centesimae vigesimae*
B *quartae allici potuit, sed ad recipiendas Latinas literas nunquam persuaderi potuit.*

Sagi. *Etiam tempore Plinij Sagi Thusci dicebantur, qui egesserunt septem maria, & ostio Padi Sagae nomen imposuerunt, vt scribit in tertio naturalis historiae, cap. 17.* Saga. *Festus quoq; Sagam exponit expiatorem, & diuus Hieronymus immolatorem, quod est pontificis & sacerdotis officium. Sed de his tetigimus super Sempronium, & Berosum, & Fabium Pictorem, vbi etiam ostendimus Sabi-*
C *nos à Thuscis non Graecis originem & disciplinas assecutos fuisse. Hoc loci notãda sunt haec. Primum quòd Ianus* Physicã Ianus docuit. *docuit Physicam & Astronomiam, vt Berosus asserit & Physici, quia teste Macrobio Physici Ianum miris argumentis diuinitatis consecrant. Et vt ait idem Berosus, & Macrobius in primo Saturnalium, referẽs Xenophontem, primus Italos docuit ritus sacros & religionem & Theologiam, adeo vt Mythici tradant sub Iano omnium domos religione ac sanctimonia fuisse munitas. Et vt prosequitur Berosus moralem viam & diuinationes, quibus*
D *praeualuerũt Hetrusci, docuit, & literis mandauit. Quae omnia vsque ad suam aetatem durauisse Diodorus in sexto asserẽs: Turreni, inquit, literis & inuestigationi rerum naturalium atque Theologiae plurimo tempore impenso, praecipuè in interpretatione fulgurũ versati sunt, adeo vt vsque ad aetatem meam vniuersus orbis, tum ad miretur viros, tum interpretibus fulgurum vtantur. Secundo notãdum est quòd ipse Ianus fuit patria Ogygius* Iani patria *Phoenix, & ob id propriae Hetruscae Ianigenae literae at-*

que

A

Literæ Chaldææ certissimæ & antiquissimæ sunt, Græcæ verò cōfusæ.

que disciplinæ erant Phœnices, eædem Assyriæ, quarum à Græcis distantia est, quia Phœnices & Chaldææ certissimæ sunt & antiquissimæ, & toti orbi admirabiles. Græcæ verò confusæ & nulla vnquam certa sententia habita, per omnem vitam homines errare compellant, vt clarè asserit Diodorus in.3.lib. Et ideo non mirũ est quòd ait Cato, quia Hetrusci semper horruerunt literas & disciplinas Græcorum vti nouitias & inconstantes & sibi ipsis dissidentes, cùm ipsi antiquissimas & vsque ad tempora Diodori toti orbi admirabiles à Iano traditas retinerent.

B

Contra Aristotelē quia Græcus.

Audeo dicere atque probare cum oportuerit, etiam ipsum Aristotelem inconstantem esse, atque pluribus locis mendacem. O quantum nocuit veritati Italicæ à Iano traditæ, introductio vanissimæ philosophiæ Græcorum. Verè Cato vates fuit, qui vt in principio ostendimus ad filium scribens, quandocunque, inquit, gēs ista literas suas ad nos adducet, omnia corrumpet.

Hoc Vaticiniunm Catonis maximè in Sancta ecclesia cōperimur impletum in Martino Luthero & sibi adhærētibus, q plus Græcis literis student quàm Latinis.

C

Tertio notãdum est, vt ait Liuius in.9.ab vrbe condita, Romani discebant antea literas & disciplinas Hetruscas, vt postea Græcas, quia rudis Roma non aduertebat, sed mirabatur eius fabulas & mendacia. Nam postea erudita, & animaduersa eorum mendosa leuitate exclamabat: Omnia nouit Græculus esuriens. Et item, quicquid Græcia mendax audet in historia. Et idcirco Hetrusci nolebant disciplinas Latinas suscipere, quia pendebant à Græca fabulosa mendositate. Quarto notanda est Genealogia principum fani Volturnæ post perdomitam Hetruriam. Vltimus, inquit, Hetruscorum Larthes fuit Elbius, à quo vicus Cyminius Elbius in Ptolemæo legimus.

D

Elbius

Hoc cæso ad lacum Vadimonis vrbem defensabat Turrenus filius eius, qui eam tandem Romanis dedit, vt hic notat Cato & Valerius Maximus lib. 4. cap. penultimo, cum de Hetrusco adolescente loquens, quod inquit, sequitur externis annectã, quia ante gestum est q̃ ciuitas Hetruriæ daretur.

Turrenus. Titus.

Huius Turreni filius fuit Titus qui si quo authore memoretur, nondum cōperi. Huic Tito pater fuit Volturrenus, non solum prout Volturrenus est nomen locale, sed proprium, vti Florentinus Cecynna illustris pricipatu quadrigarũ & augurãdi, vt hoc

A loci Cato, & Plinius in naturali historia, & nos in. XXVI. & XXVII. quæst. Annia docuimus. Argumentum verò quòd primus literas Latinas suscepit, quia in Surrenæ Thermis canale ingens plumbeum Cecynnæ inuenit Paulus Benignus ita Latinis literis excisum. TVRR. TITIANI. V.C. id est, Turrheni, Titiani, Volturrheni, Cecynnæ. Ita Cecynnæ epithetum paternum auitum & proauitum antecedunt more Latino. Hic Cecynna genuit Menippum patrem Menodori, cuius meminit Appianus in li. 5. de bellis ciuilibus dicens Menodorum Turrhenum classe parata affuisse Iulio Cæsari contra Pompeium iuniorem, fuitque bello nauali Menocrate superior Menodorus noster Turrhenus. Etenim semper Capi fuerunt Hetrusci, & inter dominos quadrigarum & principes legionum computati apud Romanos, vt hoc loci Cato & Horatius in primo Sermonum, Satyra sexta, à patribus & auis sub Mecœnate commendat dicens. Non quia Mecœnas Lydorum quicquid Hetruscos incoluit fines, nemo generosior est te, Nec quod auus tibi maternus fuit atque paternus Olim qui magnis legionibus imperitarint. Hoc

Cecynna. *Menippus.* *Menodorus.* *Mecœnas.*

B

C quoque loci notandum est quòd quidam Mecœnatem existimarit fuisse ex antiqua Turrhena siue Hetrusca lingua Volturrena, percharumque Octauiano fuisse, quia fuit filius Menodori cuius ope atque industria vicit residuas belli Pompeiani furias Iulius Cæsar Octauiani pater. Sic enim Mecœnas incoluit siue incola fuit Hetruscus id est, Volturrenus, quia Hetrusci sunt proprio cognomine Volturreni, quibus solis limites Hetrusci & Lydorum fines sunt iidem, tam ex parte Cyminia quàm Tyberina. Nam Vetulonia fuit à principio decus Mœoniæ gẽtis, vt

D ait Sillius in octauo. Et eadem Lydia gens bello præclara iugis insedit Hetruscis, id est, Volturrenis & Cyminiis, vt clarè ostendimus in quæst. Anniis, præcipuè quæst. 8. 9. 11. 30. & 32. Et à Turrhena Tyberis Turrhenus & à gente Lydius dictus est, & ab eadem vrbe Hetruria & Tusca cognomine, dictus est Hetruscus & Tuscus non Latinus, vt Fabius Pict. in fine de origine vrbis Romæ asserit. Vnde Acron supradictum carmen exponẽs ait. Lydorum (inquit) Hetruscos fines incoluit Mecœnas,

quia

quia Lydi profecti ex Asia incoluerunt Hetruriā circa Tyberim dicente Virg. vbi Lydius amnis inter opima ferens. Magnis autem legionibus, quia (inquit Porphirius) magnis Lucumonibus imperitarunt proaui Mecœnatis & fratris eius. Erant enim Tusciæ duodecim populi, & singulorum singulus Lucumo rex atq; singula legio, quibus vnus imperabat. Idem dicit Seruius super octauum & decimum Æneidos. Et hoc modo expositio Horatiani carminis est vera ad vnguem, quòd aui paterni & materni Mecœnates imperauerunt magnis legionibus duodecim populorum, quia Elbius fuit Larthes Hetruriæ & eius plurimi antecessores. Et ita in Odis expositiò hæc vera est, vbi Horatius ait: Mecœnas atauis edite regibus, scilicet Larthibus nedum Lucumonibus. Et in alia Oda: Turrbena (inquit) regum progenies tibi, quia anti qua Turrena, id est, Volturrena Elbius & eius aui Larthes orti sunt. Quidam dicunt eundem Mecœnatem ori undum ab Aretio, inducuntq; Macrobium in secundo Saturnalium ita dicentem: Augustus quia Mecœnatem suum nouerat esse stilo remisso, molli, & dissoluto, talem se in epistolis quas ad eum scribebat sæpius exhibebat, et contra castigationem loquendi, quam aliàs ille scribendo seruabat, in epistola ad Mecœnatem familiari, plura in iocos effusa subtexuit, ita: Vale mel gentium, Metuelle ebur, Hetruriæ æsar, Aretium adamas, supernus Tyberinum, Margaritum Cylneorum, smaragde Iaspi, figulorum Berylle, Porsenæ carbunculum. Ad hæc respondetur, quòd nihil de ortu Mecœnatis magis de Aretio, quàm Hetruria & Clusio Porsenæ exprimitur in hac epi stola, sed solum epitheta quæ Augustus ei tribuebat, vtputa quòd esset gentibus dulcis, Aretio adamas, Hetruriæ æsar, Tyberinis supernus: Figulis, id est, poëtis Beryllus, & reliqua. Est autem æsar lingua Hetrusca deus dicente Suetonio in vita Octauiani. Ictu, inquit, fulminis ex inscriptione Cæsar: statuæ eius prima litera nominis effluxit, responsumq; est centum solos dies posthac victurum, quem numerum c, litera notauit: futurumq; vt inter deos referretur, quòd æsar, id est, reliqua pars è Cæsaris nomine Hetrusca lingua deus vocaretur. Rursus

Mecœnas scribendo mollis.

A *quod ad propositum nostrum facit, Mecœnas inter poëtas eximios Latinos nutritus, vix linguam Latinam sciebat, quum stilo scriberet remisso, molli, inconstante atque dissoluto, vt intelligas paulò ante à Cecynna Volturrbeno susceptas Latinas literas, adhuc ab Mecœnate dissolutas & molles haberi, vt Cato insinuat.*

Sequitur:

Palatinũ collẽ Roma Itali filia, sed prius Palatini Aborigines tenuerunt, qui ex agro
B *Rheatino ad pascua ouibus quærenda illò profecti sunt. Argumento est Vellia Palatini altera pars à vellenda lana, ante his monstratam Hetruscam tonsuram appellata.*

Varro in primo libro de lingua Latina eadem scribit, & nos super Fabium Pictorem exposuimus. Et quia Vellia à vellendo, vnde & vellus nomen habet, idcirco debet scribi geminato ll. Nam vnico l, Velia est vrbs Italiæ, vt Verg. Portusq; require Velinos. Hetrusci docuerunt Ita-
C *liam lanificium & tonsuram ouium, & tincturam pannorum, quia teste Sillio in octauo, Vetulonia princeps Tyrio vestem prætexuit Ostro. Et ob id vellus Romanũ nuncupatur. Tuscum à doctoribus Tuscaniensibus, vti est id Iuuenalis in Satyra:*

Hetrusci docuerunt lanificium, tonsuram ouium, et tincturam pannorum.

Præstabat castas humili fortuna Latinas.
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat
Tecta labor, somniq; breues, & vellere Tusco
Vexatæ duræq; manus. *Sequitur:*

D *Capitolium dictum à capite inuento fluente sanguine, dum Iouini templi fundamenta iaceret princeps Tarquinius. Nam antea Tarpeius à Tarpeia ibi scutis Sabinorũ obruta, sed prius Saturnus vocabatur. Sub eo Ianus quadrifrons. Quirinus à victoria Lucu-*

monis

A

monis à Quirino colle mouentis.

Capitolium sæpe mutauit nomen, vt Cato nunc & Varro in primo de lingua Latina docent. Ianus verò vnde dicatur. Quirinus exponit, cuius historia tacta est super secundum librum Fabij Pictoris. Sequitur:

Quirinalis à Iunone Sabinorum dea, quā illi Curitim, id est, hastatam Iunonē vocant. Etenim hastam curim & curinam proferunt, quia his simul & Hetruscis non est litera q, sicut Romanis. Inde Quirites.

B

Itum Hetrusci etiam & Itim proferunt, quos Ægyptij Isum & Isim, Latini autem Iouem & Iunonem, vt Seruius super Æneida, & Macrobius in Saturnalibus insinuant. Vnde sub statua Cybelis de Isi Ægyptia, quæ venit ad nuptias eius, ita scriptum est literis & verbis Hetruscis: Veizu Meos iti, Meos iey zeb. Id est, Veiuso hospita Isis hospitata est epulatrix, vt probauimus in tractatu de literis & titulis inuentis Hetruscis.

C

ANTONINI PII
ITINERARIVM CVM COMmentarijs Annij.

ANtoninus Pius Cæsar Augustus, etiam pietatis laudem confirmauit, dum hoc itinerariū scripsit. Caussa enim scribēdi pietas fuit, dum pauperibus & peregrinis, itinera totius orbis descripsit: vt qui aut fugerent, aut in bella irent, aut ad dominos proficiscerentur, aut quauis causa remotissimas regiones adirent, sine indice ferè vndique penetrarēt. Porrò quæ habentur nunc itineraria Antonini, non sunt, sed fortè ex fragmentis aliquot collecta, & plura his addita, multa diminuta, plura immutata. Argumento sunt duo fragmēta, quæ apud me sunt ex collectaneis magistri Guillelmi, collecta anno Salutis M.CCC.XV. Nam primū fragmentū ex procemio est. At in his quę modo habentur, nullum proœmiū est. D

A est. Deinde in secundo fragmento, sex celebratissima tunc itinera ab vrbe Roma in Gallias docetur. At in his quæ vulgantur, nullius memoria fit. Rursus singula oppida, & vrbes, quæ in singulo itinere ab vrbe Roma vsque in introitum in Gallias successiuè occurrunt, distinctè enumerat. Sed in vulgatis, omissis oppidis etiam itinera deleuerũt, non scripserunt. Item miliaribus vtuntur hæc vulgaria, quibus soli Itali vtuntur. At Antoninus non miliaribus vsus est, sed successione oppidorum, quia omnia orbis itinera, omnibus gentibus descripsit, quæ
B gentes profectò successiones oppidorum intelligũt, miliaria nesciunt. Amplius, itinera maritima, à mediterraneis discreuit Antoninus. At vulgata cõfundunt omnia & miscent, vt Saleumbronam & Larthem in maritimis ponunt, quæ sunt in mediterranea Vetulonia. Denique & nomina corrumpunt vulgata, vt Martis pro Larthes, & Florentiam ponit, quæ non extabat Antonini tempore. Ex quibus patet, hos vulgatos codices non esse totos Antonini Itinerarium, sed eius magnam corruptionem à
C posteris, per additionem, & diminutionem priuato studio procuratam. Nam si ita cætera essent, vti hoc fragmentum, verè toto orbe quis peregrinaretur absque indice & errore, sciretq; integrè totius orbis Topographiam, & nomina itidem ciuitatũ & locorum. Igitur & hæc duo fragmẽta exposituri sumus pro sui tum breuitate, tum antiquitatis splendore: in quorum primo, pars procemij ponitur sub his verbis:

D *DIuus Augustus, quamuis totum orbem rectè diuiserit, vbi ait: Orbis totus diuiditur in partes tris, Europam, Aphricam, & Asiam, quæ ferè est dupla ad quamlibet duarum, in descriptione tamen lo-*

corum

torum orbis, multa loca memoratu digna siluit, quaeue in praecipuis itineribus oppida & vrbes occurrant, quae maxime tum militibus, tum peregrinantibus, tum historicis non parum proficiunt, neglexit: Ea nos suo nunc ordine percurrere instituimus. A

Plinius in tertio naturalis historiae capite sexto asserit se in partitione Italiae nolle sequi Augusti ordinem. Ex quo patet, Augustum grosso & indigesto atque diminuto ordine descriptionem orbis tradidisse, quum Plinius & Antoninus illam despexerint. Nec mirum. Primi enim semper posterioribus rudius & magis ieiunè doctrinam ordiuntur, quia posteris facilè est inuentis addere, vt ait Aristoteles in Ethicis. Primus autem omnium qui descripsit vniuersum orbem, fuit Caesar Augustus, quando pace parta mari, terraque, CHRISTVS salus nostra ortus est, vt insinuat Lucas Euangelista, Iosephusq;, ac Latini historici Haec de fragmento prooemij. Nunc ad secundum fragmentum veniendum est, in quo de sex itineribus ab vrbe Roma in Gallias, nunc Longbardiam, verba facit. Et ita litera diuiditur in sex partes. In prima diuidit sex itinera, & exponit primum Maritimum, dicens hoc modo: B C

Ab vrbe in Gallias itur itineribus sex, maritimo, littoreo, Aureliano, Cassiano, Tyberino, Flaminio. Maritimum tenet Pheregenas, Castrum nouum, Cellas, Herculem, Thelamonem, Caput Etruriae, Phaliscas, Traianum, Populonium, Vada, Lygurnum, Erycis, Entelliam, Delphinum, Genuam inter Porsenam & Pheritonem, Monachum, Nicaeam. D

Maritimum dicitur, quod fit nauigio: in quo post

Ostiam

A Ostiam primus portus occurrit Pheregene, dictus à Pheronte & Genio Iano, vti exposuimus in decimotertio Fragmento Catonis. Erat oppidum vbi nunc palus. Castrum nouum tunc, sed deletum vetus dicitur, vt lapis excisus in mœnibus à Pio secundo Pontifice Max. indicat. Vulgo dicitur portus Ciuitæ Vecchiæ. Cellæ portus est iuxta ostia Minionis, vbi dicitur portus Cin Cellæ. Omne littus post Cære vetus vsq; Minionem dicitur vulgo Etrusco veteri Cellæ. Vnde amnis post Cære adhuc dicitur Marecellianum, vulgo verò Marcellianum. Quare

Pheregene. *Cellæ.*

B nomina sunt argumento, quòd ab amne Mare Celliano ad Minionis ostia, vbi Cellæ, dicitur Marecellianum, & littus Cellianum, vbi quum Cæsar posuisset centum sedes iudicum, vocauit eas à numero centum, & à littore Cellas. Herculis portus & Thelamonis sunt iuxta Turrenam, sic dicti à principibus Argonautis, qui illò aduecti naui in vicinum fanum Volturnæ, siue antiquæ Turrenæ ad Lucumones profecti, & lacu Cyminio effecto, atq; puella Faula præmio habita, per Cyminium iter ad Euādrum iuerunt, & in Capitolina Saturnia subsederunt, vt

C probauimus in nona & in XXVI. quæst. Annia. Hi portus nomina retinent. Caput Etruriæ portus supra Thelamonem est versus Populoniam, sic dictus, quia ibi incipiebat Lyguria Etrusca vsq; in Ostiam, vt probauimus in XIII. fragmento Catonis. Dictus est portus Etruriæ ab vrbe metropoli Etruria, cuius pars celebrior Volturna est. Vulgus, nunc vti & nautæ, dempta secunda r litera, dicunt caput Etruiæ, pro caput Etruriæ. Nam adhuc subtracta litera r dicimus vallē Comeam, & in præ-

D dijs Electræ fontes Electaios profert vulgus, pro valle Comera & fontanis Electrais. Sunt autem fontes Electrai, in fine prædiorum Electræ, non longe à Volturnæ fano, nunc Viterbo, quorum caput est mons & oppidum Coriti viri sui, quod vsq; ad hanc ætatem dicimus veteri lingua Etrusca Corit Ny Enta, id est, Coriti mons & oppidum, vti probauimus in trigesimasexta quæstione Annia. Rursus Phaliscas supra caput Etruriæ portus, vulgus vacat Phalesce. Traianum portū Ptolemæus describit vbi nunc Plobinum, quod vulgus corruptè addita m

Phaliscæ.

Plom-

Plombinum profert, sicut corruptè dicit Capiliam, Campanianum, Campitolium, pro Capitolio, Capilia, & Capaniano. Capilia enim est id quod iunior Pilia vrbs à Pilijs socijs Nestoris post Pisas condita, & Capanianum similiter posterius Panianum ab eo Pana dictum, quem Latini vocant Bacchum, vt probauimus in commentarijs super Etruriæ topographiam Plinianam. Hinc Capanianum est posterius oppidum Baccanum, à quo tota circũ regio, & sylua olim Capaniana, nunc Latinè Bacchana dicitur Populonium post Plobinum oppidum deletum, & sic dictum, quia erat puppium Philarcha, vt exposuimus vigesimaquinta quæstione Annia. Vada nomen retinent inter Volaterras & Pisas, sic dicta, quòd ab his vertatur littus in Lygurnum superius. Nam quod Ægyptij proto, id Aramei & Etrusci dicebant vado, Latini autem verto Et ob id idem est Proteus, Vadimõ, Vertumnus, vt probauimus in commentarijs super Xenophontem de æquiuocis. Lygurnus portus dictus à Lygure filio Phaëtontis, quem Græci & Latini proferunt Phaëtontem, & Lygures Pheritonem, vt probauimus in decimotertio fragmento Catonis. Erycis portus nomen retinet à parte Tusciæ qua est oppidum Erycis, sed ex parte Lyguriæ ab oppido Veneris portus dicitur. Ptolemæus sinum Erycis vocat. Sillius verò Italicus in octauo libro, & Strabo in quinto appellant portum Lunæ, quo non est spatiosior alter. Entellia interpretatur Aramea & Etrusca lingua Isthmos oppidũ, ab Ellia quod est Isthmos, vt Talmudista noster interpretabatur, & Enta quod est oppidum. Vnde & Corit Ny Enta superius dicta, dixit dici à Ny quod est mons, & Enta oppidum, quia fuit Coriti mons & oppidum, vt exposuimus copiose in fragmentis Catonis decimoquinto, decimosexto & quæstione Annia decimaseptima. Existimo hanc Entelliam esse, quod vulgus Lygusticum vocant Sextum orientis. Et Plinius Segestam Tigulliorum. Est autem Tigullia intus siue mediterranea, Segesta verò maritima, vt idem Plinius significat in tertio naturalis historiæ cap. 6. Quidam dicunt Tigulliam, nunc dici Lauiniam illustrem comitibus Lauiniæ. Cuilibet tamen licet opinari.

A Capilia. B Proto. Vado. Lygurnus portus. C Erycis portus. Entellia. D Tigullia.

A Delphinus hortus & porcifera à duce Porco dicuntur, quem posteri per aspirationem Phorcum dixerunt, qui colonias à se Porcas, Porcareces, Porcarilias, Porciferas, & à suo nomine Turrenas Delphinas ab Etruria vndiq; transportauit, vt probauimus in commentarijs super Myrsilum, & super quintum Berosi. Pheriton, à quo adhuc Pheritiana regio circa Bisamnem, à Phaëtonte patre Lyguris nomen tenet, vti exposuimus in fragmento decimotertio Catonis. Genua verò à cognomine Iani, & Ianua ab eius nomine eadem dicitur. Cui argumento est, Caryn Ianum promontorium, pars Genuæ veteris. Est enim Etrusca, Hebræa & Aramea lingua Caryn id quod

Porcus.

Pheritiana

Ianua aliâs Genua, vnde Genuenses.

B vinea, vt etiam D. Hieronymus interpretatur. Hinc Caryn Ianum, id est, vinea Iani dicitur, & pars nouæ Genuæ: Vineæ item dicitur, vbi S. Maria in Vineis. Itaque nomina & cognomina sunt argumento, à quibus originē habeant Genuenses, videlicet à Phorco rege, à quo Phorcifera, à Phaëtonte, à quo Pheritō & Pheritiana, vt proferunt Lygures, aut Phaëtontea, vt Latini & Græci. Rursus à patre totius Italiæ Iano Genio, & Ianua, &

C Caryn Iana, & Genua dicitur, licet quidam ignari antiquitatum & originis Lygusticorum & Etruscorum nominum referant ad Latinam origmem, existimantes eā dici à gignendo, vel figura genu, & eiusmodi. De his tribus simnl Plinius in tertio naturalis historiæ capite sexto. Flumen, inquit, Porcifera, oppidum Genua, fluuius Pheriton, portus Delphinus. Quidam mendosi codices habent Pheritor pro Pheriton. Nomen fluuio à vulgo est Bisamnis, & à iuxta eum regione Pheritiana Pheriton.

D De Monacho supra Catonem diximus. Niceam, quia est limes Italiæ cui Tusci imperitabant, existimo à Larthe Etruriæ Nicio missis colonijs dictam, vti in vicinā Galliam Braccatam Narbonensem dictam prouinciam antea colonias miserant Athlas Italus, Larthes Vetuloniæ, et socer eius Coritus, cuius proprium nomen fuit Cābo pro Electræ nuptijs, et à se tribus nominauerunt, vt clarè scribit in quinto libro Berosus, et eas Plinius in tertio naturalis historiæ cap. v. excurrens colonias et vrbes huius prouinciæ, ita eorum trium nominibus nominat, dicens:

Nicea.

Ceni-

Ceritenses, & Cambo Electri, qui Athlantici cognominantur. Vnde nom mirum est, si Nicius Larthes illò misit colonias, quum etiam Turreni capta Corsica, ab eiusdem nomine vrbem Niceam condiderunt, vt author est Diodorus in sexto libro, & nos in historia Etrusca posuimus. Hactenus de primo itinere maritimo Antonini, quo possunt adiri tam Galliæ Cisalpinæ quàm Transalpinæ. Nūc de alijs itineribus, quibus potest adiri sola Gallia Cisalpina, prosequitur. Et primū de littoreo ita dicit: A

Littoreum continet Alsium, Cære, Pyrganum, Forū cellæ, Grauiscas, Cosas, Volaterras, Pisam, Lunam, & ipsum transitū in Gallias Cariaram. B

Littoreum appellat, quo non nauigio, sed terrestri itinere ibatur per maritimas vrbes, licet aliæ propiores littori, aliæ remotiores sint. De Alsio diximus super Catonē & topographiā Plinianam, viculus magis quàm oppidum fuit. Reparatū olim à Cæritanis proximis veteribus, submutato nomine dicitur Ceri à reparatoribus. C Cære verò antea dicebatur Agilla à Pelasgis condita, vt Cato & Plinius & Dionysius consentiunt. Hanc Agillinam pulsis Pelasgis Mezentius superauit, & à victoria ipse Agillinus, vti Scipio Africanus dictus est, & ipsa vrbs ab omine, vt Strabo in quinto scribit, dicta est Cære. Nunc Cæreueterem dicimus, ad distinctionem oppidi supradicti Ceri. Pyrgus & Pyrganum per y psilon, à Græcis nomen habuit. Nam Etrusca lingua Carcarin dicebatur, id est, oppidum oppidorum, sed debet proferri per u Latinum, & dici Purgus & Purganum. Vnde & D sanctā Mariā Purgani agri proferunt in colle castri veteris, olim notā Forū cellæ vulgo vocant Forcellæ. Est non longè à Cincellæ oppido. Ciuita Vecchia est Cincellæ, vt quidam volunt, quod nō sentio. Nā (vt diximus) sub amne Marcelliano vsq; ad Minionem, Cellensis ab Etruscis, Pyrgana à Græcis quasi per interpretationem dicta fuit, quia quod Cellæ Aramei, Purgū Græci, Latini propriè defensiuā turrim intelligunt. Omnes igitur huius regionis

Alsium.

Cære.

Pyrgus.

Forū cellæ.

A gionis viculi, & incolæ vocabantur Cellenses, & Pyrgi veteres à mari Celliano ad amnẽ Minionem, quos inclusit Verg.in.x.Æneid. dicens: Qui Cerite domo, qui sunt Minionis in aruis. Et Pyrgi veteres, intempestaq; Grauiscæ. Sunt aũt Grauiscæ Latinè, sed Nuetũ Etruscè, vt patet in inscriptione Etrusca Cornuetana, & nos probauimus quæstione Annia vigesimatertia & trigesimaseptima, & in fragmentis Catonis vndecimo & decimoquarto. Nuetum enim Etrusci, sed Nubetum & Grauiscum

Cornuetũ. dicunt Latini. Porro à corno insigni eorum arbore, Cor-

B nuetum dictũ est, sicut Luna Perusia, Sutrium, Nepe, Fescennium, Vetulonia, & eiusmodi, vti demonstrauimus in supradictis quæstionibus. Cosæ supra tumultuosam partem maris, cui imminet portus Herculis, vt Strabo in quinto est author, olim deletæ à Gothis, pòst à Desyderio rege restitutæ, à Germanis ducibus eis præpositis Asidoniæ dicuntur, id est, à Sidonijs restitutæ ac regnatæ. Nã tã Longobardi quibus imperabat Desyderius, q̃ Sidones sunt Germani, vt patet percurrẽti Germaniæ chorographiam in Ptolemæo, vbi Longbardos describit à Rheno fluuio sub Sicambris vsq; ad trophea Drusi

C & sequentẽ fluuiũ Albim. Sidones verò è regione vltra Albim fluuiũ sunt iuxta fluuiũ Vistulã, quem nunc Visclã vocant. Nunc Sidones dicuntur Poloni, & Sidonia

Sidones. Polonia est. Cui multa sunt argumento. Primũ, quia ciuitatẽ eorum metropolim Cracouiã interfluit amnis Vistu-

Loocibuti. la, & Sidones ibi sunt. Rursus Loocibuti populi olim dicebantur, à quo Boëmi Loob vocant Polonos. Et Loocibuti sunt iuxta Sidones. Cosæ itaq; Asidoniæ à reparatoribus dictæ sub Carolo magno iteratò à Saracenis obrutæ

D iacent. De Volaterris, Pisa, Luna, satis explicatũ est super fragmenta Catonis & Topographiã Plinianã. Cari-

Cariara. ara nomen est Etruscũ, à Car, & Iara, quæ duo vrbẽ & Lunam significant, teste diuo Hieronymo de interpretationibus nominum. Hinc Cariaram vrbem Lunæ & regionem Lunæ significat. Et vulgus corruptè Carrariam pronuntiat, vnde à Tuscia transitur in Galliam Cisalpinam, nunc Longbardiam à victoribus Longbardis.

Sequitur Antoninus de tertio itinere sic dicens:

Aurelias

A

Aurelianum, quod & Claudianum, fertur per ipsam Aureliam, Thermas Stygianas, Forum nouem pagorum Claudij, Tarquinias, Saturniam, Volcē, Tunniatem montem, Rosellas, Rosetum, Tursenam, & transitum Apuam.

Vbi sit Aurelia vicus, aut oppidum post vrbem Romam nondum compertum habeo. Thermæ Stygianæ nomen retinent, & à lacu vicino Sabatino, nunc Barcenni, dicebantur etiā balnea Sabatina, vt patet in vita Protogenis martyris. Et eadem à Cære veteri vicino Ceritana balnea vocauit Strabo in quinto, comparans eas Thermas, Etruscis Caiis dicens, vbi Etruria maxime Romæ appropinquat abundat aquis calidis, & non minus quàm Caiæ, quæ nobilitate sui præcellunt alias. Sed quidam ridiculi amoto g vel c posuerunt b & dixerunt Baiæ pro Caiæ. Et similiter super elegia Tibulli de lymphis Thermisq́ Etruscis vbi ait: Nos tenet Etruscis manatque montibus vnda, posuerunt Baiarum pro Caiarum. Ita hi dum Topographiam nesciunt, & antiquitates negligunt, vtiq́ etiam ipsos authores corrumpunt: vt ostendimus in Annia quæstione. XXI. Ridiculosius etiam exposuerunt quidam illam Elegiam, quum Baiæ neq́ à montibus Etruscis fluant, neq́ lymphæ Tusciæ dici possint, neq́ à condita Italia vnquā illa regio Baia fuerit ab Etruscis vel possessa, vel regnata, vel habitata, quanquā Capua fuerit Etruscorū oppidū, vt non solū docuimus, sed etiā demonstrauimus in fine cōmentariorū Sēpronij, & alijs locis. Forū verò nouē pagorū Claudij, à quo iter Claudianum dicitur, etiā memorat Plinius in. III. naturalis historiæ, cap. VI. Et per hoc iter fugit ab vrbe Roma sanctus Flauianus martyr in arcem Iti quæ & mons Physconus dicitur, vt exposuimus in. XVI. fragmento Catonis, & in vita eiusdem sancti Flauiani corruptè mons Fiasconus & arx Ici scribitur. Vt autem dicitur in vita sancti Protogenis martyris, ductus ad Thermas

B *Thermæ Stygianæ*

C

D *Forum nouem pagorum.*

A Stygianas, inde ad Forumclaudij quod distat ab vrbe Roma.xxviii.miliario, pro Christo decapitatus fuit. Est
Tulsa. igitur Tulsa noua inclyta præfectis Romanis vsq; ad tēpora nostra, quæ destructa à Saracenis, nomen Claudiū perdidit, & à reparatoribus vicinis Tulfanis veteribus nomē desumpsit, sicut diximus de Alsio, & de Cosis. Ab hac Tulsa noua, olim Foroclaudij, recta via est in Tar-
Volce. quinias, & à Tarquinijs in vrbem dirutam Volce, quam Voce vulgus nominat, iuxta quam est mons Volcentarius, vulgo argentarius, de qua sermo habitus est in.iii.
B fragmento Catonis, vbi.xii primæ vrbes à Iano primum post Turrenas editæ expositæ fuerunt, inter quas Rosellæ vna est. Nomen adhuc sed deletum oppidum retinet, à quo Rusellanus ager in Liuio, & in eo Rusellanæ thermæ, nunc sancti Philippi. De monte Tunniate ac iu
Rosetum. gis eius quæ Rodacosani & sanctæ floræ dicuntur, diximus in fragmento.xvi. Catonis. Rosetum existimo esse quod nunc addita g dicimus Grosetum: Est enim in vsu tam Grammaticæ quàm vulgi eiusmodi præpositio consonantis. Nam quæ Grammaticè dicimus Eliam, Estam,
C Annam, Annum, Aractum, Arcennum, vulgus profert Veliam, Vestam, Nannam, Nannum, Baractum, Barcennum. Est autem Aractus portus iuxta Phaliscas & Plo
Luca. binum. Luca vrbs inclyta viris, & opulenta mercatoribus, & illustris religione & literis, & olim militia, vt author est Strabo in.v. condita fuit à Lucumone Lukio, qui.xlv. Larthes Etruriæ à Iano extitit, & ob frequentes saltationes in sacris teste Festo insanus habebatur, vti olim Dauid ob easdem ab vxore insanus est habitus, vti ostendimus quæst. Annia.xiii. Iuxta Lucam est lo-
D cus conditoris nomen retinens. Dicitur enim Lukium.
Tursena. Oppidum verò Tursena post montem Catinum, quod Lucenses corrupta prima litera vocant Cursenam, nomen retinet, & præclarum Myrsili atq; Dionysij Halicarnassei est argumentum, Turrenios fuisse, & Turrenas vrbes ante Turrenum Mæonem, & ab eo nullo modo dici Tusciæ vrbes Turrenas, sed à Tursibus Tursenas. Non enim inquit Myrsilus Tusci proferūt Etruriā, Turrenā, & Volturrenā, sed suam metropolim à Tursibus dicunt

*Eturſiam, Turſenam, & Volturſenam,id eſt,extructis turritis ædibus vrbem,vt copioſiſſimè ſuper Myrſilū ex poſuimus.& quæſt. Annia.*XVII.*probauimus.Eſt autem hæc Turſena in edito & more antiquo paruum oppidū. Non enim mos fuit antiquis condere vrbes magnas, ſed vt author eſt Dionyſius in primo lib.locis munitis paruas & crebras. Vnde cernimus probata fide,quòd antiquiſſimæ vrbes Thuſciæ ſunt paruæ, magnæ verò ſunt nouæ conditæ vel adauctæ.Differebant enim vrbes antiquitus & multa magnitudine, ſed multitudine partiū eiuſdē,quòd aliæ erāt monopoles,aliæ dipoles,aliæ tripoles,regiæ verò ſemper vt Samothracia, Arbea Phœnicū, Babylonia,Nynus,Hieroſolyma,Syracuſæ, Etruria, vti amplè ſcripſimus in cōmentarijs Xenophontis. Vltimū oppidum huius itineris eſt tranſitus in Gallias oppidum Apuanum.Eſt aūt Apua, à qua pars in Tuſcia dicūtur Apuani Lygures,vt in commentarijs Catonis & Sempronij dictum fuit.Nūc Pont Remoli dicitur. Hactenus de itinere tertio,nunc de quarto ita dicit:* A B

Caßiano itinere itur per Politorum Arcenum,Minionem,Forum Caßij,Aruntes,Camillarios,Tudernum, Verentanum, Vmbronem montem,Senam coloniam,Phocenſes,Lucam,& Caferonianum tranſitum in Gallias. C

Luca ergo habet duos tranſitus, alterū Apuā vt ſupra,alterū Caferonianum,id eſt, poſterius Feronianum, dictum à luco Feroniæ, quod Ptolemæus notat, & rex Deſyderius vertit in Petram ſanctam contra gentilem Deam. Omnia montana inter Petram ſanctā & ipſam Lucā nomen retinent corruptū Carfeniam pro Caferonianā.Politorū duplex,& hoc in principio Tuſciæ via Caſſiana,& alterum in Cāpania,cuius meminit Liuius. Arcennam deleuerunt Romani principes.Veientum in limite olim illis & Cæritanis communi,vti Liuius in fine.4. lib.ab vrbe condita inſinuat.Poſtea reparatum oppidum addita b Barcennum dixerunt, vt in præcedente itinere D *Politorum.* *Veientum.*

A *diximus. Nunc corruptè Braccianum dicunt, quod vel Barcennū vel Barceanū posteriori nomine, aut Brigianū à prisco loci conditore dicere deberent saltē grammaticè, si non vernacula lingua.* Minio. *Minio fuit iter Æneæ ad Lucumones, vt Verg. scribit. 10. Æneidos.* Forum Cassij. *Forum Cassij à stratore viæ domo Cassiana dicitur, & vtriusq; nominis argumentum habet. Nam & sanctam Mariam fori Cassij, vulgo Forcassij dicimus, & oppidū Vetrallam. i. veterē aulam nominamus. Quare Æneas ab Euādro venit in fanū Volturnæ lucumq; ingentē ad Lucumones,*

B *per Cæritis amnem Minionē, vt ait Verg. & per Vetrallas & Aruntes Camillarios & Tudernum, quia hæc est via Cassiana. Ad hanc ætatē à Camillarijs deletis ad Tudernum, & à Vetralla in Camillarios iter stratū Cassianū lapidibus miris, & si interruptū multis in locis, cernimus. De Aruntis Camillarijs diximus in. 15. Catonis fragmento, & de Tuderno quæst. 30.* Varentanū. *Annia. Varentanū nomen retinet circa lacum Volsiniensem, & spectat ad domū Pharnaciā, vulgò Pharnesiam.* Vmbro. *Vmbronem in monte existimo esse sanctū Quiricū, ad cuius radices oritur Vm-*

C *bro fluuius. De Sena fragmento Catonis 16. diximus. Similiter superius itinere tertio, & Catonis fragmento. 16. expositum fuit. De Luca & Phocekijs vulgò dictis.*

Nunc de quinto itinere sic habet Antoninus:

Tyberinum quod & Cyminiū iter, fertur Gallera, Larthiniano siue Veiente, Rosulo, Sutrio, Lacu Elbij, & iugis Cyminijs, Fano Volturnæ, cuius claris gestis inuidit Liuius.

D *Saleumbrone Volturnæ, Larthe amni, Volsinis, Clusio veteri olim Comersolo, Clusio nouo, à quo dictus Clusentinus transitus Annibalis, & Phesulæ transitus.*

Cyminium. *Cyminiū iter quod nunc publicum est ab vrbe Roma per Cyminia iuga & fanū Volturnæ nunc Viterbum, idcirco dicitur Tyberinū, non quia per Tyberim eatur, sed quia*

quia est mediterranea Lucina Tyberi. Vnde maritima regio etiam Claudiana dicitur, non quia nauigio eatur, sed quia in maritima regione mari vicina. Gallera est nomen originis Arameæ & Etruscæ dicta à veteribus Gallis .i. inũdatis. Vnde vt ait Xenophon, ratem quæ vndas secat vocant Babylonici Galleras, & Etrusci Galeas, vt ibi exposuimus. Larthenianum & Veiens esse idem ostẽdimus .15 fragment. Catonis, & ibidem diximus de Sutrio. Rosulo monti manet nomen. Lacus Elbij et Cyminius ibi, vbi et vicus Elbij. Mons Cyminius, et ab eo iuga Cyminia nota sunt in transitu publico, vbi contemplatus est Q. Fabius opulenta arua Etruriæ, vt scribit Liuius in .9. ab vrbe condita. Fanum Volturnæ adhuc quatuor literis sacris inscriptis in monetis vetustissimis et loco manentibus, atq; in ore vulgi frequentatissimis dicimus F. A. V. L. Volturnæ. Quid autem sibi velit quod ait, cuius præclaris gestis inuidit Liuius equidem alij alia existimant. Dicam et ipse opinionem meam Suetonius Trãquil. in vita C. Caligulæ scribit paululum abfuisse, quin ab omnibus bibliothecis statuas et scripta Liuij deleret, quòd illum vti verbosum, et negligentem in historia carpebat. Est autem negligens is qui supprimit quæ referenda sunt, et verbosus qui absque probatione contradicit afferenti rationes et authores. Et his duobus peccauit Liuius in multis vt patet. Sed ex multis quoad fanum Velturnæ hæc exempla sint. Cælius Thuscus Larthes Fani iuuit Romulum implorantem ab eo auxilium contra Ceninenses Crustuminos et Latinos, et retulit triumphum. Et id idem fecit contra Sabinos Galeritus Lucumo. Et ob id ipse primus posuit prætoria Romæ, et diuisa Roma in tres tribus imposuit nomina et tertiam partem dedit Thuscis, vt clarè tradunt Propertius in elegia ad Vertumnum et altera paululum præcedente, et Varro in primo de lingua Latina, et Fabius Pictor de originibus vrbis Romæ, et Dionysius Halicar. in .2. libro et Mythici sub fabula Iani eiaculantis aquas sulphureas in Sabinos, vt Macrobius in primo Saturnal. et Ouidius in .1. de Fast. indicãt. At liuidus fuit Liuius vt hic notat Anton. qui vt funditus extingueret Thuscorũ splendorẽ

A — Gallera. — B — Liuij liuor. — C — Cælius. Galeritus. — D

A *& triumphos obnubilaret ab eis partos, non à Romulo gestos, omnino etiã scribere vnũ verbum neglexit. Quòd profectò inuidissimi hominis est officiũ, & negligẽtis veritatẽ in historia. Similiter fuit verbosus, quia absq; certò authore & probatione dicit contra Varronẽ, quòd Lucerum nomen est incertæ originis. Fabius enim Pictor antiquior eo ostendit ab historia esse Etruscæ originis atq; ceritissimæ. Rursus Liuio antiquior & doctior Varro in primo de lingua Latina dicit esse certæ originis à Lucumone Luceres dictos, idq; probat vetustissimis authoribus*

B *Iunio & Tolũnio Tuscarũ Tragœdiarũ scriptore, et item inexpugnabili argumento, quòd Luceres est deriuatio Etrusca à Lucumone, & non Latina à Luco Asyli, vt Pædianus & Plutarchus in vita Romuli turpiter in Grãmatica Latina aberrantes dicunt, quia Lucus Latinè à luceo verbo per antiphrasim deriuatur; & à Luco Lucij, & Lucani Latina deriuatio est, & non Luceres, vt linguæ Latinæ peritissimus Varro ostendit. Non est igitur mirũ si Cæsar excanduit ira contra scripta Liuij negligentia & supprimentia quæ clarissima erant, & eũ*

C *appellauit iure verbosum, qui contra Varronẽ afferentẽ testes antiquissimos, & inuincibilem rationẽ, verbosa solũ & anili loquacitate dixit Lucerũ nomen est incertæ originis. Et ideo vt vtamur regula beati Hieronymi; eadem facilitate Liuius & omnes alij similes contẽnuntur, quæ sine ratione ac certo authore contra doctiores sola verbositate vsi proferunt. Quũ verò constet Liuium non ignorasse quæ Varro & Fabius Pictor & alij referunt, constat equidem illum non ignoratione scientiæ, sed malignitate naturæ in historia neglexisse dicenda, & verbo se dixisse subticenda. Et ob id vti Caius, ita & Antoni-*

D *nus Cæsar eum arguit inuidiæ dicens: Volturnæ præclaris gestis inuidit Liuius. Saleumbrona interpretatur natiuitas & egressio Vmbrorũ, quia Galli veteres ibi genuerunt Vmbros, vt demonstrauimus in secundo fragmento Catonis, & tertio commento Sempronij. Amnem Larthem è Volsiniensi lacu effluentem, mutata prima litera Marthem vulgus dicit, vti Marthenianum pro Lartheniano, & huius amnis partẽ vocat vulgus Cadutam*

Sale-

Saleumbronæ. Volsine vrbs vna è. XII. primis Iani est, vt ostendimus in tertio fragmento Catonis. Clusium vetus dictum antea Comersolum à duce, ostendimus super. XVI fragmēto Catonis, & super. III de Fesulis, quòd fuit vna ex primis. XII. Iani. Clusentinum ab oppido Clusio nouo dictum, corruptè vulgus dicit Casentinum. Plinius quoq; in tertio naturalis hist. Clusinos nouos & Clusinos veteres enumerat. Concludit autem Antoninus quòd iter Cyminium siue Tyberinū duos introitus habet in Galliam Cisalpinam Clusentinum & Phesulanum. De vltimo autem itinere sic sequitur Antoninus: A Saleūbronā Volsine. Clusium vetus. Clusium nouum.

Flaminium habet Castrum nouum, Ocream, & Ocriculum, Narniam olim Nequinam, Tuder, Hispellum. Aut à Castro nouo Spoletum, Camerinum, Vrbinum, Pisaurum, Ariminum. B

Castra noua multa inueniuntur. In itinere autem maritimo Castrum nouum est, vt supra ostendimus, & in mediterraneo Flaminio nunc aliud Castrum nouum est, & nomen retinet, & est circa finem Sabinorum, & principium Latij. Ocream eximiam Sabinorum vrbem vicinam Tyberi, & Gallesio Tusciæ, demonstrant illius ruinæ & gemmæ sæpe effossæ. Ocriculum habitatur iuxta eam, & ab ea nomen retinet. Narnia à Nare amni eius cognomen habet. Nam proprium illi nomē est Nequina, vt hoc loci Antoninus & Plinius in. 3 naturalis historiæ asserunt. Tuder est in Veilumbris. Quare argumentum est à Veiis Etruscis Tudernis ortos, de quibus Plinius in. 3. naturalis historiæ loquitur, & nos in octauo fragmētò Catonis exposuimus. Hispellum nomen retinet, & ab eo transitur Apeninus ad Galliam. Aut alio tramite, vt ait, ab eodem Castro nouo ad Spoletum. Est autem Spoletum metropolis Veilumbrorum antiquissima, vti & Camerinum à Camese conditum, sicuti supra Sempro. exposuimus. De Arimino quæ illi fuerit origo, super. 7. Catonis fragmen. exposuimus. Quoniam igitur Veilumbrorū ætate non erat Latina vel Græca lingua, consequens est Castrum nouum. C Ocrea. Ocriculum. Narnia. D Hispellum. Spoletum.

A *vt Spoletum non dicatur ab expoliẽdo aut ſpoliando vocabulis Latinis, ſed ab Arameis & Etruſcis vocabulis Polo duce, aut Spolo aue cuius auſpicio condita fuit, ſicut à Capi Falcone Capua.*

C. SEMPRONII LIBER; DE DIVISIONE ET CHOROGRAphia Italiæ, cum commentariis Annij.

Sépronius. CAius Sempronius vir inter Romanos illuſtris, cuius meminit Dionyſius Halicar. in primo li-
B bro, vbi eum & Catonem Porcium reprehendit de prima claſſe Græcorum, quæ venit in Italiam, vbi ve dicit Sempronium de expoſitione geminorum Remi et Romuli, cum eſſe cum Calphurnio et Catone, qui ſequuti ſunt Quintum Fabium Pictorem Hic Sempronius Italiæ deſcriptionem fecit, quam Græci Chorographiam vocant. Et primo diuidit eam in tres partes, videlicet in montes Apeninos ſecantes Italiam in duas partes, et in partem Ciſape-
C ninam ad inferum mare, et Tranſapeninam ad ſuperum, dicens his verbis.

VNiuerſa Italia à iugis Alpium oritur, & in Leucopetram fretumq; Siculum terminatur. Cingitur ſupero & infero mari, & ſecatur Apenino, qui à iugis Alpiũ ortus, per mediam Italiam à Lyguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim vſq; Venuſiam reflexus,
D *ibi ex tranſuerſo diuidit Italiam, ex altera parte Brunduſium, altera Veliam attingens circum ſinum Barentinum, quo Auſones primum, inde Aborigines Græci poſt Oenotrium Arcadẽ tenuere, à quibus magna Græcia nuncupa-*

cupatur, in qua sunt Oenotrij, Calabres, Salentini, magna Græcia atq; Brutij. Porrò antiquitus Italia in medium Apeninum, & in Cisapeninum ad inferum mare, & in transapeninum ad superum pelagus, & in Alpes à Rhetiis ad Lygures diuidebatur. A

Huic libro titulus scriptus his verbis præmittitur C. Sempronij de diuisione Italiæ & origine vrbis Romæ. Nam complura scribit de origine vrbis Romæ, in quibus vt plurimum Pictorem assequitur. Si quis autem plene quoad diuisionē & partitionem Italiæ hunc authorē habere cupit, habeat ante se pictā imaginem Italiæ, præcipuè quam Ptolemæus describit. Alioquin (vti olim ego) minus intelligens authorem cum libro reiiciet, & ad terram collidet. Nam absque alia expositione intuebitur in Ptolemæo quomodo tota Italia à iugis Alpium oriatur, & inter duo maria diffundatur ad fretum Siculum, & quo pacto in duas partes ab Apenino secetur Italia, & vbi sunt vrbes, limites & populi qui hic assignantur. Quare ea Chorographia Italica Ptolemæi præsupposita, solum quædam percurremus. Alpes Italiæ nomen suum retinent, sed Apeninus pro locorum diuersitate ac populorum diuersa sortitur nomina. De eo verò Ptolemæus sic dicit in tabula sexta Europæ capitulo primo, describēs etiam eius limites: Italia, inquit, limites habet ab occidente Alpium iuga iuxta lineam quæ extenditur ab Adula monte vsq; ad Vari fluuij ostia, & à septentrione finitur Alpium iugis Rhetiæ. A Septentrione quoq; versus ortum solis habet Adriaticum pelagus, & à meridie Turrenum. De Apenino verò sic habet: Apeni ni iuga ferè Lyguriæ imminent, & ab Alpibus incipiūt. Deinde vsq; Anconam protendunt, hincq; versa dum ad Adriaticum inclinantur, vsq; ad mōtem Garganum ducuntur. Post ad meridiem inclinata, in Leucopetra fines habent. Leucopetram Græci, sed Latini Albam petrā dicūt, estq; circa Regium, & dicitur finis Italiæ, & trāsitus in Si

Margin notes: B; C; *Alpes.*; *Italiæ diuisio.*; D

A in Siciliam, in quo inueniuntur vertigines Scyllæ atque Charybdis. Diuisio verò Italiæ prima est in principia & origines Italiæ ab occidente, & retinent nomen Alpes, per quas transimus ab Italia in Franciam, & ista iuga imminent Lyguribus. Quæ vero imminent Comensibus & Veronensibus vsque Paduam & Venetias, præbent transitum in magnam Germaniam. A Venetiis vero ad Histriam & Rhetos, transitus sunt in Histrios siue Danubios, inter Germanos & Pannonios olim Bannonios, nunc Vngaros. Cisapenina vero Italia est ad inferum mare, olim Tuscum & Turrenum, à dominis principibusq;
B maris Turrenis, nũc mare Leoninum pro maiore parte. Superum vero mare Gulfum Venetiarum à principibus dicitur Venetis, sicut prius à principibus Turrenis & colonia Tuscorum dicebatur Turrenum & Atriaticum. Quam diuisionem Italiæ Liuius in quinto ab vrbe condita breuibus absoluit, vbi de prisco Turrenorum imperio scribens: Tuscorum, inquit, ante Romanorum imperium opes, mari terraq; longe patuere, supero & infero mari, quibus Italia insulæ modo cingitur, nomina sunt argu
C mento, quòd alterum Tuscum communi vocabulo gẽtis, alterum Atriaticum ab Atria Tuscorum colonia vocauere Italicæ gentes. Græci Tuscum atque Turrenum eadem vocant. Hi Tusci in vtrunq; mare vergentes, prius cis Apeninum ad inferum mare duodenis vrbibus incoluerunt terras. Postea trans Apeninum totidem quot originum capita coloniis missis, tenuerunt omnia loca quæ trans Padum sunt, excepto Venetorum angulo, qui sinum circum incolunt maris. Alpinis quoque hauddubie ea gentis origo est, & maxime Rhetiis, quos loca ipsa efferarũt, ne quid ex antiquo præter sonum linguæ,
D neque eum incorruptum retinerent. Hæc Liuius. Verum de amplitudine imperij Tuscorum, absoluimus septem et sexaginta Epitomatum libros, nunc satis dictum sit quo ad nomina partitionis Italiæ, in qua etiã orthographia horum vocabulorum Atria & Turrenum vti ego, ita scriptores conscribant locis suis, quando Surrenum vel Turrhenum, & Volturrhena, siue per syncopam Volturna & Volturrhna scribitur, quorum rationem reddidimus

A mus in commentariis super Myrsilum. Atriaticum quoque ab Atria Tusca familia. Hadriaticum verò ab Hadriano dicitur. Nunc de partitione Apenini sequitur.

DIVISIO ALPIVM.

ALpes ipsi tribus partitionibus secantur. Prima Lygurum, quòd ab eis oriantur, à Nicea ad Pœninum, sequēs ab eo ad Ocram mōtem. Pœninus dictus à transitu Annibalis. B Tertia Taurisana vsq; in Histriam. Omnibus alpinis exceptis Lyguribus notissima origo Etrusca est, præcipuè Rhetiis.

Postquam Sempronius diuisit Italiam in Alpes, in Apeninum, in Cisapeninum ad inferum mare, & in Trāsapeninum ad superum pelagus, nunc diuidit primā partem quæ sunt Alpes, dicens: Prima pars Alpium incipit à mari infero, vbi adhuc limites Italiæ inter se, & Galliam Braccatam, quæ à Narbonensis prouincia post dicta est, authore Plinio in tertio naturalis historiæ cap. 5 nomina retinent Nicea & Antipolis. Ab his per Alpes ascendēdo vsq; fontes Atriani fluminis qui à Pœnino ortus inter Veronam & Vincentiam in mare mergitur, vt Ptolemæus describit, est tota prima pars Alpium. Et notat hoc loco Sempronius, quòd hæc prima portio Alpium dicitur Lygurum, non quia Lygures principio Italiam incoluerint, sed quia ab eorum limite maritimo oriuntur, & per mediterranea diffunduntur ea iuga. Quo enim ad primas in ortu gētium Italiæ colonias, hauddubie omnibus Alpinis Tuscæ gentis origo est, vt hic Sempronius, & clarius expressit Liuius in superiore commentario. Neq; obstat quòd in fine huius partis Sempronius dicat exceptis Lyguribus, quia supra exposuit, quoad ortum Alpium, quia vbi oriuntur iuxta mare incolunt Lygures mox veterum Tuscorum proles: Vnde et Susianos in his Ptolemæus ponit, & in fine Atriatem fluuium. Nam Susa pars est Vetulonia, quam corrupte Si-

Alpium diuisio. C D

A *sam vocamus, & Atrianus fluuius ab Atria Tuscorum familia, sicut & apud ostia Padi Atria oppidum Thusco rum, vt significat Plinius in tertio naturalis historiæ, ca pitulo decimoseptimo, de ostiis Padi: Omnia, inquit, ea fos sas fluminaque, Sagi fecere Thusci, egesto amnis impetu per transuersum in Atrianorum paludes, quæ septē ma ria appellantur nobiles portu oppidi Thuscorum Atriæ, à quo ante Atriaticum mare appellatum, quod nunc Ha driaticum. Hæc Plinius. Hæc clarius dicentur in aliis commentariis, quæ de prima parte Alpium sunt, à Ligu-*
B *stico mari ad Pœninum montem, vbi Atrianus fluuius teste Ptolemæo fontes proximos habet. Secunda verò pars Alpium à Pœnino ad Taurisinum portenditur. Et*
Pœninus. *vt ait, Pœninus dictus est à trāsitu Pœnorum ducis An nibalis, de quo Iuuenalis in Satyra: Et montem fregit aceto. Falluntur igitur, qui putant Pœninum & Apeni num esse eadem, vt super Berosum & in aliis exponetur commentariis. Extenduntur hi Alpes à fontibus Atria-*
Ocra. *nis ferè vsque ad Ocram montem. Mons Ocra imminet Venetiarum ore à Tridento ad fluuium Tylauentum.*
C *Verum qui sequuntur alpes à Tylauēto ad finem Histriæ Italicæ, Taurisini dicuntur. Quidam eos, à foro Iulij, vn de Cæsar Iulius ab Italia in Transalpinos transcēdebat, inchoare contendunt. Forouliium nomen retinet, & vul go corrupto Fri Iuli dicitur, & omnes alpes per quos ver sus Aquilegiam transibat Lingua & prolatione Thu sca adhuc Zuliæ, vulgo verò corrupto Zeliæ dicuntur. Nam literā z, i, communi prolatione proferebāt, vt Za sius Iasius, Zulius & Iulius, vt in inscriptionibus Hetru*
Taurisium *scis inuenimus. Quidam verò circa vrbem Taurisium,*
D *quam corruptè Triuisum dicunt, exordiri alpes Taurisi norum volunt, de quibus Plinius in tertio naturalis hist.*
Silis. *cap. decimonono. Venetia, inquit, fluuius Silis, ex monti tibus Taurisanis. Ab hoc igitur Venetia Silis fluuio, om nis fortè circum sinum maris regio Venetia dicitur, aut verius iuxta Berosum, à Phaëtontis postero Vento per*
Venetus. *syncopam, & absque syncopa Veneto, tam regio quàm*
Tyla. *fluuius nomen accepit. Vnde & Tyla, vt ait, ex posteris Phaëtontis fuit, sicut & Ventus, à quo non dubium est.*

quin

quin dicatur per syncopam Tylauentus, id est, Tyla Venetus. Tam ergo ingentem vastamque alpium longitudinem Thusci, coloniis missis, fermè in primo Italiæ ortu, quum egena esset habitatorum, primi Alpinorum genitores tenuerunt. A Tylauētus.

DE APENINO.

SEquitur Sempronius post Alpes, de diuisione eorum, qui per totam longitudinem Italiæ ab Alpibus dictis ad fretum Siculum Apeninum incolunt, his verbis dicens: B

APeninus diuiditur in Lygures montanos, Apuanos, Vmbros, Sabinos, Sabellos, Hetruscos. Lygures dicti sunt à Lygure Phaëtōtis filio, qui omnium primus, multis sæculis ante Græcos ex Attica colonias in Italiam transportauit, adiecitq; atque miscuit antiquißimis Italiæ populis, ab ostiis Tyberinis vsq; Niceā. Hinc veteres omnem maritimam dixerūt Lyguriā. Itaq; pars Apenini à Nicea ad fontes Macræ Lygures montanos alit, quibus origo est à Genio & Lygure. A fontibus verò Macræ ad fontes Tyberis Apeninum colunt Lygures Apuani, Hetruscis orti, cognomine veteribus Gallis, vt M. Antonius prodit. Portionem verò Apenini à fontibus Tyberis ad Nar, inhabitant Vmbri, prima veterum Gallorum proles, vt Augustus scribit. Ab amne verò Nare vsque ad fontes Silaris, montes tenent Sabini, quibus Saga est origo. Nam Sangni gētilis Sabi fuit. C D

Hi

A *Hi paulo ante ruinas Troiæ disciplinas Hetruscas didicere, & ius diuinum & humanum à Megale Turreno perceperunt. Rursum à fontibus Silaris ad fontes Volturreni & Sarni Sabelli proles Sabiniorum incolunt, quos Romani Samnites, Græci vero Saunites vocant. Portionem verò Apenini à fontibus Sar*
B *ni vsque ad magnam Græciam Thusci tenuerunt, & residuam Græci. Hactenus de diuisione Apenini & Alpium, & origine habitantiũ in eo.*

Apenini diuisio. *Ergo in septem partes diuidit Apenini lõgitudinem. Prima est Lygurum montanorum à Nicea maritima supradicta, vsque ad Macram, quorum metropolis est Genua, à Iano Genio prisco Italiæ vel condita vel dicta Ianua & Genua, vt hic Sẽpronius significat, & fama eius*
C *ciuium est. Cui argumẽto est promontorium eius, adhuc vocabulo Arameo dictum Caryn Ianum, id est, Vinea Iani, & Latino vocabulo non procul sancta Maria vinearum. Quod vero quidam imperiti originum dicunt, Caryn Ianum dici calignanum quòd ibi calabant ligna, simile est quod mei rustici Viterbenses dicunt F.A.V.L. sacrum idcirco dictum quòd ibi Fabæ ferebantur. Argumento quoque est regio, & amnis Pheriton, quam vulgo vocant Pheritianam, id est, Phaëtonteam, vt in cõmentariis aliis explanabitur. Amnem verò nunc bis amnem*
D *vocant, de quo Plinius in tertio naturalis historiæ, cap. VI. Flumen, inquit, Porcifera; oppidum Genua, fluuius Pheriton, Portus Delphini, & reliqua. Lygurem verò fu-*
Lygur. *isse filium Phaëtontis, & in occidentalem partem Italiæ aduectos consedisse sub Larthe Italiæ Tagete aruspice Thusco, & nouissimis annis Aralij regis Assyriorum, qui fuit quintus à Nino, author est Berosus. Quod & Cato de originibus, & hoc loco Sempronius significant, vetustis-*

vetustissimam gentem Lygurum asserentes, & ante omnem classem Græcorum venisse in Italiam. Hos barbatus Græcus Dionysius Halicarnasseus emendare pergit in primo libro, dicens Catonem & Sempronium simillima fabulis dicere de antiquitate Lygurum ante aduētum Græcorum, quia non dicunt quo tēpore, aut qua de caussa venerint. Sed vt ait Plinius in tertio naturalis histor. cap. XVII. pudet rationem Italiæ mutuari à Græcis. Qui enim de domestica sua origine sibi mutuo contradicunt, male de aliena & remota diiudicare possunt. Neq; opus est de originibus vrbium, tempora & fortunas assignare, quia hæc ad historiam pertinent, quam illi præcognitam à lectoribus præsupponunt. Dicuntur autem montani Lygures, quia montibus hærent, & colunt, vsque ad fontes Macræ amnis, vbi vrbs Apua est, à qua Apuani. Amnis Macra retinet nomen, sed vrbs nunc Pont Remulus dicitur, olim Apua. Sunt ergo Apuani montani Lygures Carrarij, à Cariara, id est, vrbe Luna dicti. Item Caferoniani à Luco Feroniæ nunc Petrasancta & corruptè Carfeniani vsq; Pesciam. Inde Stellatini à fluuio Stella per montana Pistoriæ vsque Phesulas. Abinde vsque fontes Tyberis sunt montani Clusentini, quos corruptè Casentinos vocant. Hæc est igitur secunda pars Apenini ad inferum mare, quam inhabitant Lygures Apuani originis Hetruscæ montani, quibus Phaëton Lygures commiscuit, vt ait Sempronius. Eosdem Liuius etiā Apuanos Lygures nominat, præcipuè à quibus est transitus in Galliam Cisalpinam, nunc Longobardiam. Quod verò ait, Lygures Phaëtontem commiscuisse antiquissimis Hetruscis maritimis, & ob id ab ostiis Tyberinis ad Niceam vsque Lygures maritimos à veteribus dictos fuisse, duo sunt pro Sempronio argumenta in Hetrusco littore. Primum est portus Lygurnus. Lyguris eximium monumentum. Neque Lyburnus scribendum est, vt quidam librorum corruptores magis quàm emendatores impresserunt, quia Lyburnus portus est Lyburnorum inter Histriam Italicam, & Illyricum. Alterum argumentum est lapides ingentesque moles complutæ de cœlo in pugna Herculis Ægyptij, in eius auxilium, contra gigantes

A B C D

Lygurnus portus.

Lapides compluti.

A *tes Italiæ, quos ad hæc tempora vocamus Lamonem, à Lamone, qui eius Herculis erat filius, vt Diodorus Siculus author est in quinto libro. Sunt autem hæ complutæ ingentium saxorum moles inter Grauiscas & Cosas nũc Asidonias. Omnes autem historici tam Græci quàm Latini, asserunt eam pugnam gestam fuisse in Lyguria, & nusquam alibi reperimus complutum Lamone, vt simul cum fama & historia nomen comprobat, quàm circa dictam regionem Hetruriæ maritimam. Quare verum est quod* B *Sempronius ait, à veteribus oram maritimam ab ostiis Tyberis vsq; Niceam, totam fuisse appellatã Lyguriam, Plinium autem falso posuisse hos lapides in prouincia Narbonensi, quando in. 3. li. natur. hist. ca. 5. dicit, in Massiliensi campi lapidei Herculis præliorum memoria. Nullus enim vnquam historicorum ponit eam memoriam in Gallia Bracata, sed in Lyguria Italiæ. Quod verò dicit, mõtanos Hetruriæ Apuanos, ab Hetruscis ortos Gallis cognomine, vt M. Antonius asserit, etiam Vmbros ab eisdem Gallis veteribus genitos asserit, vt Solinus refert & Berosus indicat, & nos in æquiuocis Xenophontis vt*C *cunque tetigimus. Hæc de secunda parte Apenini Hetruriam attingente, atque illi imminente. De tertia parte, quam Vmbri inhabitant à fontibus Tyberis vsque Nar amnẽ, patet litera. Quòd verò ait Augustus, his Vmbris esse originem primam à veteribus Gallis, eo pacto intelligendus est Augustus quo & M. Antonius de Gallis Lanigenis. Vnde & partem Vmbriæ proximam Hetruriæ, Ptolemæus & Geographi vocant Veilumbriam, id est, à Veiis veteribus ortam Vmbriã, quia Veij Hetrusci sunt, vt ait Plutarchus in vita Romuli, à quibus & Veientes Eniani siue Enetani, & prima proles Vmbriæ Veilumbri* D *sunt, vt in aliis commentariis super fragmenta Catonis & Antonini Pij videbimus Porro quartam partẽ Apenini colunt Sabini, à Nare Nequino amne, qui circa Hortem Hetruscum oppidum in Tyberim mergitur, vsq; ad fontes Silaris, quibus vt ait Saga origo est. Græcia verò mendax in historia, audet Sabinis dare Græcam originem, & à verbo Græco Seuomæ nominat eos, vt in tertio libro naturalis historiæ, capite decimotertio significat*

Plinius.

Plinius. Audet quoque aperto mendacio dicere ius diuinum & humanum didicisse à Pythagora, puero adhuc Numa Pompilio, qui post Romulum fuit rex Romanorum. Sed quia tempora contradicunt, vt in secundo libro Dionysius, etiam in primo ab vrbe condita Liuius mendacium detegentes coarguunt, idcirco ab Hetruscis habuere, vti tetram illam & seueram vitæ institutionem, ita & ius diuinum & humanum, atque alias disciplinas, vt hic Sempronius, insigni viro Thusco Magale authore vtitur, & alij consentiunt, quos Solinus in principio Collectaneorum colligens: Vt, inquit, Cælius tradit, quum Caccus à Tarconte Turreno rege ad quem legatus venerat, missus Marsiæ Campaniæ regis, socio Megale Phrygiæ custodiæ foret datus, frustratus vincula, vnde venerat rediit, atque amplioribus præsidiis occupato circa Volturnum & Campaniam regno, dum tractat etiam ea quæ concesserant in Arcadum iura, duce Hercule, qui tunc fortè aderat, oppressus est. Megalem Sabini receperunt, disciplinam augurandi ante ab eo docti. In quibus Solini verbis, multa arcana vetustatis pendent. Primo imperij Thuscorum authoritas, quæ tanta erat, vt etiam legatos regum Italiæ, vtpote Marsiæ reguli Samnitum, quibus Volturnus est fluuius & ager in remota Campania, legatum Caccum in vincula coiicere non timuerit. Secundum est, antiquitas temporis, quo patet sub Euandro, Cacco, & Alceo Hercule diu ante excidium Troiæ floruisse Thuscorum opes. Vnde & Seruius in secundum Georgicorum ibi: Sic fortis Hetruria creuit, constat, inquit, Thuscos imperasse toti Italiæ vsque ad fretum Siculum. Tertium est, quod hic Tarcon Larthes Hetruriæ fuit secundus, & prædecessor Larthis Tyberini patris Ocni conditoris Mantuæ, vt in supplemento Berosi Manethon indicat. Quartum, quod Hercules cum Argonautis venit in littus Hetruscum iuxta Turrenam, à cuius duce Thelamone, Thelamon portus nomen retinet, vt author est Diodorus in quinto libro. Ergo & vicinus huic portus Herculis ab Alceo cognominatur. Quintũ, quòd Argonautæ visitaturi Euandrũ, iter tenuere per Volturrenã

A Pythagorã nõ docuisse primũ Thuscos.

B

C

D

A *à portu Herculis vel Thelamonis, multa sunt argumento. Primum quia mõs Argonautarum erat, visere vrbes regias ad iactantiam virtutis suæ, vt authores produnt. Secũdo, quia in Cyminia proxima Volturrenæ sylua, lacum Cyminium in ostentationem virtutis effecerunt, & ex fano Volturnæ adulescentulam Faulam pro præmio virtutis obtinuerũt, vt ait Verrius. Nam circum fanum quod sacris literis dicimus. F. A. V. L. omnes habitantes Faules erant cognomine, à quibus Kata Faules Paleologi cum Belisario & Narsete reuersi sunt contra Gothos.*

B *Neque fabula est de lacu Cyminio, vt Seruius putat super illud Æneidos. Et Cymini cum monte lacum. Nam ibi immensitas aquarum subterranea est, & infixa terræ non poterant extrahi, vt Plinius notat in secundo naturalis historiæ capite nonagesimooctauo. Sed de his hactenus. Similiter ipsis Sabinis Caspia & Saga est origo non Græca, vt in quinto antiquitatum Berosus asserit dicẽs: Sabatium Sagam patrem Sabi, & Saturnum Caspium, fugatũ armis Iouis Beli imò Nini, qui et Iuppiter fuit Assyriis, vt Xenophon docuit, venisse ad Ianum, & comi hospitio receptum, & in societatem regni admissum, docuisse Aborigines, inde filium Sabum præfecisse populis trans Tyberim Thusciæ, ipsum verò imperasse in Latio & in parte Thusciæ quæ ab eo Sabatia dicitur, vt vocat Strabo in quinto libro, & à cognomine Saga, vt Etrusci, & Sagninaia, vt Sabini proferunt. Vnde Sagi Thusci egesserunt septem maria, vt Plinius memorat capite decimoseptimo, in tertio naturalis historiæ. Et item adhuc est ibi Sabatia circa Cære, amnis Sagninaia, & oppidum Sabi, quem nunc Sanctum Sabum à patre & filio vocitant. Quem enim Aramei & Etrusci Sagam dicunt, eundem Sabini vocant Sagni, & Romani Sanctum id est sacerdotem expiatorem & purum. Tribus autem cognominibus dictus est pater Sabi. Primo à patria & sacerdotio Saga, siue Sangni, siue Sanctus. A participato regno cum Iano semipater, & à Iani cognomine Cana Fides, Fidius, aut à religione, vt aliis placet. Quæ tria Ouidius in Fastis ita collegit: Quærebam nonas, Sancto Fidio ne referrẽ, An tibi semipater tũ mihi sanctus ait.*

Sabinorum origo. *Sabus.*

C

D

Sanctus Semipater. Fidius. Curis.

Cuicun-

Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo. Nomina terna fero, sic voluere Cures. Curis oppidum est in Sabinis Numa ciue & Romanorum rege inclytum, à dicto Saturno extructum, aut à Sabo eius filio. Duo enim oppida in Sabinis antiqua sunt. Curis quidam à paterno genere, quia Sangni siue Sanctus fuit filius Curis Sagæ, vt Berosus in secundo antiquitatum asserit. Casperulam verò oppidum à Bactrianis Caspiis, quibus rex erat & pontifex teste Beroso, nomen habere voluit. Cui veracissimæ assertioni Latina historia congruit, quam secutus Sillius Italicus in octauo libro his verbis explanat: Hinc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens Casperula. Et subdit: Et læti pars Sanctum voce cauebant Authorem gentis, pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixisti populos magna ditione Sabinos. Quid clarius? Sabus, inquit, denominauit Sabinos à se quidem, sed patrio cognomine, quia à Sabatio, id est Saturno patre Sabus dicitur, qui Sabatius fuit author gentis, cognominatus Saga Bactria & Caspia lingua, à qua Casperula, & Sangni à Sabinis, & Sanctus à Romanis. Ergo vt obscurator antiquitatum scribit Græculus esuriens, non fuit origo Sabinis Græca gente vel disciplina. Hæc de quarta parte montis Apennini. Sequitur hanc, quinta pars à fontibus Silaris ad fontes Vulturni & Sarni quam inhabitant Sabelli. Quòd verò ij sint prima proles Sabinorum deriuatio nominis indicat. Cognominati verò sunt à Samnio metropoli nunc deleta, Samnites sicut Etrusci ab Etruria metropoli eorum, quæ & Fanum Volturnæ, de qua Plinius in tertio naturalis historiæ dicit, quòd Volturreni qui fuut cognomine Etrusci sunt in eadem parte qua & Volsinienses. Nunc prouincia dicitur ducatus Beneuentanus à Longobardis, sicut quæ nunc prouincia patrimonij tunc à Longobardis ducatus Etruriæ, & Veilumbra ducatus Spoletanus, vt patet à Paulo Diacono in historia Longbarda. Sabelli ergo dicuntur ab origine gentis Sabinæ. Samnites verò à prisca metropoli, & Saunitæ Græca prolatione, vt significat Plinius in tertio naturalis historiæ capite decimotertio, Vulturnus est fluuius. Aduerte autem

Margin notes: A; Casperula; B; C; Saga.; Sabelli.; D; Samnites

A *secundum Varronem in primo de lingua Latina de voca bulo Tyberis, quòd Volturnus deus Tyberis est quẽ Hetruria dicit esse suum, & Roma suum, & Volturnus est fluuius, oppidum & vrbs. Et dicit: Volturnus vt est fluuius ortus in Samnio, non spectat ad linguam Latinam, sed Sabellã, quia Volturnus intelligitur lingua Aramea quæ est Saga, amnis diuisor, vt ait Samuel Talmudista. Nam hic amnis diuidit montanos simul & campestres Sabellos ab Hetruscis, vt patet tam in Ptolemæo quàm hic in Sempronio & Plinio. Nam quoad mõtem sequitur portio montis sexta à fontibus Volturni & Sarni quam*

Volturnus.

B *inhabitauerunt Thusci, vsque ad magnam Græciam. Septimam enim partem tenuerunt Græci mixti Italis Ausonibus, vt in aliis commentariis videbimus. Cæterum Volturnus vt pertinet ad linguam Romanam significat coloniam Romanorum, & oppidum Romanorum secus mare non procul Tyberi, & ita Roma dicit Volturnum Tyberinum deum. Vt verò pertinet ad linguã Hetruscam, significat ventum aut campestrem, vt idẽ Talmudista exposuit. Et ita Liuius in quarto ab vrbe condi-*

C *ta dicit Capuam oppidum Hetruscorum dictum Volturnum, id est cãpestrem Vt verò est caput extra Latium, iam non spectat ad linguam Latinam, sed Hetruscam cuius deus est caput Volturnus Tyberinus. Non enim Vulturnus sed Volturnus scribitur, neque est nomen primitiuum & simplex vt Vulturnus, sed compositum à Vol quod est priscum, vel æternum, vt Talmudistæ dicunt, & Turrena siue per syncopam Turna. Hinc Volturrena sine syncopa vel per syncopam Volturna, vt est caput imperij extra Latium, est originis Hetruscæ, & signifi-*

D *cat priscam & antiquissimam Turrenam, id est turritã metropolim, vt super Myrsilum vidimus. Et ita Volturnus est deus Tyberinus Hetruriæ, dictus à capite imperij extra Latium vrbe Volturna, sicut et ipse Tyberis, dicitur amnis Tuscus à Tuscia extra Latium, & nõ Latinus, licet de nomine Tyberis sit anceps historia, dicatur ne à Latino Tyberino rege, an à Tyberino Thusco, vt significat Varro in eodem primo libro de lingua Latina.*

De di-

 A

DE DIVISIONE PLANÆ ITALIAE.

POstquàm Sempronius descripsit Alpes Italiæ, & Apeninum montem, et ea secuit in duodecim partes: Alpes quidem in tres, et Apeninum in septem, nunc ad subiacentē Alpibus et Apenino campestrem Italiam stilum vertit, dicens:

CIsapeninam Italiam flumina diuidūt, & ididem Transapeninam. Padus amnis, Galliam Cisalpinam primo discreuit. Cispadanam omnem missis coloniis tenuere Tusci. Doria Tuscorum prima familia incoluit principio ab Asta colonia vsque Parmam, à qua & fluuius Doria, & regio prius Doria, nunc Æmylia. A Parma item ad Bononiam Bianora à duce, nunc Aurelia. Flaminia item à Bononia ad Rubiconem amnē, ante à Felsina à principe Hetruriæ, missis coloniis Lamonibus. A Rubicone ad Anconam Senonum Gallia Togata dicitur, ab his qui duce Arunte primi in Italiam transcenderunt Alpes, à quibus sensim pulsi Hetrusci, à Cispadana & Transpadana regione, quæ nunc Gallia nomen habet. Et quidem omnem Transpadanam regionem Thuscorum prolem fuisse inter omnes authores cõuenit, manentq; vestigia vrbs Mantua, Lacus Hetrusca origine dictus Larius; quòd à patribus Vol

B C D

A *turrenis omnia ea loca principio possessa fuerunt vsque Veronam. Hinc circa Larium lacum à principibus dicta vallis Volturrena & Verona, à vera Thuscorum familia, & ab Atria eorundem colonia, fluuius Veronæ argumenta seruanti. Nam vsque Atrianum fluuium, qui limes est Volturrenorum & Venetiarum, tenuere Hetrusci, & Venetias*
B *principio quidem Phaëtontei, postea Troiani eisdem mixti coluerunt. In hæc de Transapenina Italia & Apenino monte authores conueniunt.*

Igitur Sempronius non diuidit Italiam per regiones, vt M. Antonius, & Augustus & Plinius, sed vt veteres atque Ptolemæus, per origines fluuiorum diui-
C *dit Alpes atque Apeninum, vt patuit: & per flumina eadem à fontibus fluentia per campestria vsque mare, diuidit Cisapeninam & Transapeninam Italiam. Et incipit à Transapenina quæ incipit ab Alpibus, quæ habet plura nomina Principio Eridana dicta est, à cognomine Phaëtontis, vt in tertio naturalis historiæ Plinius scribit, vel vt veracius ait Berosus in quinto antiquitatum, dicta est Phaëtontea primum, inde Eridana ab eius postero, vt etiam videtur significare Martialis libro Epigrammatum decimo: Et Phaëtontei qui petis arua Padi.*
D *Ergo tam regio quàm fluuius antea Phaëtōteus, postea Eridanus dicta sunt. Oritur è Vesuuio monte proximo mari infero, & labitur ad mare superum, vt cernimus: quæ res occasionem dedit Græcis dicendi Eridanū esse fluuium inferorum, & scaturire ad superos. Quod & Vergilius in sexto Æneidos tangit, vbi dicit:*
Inter odoratum lauri nemus, vnde supernè
Plurimus Eridanus per syluam voluitur amnis.

Padus. *Padus verò dictus est, vt Metrodorus Sceptius tradit à*

picea arbore, quæ Gallicè Pades dicitur. A Lyguribus vero dicitur Bodigon vocari, quòd significet fundo carentem, vt ait Plinius in tertio natur. hist. capite 17. Cui argumento est oppidũ iuxta vetusto nomine Bodinagum, vbi præcipua altitudo incipit. Et forte Hetruscum est vetustum nomen, qui vbi amnis profunditas est, ad hæc tempora b. dagonem vocamus. Nam Hetrusci, non Lygures patriam Phaëtonteam & Eridanam tenuere, quibus pulsis à Gallis qui cum Arunte Clusino venerunt in Italiam ducentis fermè annis ante Romam ab eis incensam, vt narrat Liuius in quinto ab vrbe condita, tertio cognomine à victoribus dicta est Gallia Cisalpina, quia cis Alpes est. Nam Galliam Transalpinam communi nomine dicimus Franciam. Quarto variauit nomen sub Longobardis, qui Germani sunt, vt patet in descriptione Ptolemæi, & ab eis diu possessa victoribus, vsque ad hæc tempora dicitur vulgo Longbardia, & fine g, Lombardia. Quòd verò ait Sempronius, omnem hanc magnã portionem Transapeninam diuidi à Pado, & dici Gallia Cispadana & Transpadana, vtiq; Plinius & plures Geographorum idem dicunt, vti est illud Plinij: Mantua Transpadana vrbs Hetruscorũ reliqua. Quòd verò ait Thuscos eam inhabitasse, etiam Liuius & alij consentiunt, vt in superioribus exposuimus. Sed hoc loci Sempronius vtitur validissimo argumento historico, quod à vetustis nominibus in locis extantibus sumitur. Itaq; ea nomina exponamus, quia cætera clara sunt in Ptolemæo, & Geographis. In Transpadana regione sunt lacus Larius, id est, maior vel princeps, per interpretationem dictus. Vnde adhuc amnes maiores Hetrusci multis in locis vocamus Larones. Et in inscriptione Cornuetana, literis Hetruscis inscripta, dicitur, quòd Laro Veiuzans colonijs missis, cybelizauit vrbem tribus sacris literis N, B, E. Et certè lacus non dicitur Larius Hetrusca lingua, id est, maior & princeps Latina, à maioritate quantitatis, sed nobilitatis, quia ibi Volturreni, à quibus ibi dicta adhuc vallis Volturrena, subsederunt. Atrianus quoq; fluuius à Thuscorum colonia est, vt supra exposuimus. Verona verò (vt ait) à familia Vera Thusca con-

A

B

Lõbardia.

C

Larius.

D

Verona.

A *dita eſt, ex qua familia fuerunt imperatores Antoninus & Commodus, vt author eſt Helius Spartianus in vita eorum. Falſum ergo dicit Plinius in Tranſpadana Gallia, ſolam Mantuam eſſe reliquam Hetruſcorũ. Rurſumq; falſo in Venetijs ponitur à quibuſdã Verona, quum ipſe amnis Atrianus ſecernat Volturrenos Galliæ, à Venetijs, ſtirpe priſca Phaëtontea inde mixta Troianæ proli, vt omnes conſentiunt. Cæterum exponenda remanent quædam quæ dicit de Ciſpadana Gallia, quam diuidit in*

Æmilia. *Æmiliam, Aureliam, & Flaminiam. Æmilia, vt ait, an-*

B *tea dicebatur Doria, & fluuius eius Doria, qui teſte Ptolemæo, in Alpibus vicinis Aſtæ coloniæ oritur, & ſupra Dertonã in Padũ mergitur. Incipit ergo ab Alpibus Lygurũ montanorũ vſq; Parmã. Et hoc congruit quod in vita beati Ambroſij legimus, quòd miſſus eſt ab vrbe Roma iuuenis ad regendũ Lyguriã & Æmiliam. Non tamen Mediolanum eſt in Æmilia, ſed in Latio Volturreno Tranſpadani, quod Inſubres Galli, poſitis ab imperio Hetruſcis tenuerunt, & ab his Inſubria nũc eſt, pars olim Lariæ Volturrenæ. Porrò in Æmilia ſunt Aſta co-*

C *lonia, Dertona, & Placentia Item à Parma (inquit) vſq; Bononiam nũc Aurelia, ſed antea Bianora dicebatur, videlicet ab Ocno Hetruſco Larthe, quem etiam Bianorem Verg. vocat. Ergo à victore illius partis, & duce colonia-*

Bianor. *rum Bianora regio dicta, à qua nunc exiſtimo nomẽ acce-*

Bianorum. *piſſe Bianorũ oppidulũ ad radices Apenini, quo è Floren-*

Parma. *tia imus Bononiã. Porrò Parmã exiſtimo conditã à Bianore, ſicut & Mantuã, quia vocabulũ Hetruſcũ & ſyncopatũ eſt Parma, quaſi Paramã. Sicut enim Mantuam à nõie matris in Trãſpadana regione metropolim ſtatu-*

D *it, ita in Bianora metropolim Paramã cõſtituit, dictam à principatu coloniarũ. Para enim Arameè à par, quod eſt haſta vel principatus, & Sara Hebraicè, principiſſa vel princeps dicitur latinè, vt noſter Samuel Talmudiſta dicebat. Et vt ſequebatur, aſſerebat apud Arameos Man & Mon dici, quod apud Ægyptios Myn, & quod apud Hebræ. Maon. i. habitatio, municipiũ, & colonia, vt etiã exponit Hier. Quod verò additur ad para, definit principatum, vt paraz & parazim. i. principiſſa conſularis, &*

princeps

princeps consularis. Nam zi, & zu, à consultatione deriuatiōnē dicebat habere, consentiente etiam beato Hieronymo in lib. de interpretationibus. Paraz autē & parazim Aramei & Hebræi appellāt, quos postea Græci & Latini Persas & Persidē vocāt, vt aiunt, à Perseo. Quod verò subdit Talmudista: Quicquid additur ad para, definit principatū, vt paraz, principatus consularis dicitur, vtiq; hæc ex multis vetustissimis nominibus inuenio, parazolū, para Tussa, parama, & per syncopā parma, sicut & per syncopam Volturrena profertur Volturna. Est aūt Parazolū regio Volturnæ, vbi est Stic Kity Arim, vt intelligas quātæ antiquitatis sint nomina. Est autem nomen compositū ex paraz, & ol, siue Vol, quod priscum vel æternum, tam apud Arameos quàm Hebræos significat. Hinc Volturna siue Volturrena antiquissimam Turrenā significat, & ei hærens regio, Parazolum, principatus consularis priscus & antiquissimus est, quia ad Faunū volturnæ indicebatur generale conciliū, omnibus cōsulibus siue Lucumonibus & duodecim populis Hetruriæ, vt tā fama cui standū est, quàm Liuius significat in pluribus locis ab vrbe condita. Quòd verò ibi & Kytei tumuli, & Stic Kyti Arim i. Kytim Itali Atlantis soceri Coriti, permanens exaltatio cum nomine perseuerent, in alijs commentarijs cōprobatur. Nunc satis est Parazolum esse Volturnæ epithetum, loco inditū ab ipsa re, et è regione eius esse partē tetrapolis para Tussam, id est, principem Tuscam. Et ita haud dubiè in Bianora Cispadana olim Hetruscorum colonia. Parmam esse vocabulū Hetruscum, & interpretari, principem municipum, vel principem coloniarum & populorum, supple, in Bianora solum prouincia: quæ postea, vt insinuat Sempronius, à Romanis victoribus dicta fuit Aurelia, vt existimo à duce. Sequitur vltima pars originis Hetruscæ. Flaminia vulgo Romaniola, quæ vt ait Sempronius, sub Thuscis dicebatur Felsina à duce Thusco, & Larthe Felsino, qui teste ipso nomine condidit Bononiam, id significante Plinio in tertio naturalis historiæ, capite decimosexto: Bononia (inquit) antè Felsina vocitata, quū princeps esset Hetruriæ, scilicet metropolis Hetruscorum in Felsina siue

A B C D

Parazolū. *Flaminia.* *Romaniola* *Felsina.*

A *siue Flaminia tantũ, sicut & Parma in Bianora, & Mã-*
Mediola- *tua in Mintiana, & Mediolanum in Laria Vulturrena,*
num. *& eiusmodi. Durat huius regionis longitudo à Bononia vsq; post Ariminum in Rubicone fluento, in quam cum Hetruscis etiam Lamones colonias misit, id est, Hetrus-*
Lamones. *cas maritimas, ob vicinum mare Atriaticum. Lamones enim, vt supra diximus, sunt Hetrusci maritimi Herculei. Cui dicto Sempronij argumentum facit, in Flaminia vallis adhuc dicta Lamone, siue vallis Lamone, & viri apti vt olim Turreni ad pyraticam, vt ferunt, quos per*
B *contatus sum de eiusmodi habitatoribus.*

DE TRANSALPINA ITALIA.

IAm exposuit Sempronius de Italiæ Alpibus, de Apenino, de Transapenina Italia, præcipuè Gallicana, nunc reuertitur ad Cisapeninam ad inferum mare percurrens, quæcunq; regiones Apenino inferius subiacent vsque ad vrbem Romam. Ex quo patet, quòd intentio Sempronij est ad Latium festinare, & quo homine Roma tam validas opes Hetruscorum & Gallorum, Vmbrorum, Samnitum & Græcorum sensim fregerit, ostendere. Itaque hęc
C dicit:

CIsapœnina verò ad inferum mare, veteres ita partiti sunt per amnes. A Nicia enim ad Macram tenent Lygures montani, origine Phaëtontei. A Macra item ad Arnum & portum Lygurnum, incolunt Hetrusci, cognomine Lygures Apuani, quos
D *sequuntur Lygures Hetrusci Populonij, à Lygurno portu ad caput Hetruriæ, à quo ad Tyberim sunt Hetrusci Lygures Turreni, in quibus sunt campi compluti lapidum, clari pugna Herculis, adhuc Lamones dicti, ab ipsius Herculis filio Lamone. Pari forma ab vlti-*

ma Italia in Tyberim Romamq́ percurrendo, à Velia ad Silarum fluuium Lucani à Sãnitum duce Lucio orti, tenent. Ab eo ad Sarnum amnem, Picentini habent. A Sarno verò ad Volturnum fluuium incoluerunt Cumani, quos ab agro nullis viribus Hetrusci, quamuis toti Italiæ imperitarent, potuerunt dimouere aut in potestatem redigere, à Voltur no amne ad Silarim Hetruscorum vetustissimus ager fuit, in quo prius Oscam dictam, postea Capuam condiderunt. A B

Dicit veteres diuisisse Cisapœninam Italiam per amnes Macram, Arnum, & alios, quia ipse non ex toto sequitur Augustum, Plinium, & alios, qui per regiones diuiserũt Italiam. Et primo excurrit Maritimam inferi maris, à Nicea vsq; Ostiam Tyberinam, dicens ea quæ fermè suprà exposita sunt. Nam à Nicea vsq; ad Macram sunt montani Lygures origine Phaëtontei. Deinde à Macra vsq; Ostiam sunt Lygures origine magis Hetrusca quàm Phaëtontea. Et ab ostijs Macræ vsq; Lygurnum portũ, dicuntur Apuani sicut & Montani. A Lygurno verò portu ad caput Hetruriæ dicuntur Populonij, à metropoli maritima, vt suprà exposuimus. Est enim Populonia idem quod Puppium Philarchá, quia quam Popim Hetrusci, eandem Puppim dixère Latini. Caput verò Hetruriæ vulgus & naturæ remoto secundo r, proferunt caput Hetruriæ, sicut & Electraiam regionem & fontem, proferunt Electaiam fontanam, & id genus multa dicunt remota r. Ab hoc capite ad Ostiam sunt Hetrusci Turreni Lygures, in quibus sunt campi Lamonesq; compluti à Ioue lapides in auxilium Herculis, vt hic Sempronius dicit, & nos suprà exposuimus. Deinde à Velia incipiens, quæ in fine est Italiæ & circa principium magnæ Græciæ vsq; in Tyberim contrario itinere pergit, quia vt dixi-

Italia Cisapœnina. C Populonia. D Lamones.

A *Vt diximus, ad Latium Romamq; festinat. Et de magna quidem Græcia tacet, quia in principio eam tetigit. Nūc à Velia incipit, finitima magnæ Græciæ, veniendo versus Romam, vt patet in Ptolemæo De qua Vergil. Portusq; require Velinos. Sanè pro emendatione exemplaris corrupti, & intelligentia literæ sciendum est, quòd in exemplari inuenitur Silaris, pro Lyris fluuio, à quo finē habet Latium. Nam vt patet in Ptolemæo, ab vrbe Roma ad Lyrim finit Latium, quod Campaniam Romanā dicimus. A Lyri verò vsq; ad Vulturnū est Campania Capuana, quam incoluère Hetrusci, missis eò colonijs ab Osco Hetruriæ Larthe, cui insigne erat serpens, vt Berosus asserit: à quo Capua Osca dicta est, & ad mare ante conditam Capuam Taracinenses, & eius populi dicti Volosci, siue per syncopam Volsci, id est, antiquissimi Osci. Inde Capua dicta est, ab augurio Capis, id est; Falconis auis. Postea ab ampliatore duce Troiano, vt ait Seruius super Æneida, Vulturnum quoq; dicta est Capua, vel à Vulturno fluuio iuxta ipsam fluente, vel quia campestris, vt Liuius & quidā existimant. Nā lingua Osca tūcq; Etrusca, Vulturnus campestris dicitur. Igitur Etrusci tenuerunt totā regionē hanc à Lyri fluuio in fine Latij vsque Capuam, & illi proximum amnem Vulturnū. Sequitur regio Cumana à Vulturno & Capua vsq; Surrentum, regio vtiq; illustris Sibylla, & Æneæ descensu ad inferos, in qua sunt Lyternum, Cumæ, portus Misenus, Baiæ, Puteolis, Neapolis. Sequitur hanc altera Etruscorum regio Picentina à Sarno ad Lucanos nunc Silarim, de qua Plinius in tertio naturalis historiæ capite sexto. A Surrento, inquit, vsq; ad Silarim amnem, triginta milia passuū, ager Picentinus fuit Thuscorum, templo Iunonis Argiæ ab Iasone condito insignis. Ex quo patet, quòd Cumea regio erat obsessa ab Etruscis Capuanis à tergo, & ab Etruscis Picentinis à fronte ad mare Ionicum, quia etiam totam partem sextam Apenini, Picentinis hærentem, habitabant, vt ex superioribus patet. Et quum tam potentes essent Etrusci, & toti Italiæ dominarentur, nūquam Cumanam regionem potuerunt habere, vt hic Sempronius scribit, Cui etiam astipulatur Dionysius Halicarnasseus,*

Margin notes: *Lyris finis Latij.* (B) *Volsci.* (C) *Cumæ.* (D)

nasseus, qui in septimo libro scribit: Anno quarto Olympiadis sexagesimæquartæ, dictos Etruscos, qui versus Ionium habitabant, adiunctis Vmbris & Barbaris ad quingenta millia peditum, & duodeviginti millia equitum, quum sub ditione vellent ponere Cumas, diuino miraculo territos ac fusos fuisse. Ex quo patet, quosdam authores malè interpretari Tibullum in Elegia dicentem his versibus: A

Nos tenet Etruscis, manat quæ fontibus vnda, Tibulli locus.
Vnda sub æstiuum non adeunda canem.
Nunc autem sacris Caiarum maxima lymphis, B
Quum se purpureo vere remittit humus.

Et in fine Elegiæ, qui principio correspondet, dicit:

Atque mihi Thuscæ celebrantur numina lymphæ.
Et facilis lenta pellitur vnda manu.

Nam vbi Caia aqua, est in Volturrena, in eius Thermis Qui emendare voluit impressiones, corrupit scribens Baias, cũ tamen Baiæ neq; à montibus Etruscis cognomine Volturrenis, teste Plinio, manent: neque vnquam Cumana regio fuerit ab Etruscis possessa, neq; potuerint dici Etruscæ aquæ omnes quæ sub Etruscis sunt, nisi in Etruria: sed Etruscorum, quia nõ vbi Etrusci ibi Etruria, sed vbi Etruria ibi Etrusci: quia non Etruria ab Etruscis, sed Etrusci à prima eorum habitatione dicta Etruria nomen habent, vt author est Dionysius libro primo. C

SAtis igitur cõstat, Caias Etruscas Thermas salubritate sui præcellere alias, vt in.5.lib. Strabo asserit, de quibus etiã Martialis: Nisi Etruscis lotus fueris aquis, morieris Oppiane. Sed de latio & Roma verba iam facienda sic monet Sempronius:

ALyri autem vsq; Thyberim Saturnus cum priscis Aboriginibus fuit origo, ab Vmbris & Camesenis editis, vbi est mons Capitolinus, aureo sæculo à Saturno habitatus, vbi & nũc aurea Roma terrarum caput. Quàm ob rem parum considerate quidam D

A *dam ſcribunt, Romam poſtremis ac nouis ſæculis à Romulo conditam, & appellatam atq; cœptam, quum nullum ex his tribus verũ apud maiores inueniatur memoratum, ſed ſint ab eis contraria prodita. Non enim Roma à Romulo nomen habet, quippe quia geminis non Remus & Romulus nomina poſuit Fauſtulus*
B *Etruſcus & regius paſtor, ſed Rumulum, & Rumẽ illos ab euentu appellauit, quæ ſunt nomina Etruſca, Alioquin Romæ nomen & nominis origo vulgata eſſet atq; manifeſta, quæ occulta eſſe ſaluberrima religio ſanxit, ne ſi origo nominis Romæ clareſceret, eius Deus in cuius tutela Roma eſt, & à quo deriuationẽ*
C *habet, gẽtibus pateret & euocaretur, vt cæteri. Quamobrẽ & Angerona ſilentij Dea ante Iani feſtos dies colitur præ foribus, vt ne cui liceat illud palam afferre, quod ad ſalutem reipublicæ veteres ore obſignato intra pectora arcana voluerunt contineri, cuius violatæ religionis pœnas primus luit Soranus. Non igitur à*
D *Romulo Roma, ſed è contra ab ipſa potius Roma, cuius adeò eſt occulta deriuatio, Romulus nomen habuit, quæ ante ipſum Romulum cœpta legitur coli annis paulominus octingentis, ab Italo in Auẽtino Capena, & filia eius Roma in Palatino colle, & ante hos pluſquã*

tre-

trecentis annis aureo sæculo, à Saturno vbi nunc Saturni ædes ad radices Capitolini collis. At Romulus solum ex oppidulo Roma in Palatino colle quadratam & regiam reddidit, Cuius quatuor portiones erant, Roma Vellia; Germallia vbi Ficus Ruminalis & ædes Rumuli, à Dei occulta deriuatione postmodũ Romuli. Condidit autem eam, accitis amicis B *vatibus Etruscis, qui fossa vbi caput Erti tauri est, pomœrioq; ad prudentis vatis auspiciũ sacratis, circum Palatinum collem sacro aratro cingi iussit.* XI: *Calendas Maias, hora inter secundam & tertiam, sole in Tauro, Luna in Libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, & Ioue in Piscibus, vt tra-* C *dit Lucius Carrutius mathematicorum peritissimus. Sunt qui tradant illam conditam duodecima Olympiade. Placet alijs octaua. Septima quibusdam. Sexta completa nonnullis. Præualet omnibus his Eratosthenis inuicta regula vt aiunt. Sed quũ Pomponius Atticus coram Senatu atque doctissimis viris confer-* D *ret Græcorum certissima tempora, compertũ est, quòd ab Ænea & Troia excisa per tempora regum Latinorum vsque ad Romulum regem iam creatum fluxerunt anni circiter triginta & quadringenti. Quare hauddubie con-*

OO *dita*

A dita est Roma Olympiade septima aut eius anno secundo. Condita autem fuit primum in monte Palatino. Inde Sabinis & Thuscis in fœdera coëuntibus, incoluerunt Sabini quidem Capitolium & Quirinalem, in quo Numa postea habitauit. Romulus & Rumnenses Exquilinum, Palatinum & Cælium. Thusci Vi-
B minalem & subsidentem conuallẽ vsq; ad ędẽ Saturni, & Capitolij. Rumo fratri Auentinus ætate Romuli mansit. Hæc sunt veræ tã priscæ Italiæ quàm vrbis Romæ antiquitates & origines, quibus quoniam plures Græci postremis temporibus in Italiam commigrantes commixti fuerunt, ob id à se principio emanas-
C se Italiam Græcia falso existimauit Græca tum leuitas tum fabulositas. Quis enim ex antiquissimis non scribit à Iano Ianiculum, & Etruscos veteres Gallos conditos, & tamẽ plures Græcorum tradunt à Turrheno Lydo qui fuit nuper & heri, positos? Quinetiam Turreñam Thuscorum regiam non puduit eos Romam asserere. Tanta videlicet impu-
D dentia cum eorum iactantia est, vt omnium gentium & imperiorum atq; vrbium præclarissimarum se conditores esse apertis sæpè mendacijs conscribant.

Dicit quòd Latij origo fuit Saturnus cum Aboriginibus, quos ediderunt Vmbri & Cameses. Nam vt authorest

est Iginus & ante eū Berosus, in libro antiquitatū, circa principium Nini Saturnus Ægyptius nomine Cameses venit in Etruriam. Deinde tribus annis à Iano, Vmbrorum & Aboriginum regulus creatus, permissu eiusdem Iani Camesenam regionem omnem Vmbriæ, & Apeninæ, Sabinæ, trans Hetruriam à se nuncupauit, vbi Camesenas vrbes duas suo nomine condidit, alteram in montibus cuius nomen permanet, Camerena, alteram iuxta Albam cuius meminit Dionysius Halicarnasseus in secundo libro, vbi refert Romulum superasse Camerenos, coloniam Albanorum, & eam Camerenam fuisse Aboriginum vetustam vrbem. Nec te moueat, quòd Cameses Camers & Camesenam posteri Camerenam dixerunt, quia facilis fuit teste Quintiliano mutatio s in r. Vnde prisci, quæ per s pronuntiauerunt Phalesij, Fusij, Valesij, decos, honos, arbos, Tursis, Tursena, Etursia, Voltursena, Sursena, posteriores per r pronuntiauerunt, Phalerij, Furij, Valerij, Decor, Honor, Arbor, Turris, Turrena, Eturria, & Etruria, Volturrena, & Surrena. Macrobius in primo Saturnalium, à Beroso & alijs desumens ait Ianum nomini suo reseruasse Etruriam quæ Ianicula dicebatur, & limitem prouinciæ oppidum Ianiculum, & deinde Latio præfecisse Saturnum, à quo Saturnia Italia dicta est. Eius verba sunt, demonstrando priscam Italiam, quæ solum circa Tyberim cœpit, vti super Fabium Pictorem videbimus, & sub his verbis dicit: Regionem istam quæ nunc Italia dicitur, Ianus regno obtinuit. Qui cum Camese atque indigenis partici pata potentia ita possidebat, vt oppidum Ianiculum à se, & residua regio Camesena diceretur. Post hæc regnum ad solum Ianum redijt. Cumq; Saturnum naui peruectum comi hospitio recepisset, edoctusque ab eo peritiam ruris, victum illum rudem ante fruges cognitas in melius redegisset, illum societate regni munerauit. Sed de his copiosius super Fabium Pictorem dicemus. Porrò Sempronius tria dicit, quosdam inconsyderatè scribere de origine Romæ, videlicet quòd à Romulo cœpta est coli, quæ aureo sæculo ante Romulum plusquam annis centum ac mille à Saturno babitata

A Cameses.

Camerini. B

C

D

A *fuit, & item quòd à Romulo fuit condita, cum ante eum Saturnus Saturniam ad radices Capitolij, & Italus Capenam in Auentino, & eius filia Roma in Palatino Romam condiderint, vt Fabius Pictor & alij conscribunt. Rursus tertium quoque falsum est, quòd Roma sit à Romulo deriuata duplexq; argumentum profert. Primo, quòd Romulus non est eius proprium nomen, sed Rumulus, id est mamillarius. Nam Etrusci Rumam, Latini postea mammullam dixerunt. Vnde Faustulus illis nomen imposuit Rumulus & Rumus, quòd mamma lupæ fuerint*

B *primo lactati, & hoc idem Seruius dicit super octauum Æneidos, ibi Rumore secundo. Potest, inquit, dici Rumone secundo, quia Rumon dictus est Romulus. Vnde & ficus Ruminalis dicitur ad quam eiecti sunt Remus & Romulus, quæ fuit ibi, vbi nunc Lupercal in Circo: Hac enim labebatur Tyberis antequam Vertumno factus sacrificijs amnis auerteretur. Igitur Sempronius hoc argumento vtitur. Nomen quod alio nomine occultæ originis deriuatur, non dicitur à nomine manifestæ originis. Cæterum nomen alterum à quo deriuatur Roma, est occul-*

C *tæ originis, Non igitur dicitur à Romulo, cuius nomẽ est manifestæ originis à Ruma. Nam Etrusca olim lingua & ætate mea non habet o integrum, sed inter o & u, & magis appropinquat u in compluribus. Quare quòd Faustulus Etruscus protulit per u Rumulus, ipsi Sabini & Latini pronuntiabant per o Romulus. Quòd verò ait Romam deriuari ab altero occulto nomine, satis mihi fuit antea occultum. Nunc verò quid sentiam explicabo relinquendo iudicium doctiori. Plinius tradit in disciplina Etrusca contineri quo pacto possint euocari dij, fulgura,*

D *ignes, & eiusmodi. Quare etiam quia oppositorum est eadem disciplina, rituales continebant, quo pacto nõ possent euocari Hoc autem nullo modo fieri melius poterat, quàm occultando nomen ipsius Dei, in cuius tutela vrbs ipsa erat. Eius occultandi modus erat Etruscis, mysterio quodam, & literis quibusdã ab ipso dei nomine alterũ extrahere, cuius ritu ac mysterio, nunc soli Talmudistæ Caballarij vtuntur, in disciplina quam vocant Caballa. Cæterum vt hic Sempronius, & Ouidius in Fastis, & Plutarchus*

Euocatio deorum.

Caballarij.

tarchus in vita Romuli, & alij asserunt, dum conderet Romulus vrbem, vocauit ab Etruria vatem qui auspicato die fossam pomœriumque sacraret, & aratro cingeret Palatinum collum, & nomen poneret vrbi. Plutarchus verò addit quod alij tacent, videlicet quod Etruscus id fecit mysterijs & literis quibusdam, scilicet à nomine Dei in cuius tutela esset vrbs, extrahendo nomen vrbis. Et ita nomen extractum quo vocaretur Roma est, alterum verò nomen Romæ dei sui à quo tractum est, solis, de more Thusco in arcano sacerdotum erat occultatum. Et hoc est quod Plinius ait in tertio naturalis historiæ capitulo sexto. Roma, inquit ipsa, cuius alterum nomen arcanis ceremoniarum nefas habetur. Quod optima & salubri fide abolitum, quia Valerius Soranus annuntiauit, mox luit pœnas. Et in vigesimooctauo libro naturalis eiusdem historiæ, quo de vi verborum & incantamentorum tractat, capitulo secundo sic dicit: Verrius, inquit, Flaccus, authores ponit quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum Romanis sacerdotibus euocari deum, in cuius tutela id oppidum erat, promittiq; illi eũdem aut ampliorem locum cultumue apud Romanos. Durat in Pontificum disciplina id sacrum, constatque ideo occultatum in cuius tutela Dei Roma esset, ne qui hostiũ simili modo agerent. Hæc meo iudicio intelligit Sempronius. Liceat tamen cuilibet opinari. De Angerona, oẽs idem sentiunt, quos equidem legerim. De positione syderea non puto eam fuisse, quod multis rationibus equidẽ probarem si rei huic congrueret, atq; operi. Quæ Græcorum mendacia Sempronius adijcit, prætereo, cùm quia nota sunt, tum præcipuè, quia opus iam à me confectum & suo tempore edendum seruatur, de innumeris mendacijs Græcorum. Reliqua verò quæ ad aureum sæculum & originem vrbis Romæ spectant super Fabium Pictorem supplebimus.

Romæ nomẽ arcanũ.

A

LIBER IOANNIS ANNII VITERBENSIS DE ETRVSCA SIMVL & *Italica emendatiſſima Chronographia.*

OMnis hiſtoria integra eſt, & certiſſima redditur, quæ ſuis ſubſtantialibus partibus cõſtat, quas tres eſſe manifeſtum eſt, narrationẽ, chorographiam et chronographiã. Omne enim in

B diuiduum, vt Peripatetici tradunt, conſtat ſua ſubſtantia, & duobus ſubſtantialibus principijs indiuiduantibus, quę vocant hic & nũc, & ſunt proprius locus & tempus. Cumq́ narratio rerum geſtarum ſingularum ſit ſubſtantia indiuidua hiſtoriæ, quæ res indiuiduas narrat, vtique neceſſario conſequens eſt, vt duobus principijs demõſtretur, loco & tempore. Non enim integra & certa hiſtoria redditur, ſi ſolum dicatur, Magnus Alexander ſuperauit Darium Monarcham, ſed adijciendũ eſt, quibus locis & temporibus exercitum eius fu-

C dit, fugauit, cecîdit, vicit. Quibus principijs quicquid Græcia mendax audet in hiſtoria, tam præclarè eliſimus in libro cui titulus eſt de mendacijs priſcorum Græcórum, vt verè pudeat hac noſtra ætate, quoſdam alioqui eruditos mendacijs Græcórũ delectari, & illis aſſueſcere, imò inſoleſcere. Bonum eſt, inquit, Cato ad Marcum filium, literas Græcas aſpicere, non perdiſcere. Itaq́ pars localis hiſtoriæ, quam Græci vocant Topographiam & Chorographiam quod ſatis eſt, expoſita fuit à nobis in cõ-

D mentarijs ſuper Fabium Pictorem, Sempronium, Catonem, Myrſilum, & fragmentum Itinerarij Antonini Pij, & ſuper Beroſum, & Plinianam Topographiam, & in quadraginta quæſtionibus Annijs. Secunda verò pars eſt temporum, quæ publica & probata fide tenetur, vt ſuper Metaſthenem & Philonem oſtendimus. Eam partem Græci vocant Chronographiam, id eſt, temporum digeſtionem,

cuius

cuius probandi duo principia sunt. Primum, vt ostendamus tempora quæ afferuntur, non discrepa re à publica & probata fide, vti super Metasthenē ostendimus. Alterum, vt reges & viri digerantur, qui his temporibus floruerunt, & quorum memoriam teneant authores, vel loca, siue vtrumq;. Quod profectò nos facimus in hac secunda parte, quæ est de temporibus, in qua primum extendimus viros et tempora ab Iano et origine Italiæ, vsq; ad Othonem Cæsarem. Inde retrocedendo, tempora et viros præscriptos per publicam fidem probamus. Tertiā verò partem historiæ quæ narrat eorum gesta, suo loco absoluemus. A B

Ioannis Annij Chronographia Etrusca digesta, & emendatissima, cuius prima pars digestio Italiæ sub aurea ætate à diluuio ad Ninum & Camesem tribus regibus annis. 249. hoc modo:

Solitudo Italiæ	108	*Sequuntur anni ab Italo vsque ad excidium Troiæ. 454. sub his regibus Larthibus Italiæ.*	
Ianus primū adueniens	33		
Comerus Gallus	58		
Ocbus Veius	50		
Sequuntur anni triginta & quadringenti à Camese ad Atlantem Italum, à quo Italia sub his regibus.		*Italus Atlas*	19
		Morges	20
		Coritus	33
		Iasius	50
		Coriban	48
Cameses	19	*Turrenus*	51
Iani secundus aduentus	82	*Tarcon priscus*	23
Cranus Razen	54	*Abas*	15
Aruns	43	*Olanus*	21
Tages	42	*Veibennus*	42
Sicanus	30	*Oscus*	34
Enakij Lukij	30	*Tarcon secundus*	46
Apis	10	*Thyberinus*	30
Lestrigon	45	*Mezentius*	22
Hercules	30	*Item à vigesimosecundo anno Mezentij vsq; ad sextum Cælij & principium Romuli computatis quinque*	
Tussus	27		
Alteus	7		
Hesperus	11		

C D

A *quinq; annis laborum.*

Æneæ etiam tribus regni eius sunt anni. 423. sub his regibus Italiæ.

Tarcon tertius 20
Oenus Bianor 46
Pipinus 52
Nicius 47
Piseus 52
Tuscus iunior 39
B *Annus* 25
Felsinus 43
Bonus 28
Atrius 27
Marsyas 18
Etalus 30
Cælij pars 6

A sexto Cælij quo cœpit Romulus vsq; ad pulsos reges fuerunt anni. 244. sub his Larthibus.

C *Cælij residuum* 15
Galeritus 20
Lukius Tuscus 25
Cibitius 82
Lucumo Clusinus 38
Rhetus 20
Hyellus 44

A pulsis ab Roma regibus ad perdomitã ciuitatem Etruriæ regnatum est
D *annis ducentis duobus ab his Larthibus.*

Porsena Clusius 58
Tolumnius Veiens 22
Eques Tuscus 40
Liuius Fidenas 48
Elbius Tuscus 32

Post cædem Elbij regnauit Prolarthes Turrenus eius filius annis. 26. & ciuitatem Etruriæ dedit Romanis.

Turrenus 26

Post datã ciuitatẽ Etruriæ claruit posteritas Elbij & Turreni sub Romanis trecentis, &. 54. annis, ex quibus Turrenus vixit vsq; ad superatam Thusciam & signatum argenteum nummũ Romæ in triumphum annis duodecim.

Turrenus qui supra 15
Titus 40
Volturrenus 48
Cecinna 56
Menippus 40
Menodorus 36
Mecœnas 56
Seianus 23
Sceuinus 33
Otho Ferentinus 1

Verum quia temporum & regum, publica & probata fides expetitur, & omnis alius author quanuis aliàs eruditus abijcitur, vt Metasthenes & commẽtaria eius, & superior Monarchiarum chronographia comprobant, idcirco publica & probata fides temporum, virorumq́ꝫ danda est, & Othonis quidẽ meminit Suetonius de duodecim Cæsaribus. Eiusdem

dem & Sceuini. Cornelius Tacitus in vita Neronis A
& Othonis. Seiani meminerunt Iuuenalis in Satyra Omnibus in terris, & Philo in libro legationis suę secundo, & in breuiario temporum, itemq; Suetonius in vita Tyberij. Mecœnatis reminiscuntur cum Suetonio poeta & historici. Menodorum memorat Appianus de bellis ciuilibus quòd iuuerit partes Iulij Cæsaris. Omnium verò simul ab Elbio ad Menodorum, memoriam facit Cato in. 19. fragmento originum. Verum publica fides temporum, ab ipsis certissimis Olympiadibus sumitur. Teste autē Liuio in. 9. ab vrbe condita. Q. Fabius egregie perdomuit Etruriam vrbem, sed nō cepit ciuitatem, quia B
ciuitas Etruriæ data est non capta, vt asserunt Valerius Maximus & Cato de originibus. Nam Valerius Maximus lib. 4. in fine narraturus pudorē Spurinæ Etrusci, his verbis incipit: Quod sequitur externis annectam, quia ante gestum est, quàm ciuitas Etruriæ daretur. Cato item in supradicto fragmento: Turrenus, inquit, patre Elbio Larthe ad lacum C
Vadimonis cæso, ad reddendam vrbem Etruriam allici potuit anno. 2. Olympiades centesimæ vigesimæ quartæ, sed ad recipiendas Latinas literas, nunq̄ persuaderi potuit. Cæterū à. 2. anno cētesimę ac vigesimæ quartæ Olympiadis, quo Turrenus dedit ciuitatem Etruriæ, vsque ad primū annum Olympiadis. CCXII. quo teste Eusebio, se interemit Otho, sunt Olympiades octogintaseptem & tres anni, quæ simul efficiunt annos octo & quadraginta supra trecentos. Quare publica & probata temporum & doctorum virorum fide, vere à Turreno ciuitatē Etruriæ dante vsq; ad Othonis interitum anni supradicti supputati sunt à nobis. Sed quòd tot annis floruerint, à principibus ipsis Romanis quibus chari fuerunt, ea mente atq; ingenio mentiti sumus, vt vel ad cētrum ipsum sagittam iecerimus, vel parum ab fuerimus, ita vt chronographiam non læserimus. D
Hactenus de publica & probata virorum & temporum retrocedendo ab Othonis interitu vsque ad

A Turrenum datorem ciuitatis Hetruriæ.

Nunc ab hoc Turreno retrocedendo vsq; ad Romulum residuum probemus.

ANnalium quidem Romanorum publicam fidē probatamq; temporum rationem Titus Liuius tenuit in libris ab vrbe condita, qui regēs fuisse Romæ á Romulo ad pulsos reges annis, CC. XLIIII. per eorum tēpora clarissimè digerit, in primo libro ab vrbe condita. A pulsis verò regibus vsq; ad perdomitam Hetruriam, per singulos annos consulum B & magistratuū enumerat annos ducentos, qui supradictis adiūcti efficiūt annos. CCCC. XLIIII. Olympiadesq;. C. XI. completas. Est enim Olympias apud Græcos spatium quatuor annorum, sicut lustrum quinquennium tenet apud Latinos. Itaq; si á Romulo rege in primo libro ab vrbe condita Liuij vsque ad Hetruscos perdomitos á Q. Fabio ad lacum Vadimonis in nonum librum annos supputaueris, supradictas centum vndecim Olympiades conficies.

Olympias.

C Porrò vt Fabius Pictor, & Dionysius Halicarnasseus in primo libro, & peritiores conuincunt, & Eusebius de temporibus sequitur: Roma condita est á Romulo post sex primas Olympiades, quas si supradictis adiicias, erunt Olympiades completæ. C. XVII quando Hetruscos perdomuit Fabius, cæso Elbio Larthe ad lacum Vadimonis. A centesimo decimo septimo ad secundum annum centesimæ vigesimæ quartæ Olympiadis, quando Turrenus dedit ciuitatem Hetruriæ, iuxta Catonem sunt anni sex & viginti. Ergo publica & probata temporum fide pro D bauimus Turrenum fuisse Prolarthē siue loco Larthis Hetruriæ á cæso patre ad datam ciuitatem, annis vigintisex. Quòd verò á cæde Hetrusca ad lacū Vadimonis fuerint anni residui vsque ad Romulum. CCCC. XLIIII. in Liuio numerātur, á primo libro vrbis conditæ vsque ad nonum. Larthum fidem faciunt in primis Cato, q fragmēto supradicto meminit Elbij, á quo vicū Elbij in Cyminio lacu Ptolemæus notauit. Liui⁹ Fidenas Posthumus, etiā á Latinis

Elbius.

tinis dux exercitus adſcitus poſt incenſam à Gallis Romam, in primo Saturnalium memoratur à Macrobio. Equum, à quo Equi Phaliſci ſeruat lapis effoſſus in Ry yello, in Thermis Pauli benigni. To lumni & Porſenæ geſta ſimul & nomina refert Liuius in libris ab vrbe condita ſecundo & quarto. A

Yellum ſeruant eius inſcriptiones in ſacrario cinerum Ry yelli, quam in lucubratione de origine literarum & phyloſophiæ Hetruſcæ dedimus. Rhetum à quo Rhetios dictos. Plinius in tertio naturalis hiſtoriæ & quidam alij memorant. Lucumonis Cluſini geſta infelicia, narrat in parte Liuius in quinto ab vrbe condita Cubicius adhuc inſcriptus ſeruatur in ſacrario cinerum Auguſtalis Surrenæ. Lukius, id eſt, Lucumo Tuſcus quum inſcriptus, eum à Feſto memoratur quòd Luceſes condiderit, tum præcipuè Lukium adhuc prædium eius, non longè à Luca illi fert teſtimonium. Cælius & Galeritus Lucumo à quibus mons Cælius & Luceres olim dicti, memorãtur à Varrone in primo de lingua Latina, à Dionyſio Halicarnaſſeo in ſecũdo libro, & à Fabio Pictore de origine vrbis Romæ, & à Propertio in quarto Elegiarũ. Fides igitur publica & probata de nominibus illuſtrium virorum atq; temporibus ab vrbe condita vſq; ad Othonem Cæſarẽ à nobis fideliter reddita eſt. Nunc retrocedẽdo de.cccc.xxx.annis ab vrbe condita vſq; ad euerſionem Troiæ, fides publica & probata redditur in Latina hiſtoria, quam & Liuius in primo ab vrbe condita, & Euſebius de tẽporibus, & partim Manethon Ægyptius ſupplemento Beroſi tangunt. Et quanuis de annis Æneæ quidam varient, vt plurimum tamen probationes ſupputant annos ſex à captiuitate Troiæ vſq; ad eius interitum. Cui eſt argumẽto inuincibili, quia ſi plures aut pauciores tribuantur, diſcordaret à publica & probata fide temporum monarchiæ Aſſyriorum, à qua menſurantur priuatorum tempora, vti ſuper Metaſthenem Beroſumq; oſtendimus. Itaq; partim errando, partim regnan-

Yellus. B C D

A regnando, Æneas ducauit annis quinque. Ascanius trigintaocto. Syluius Posthumus vigintinouem. Æneas Syluius triginta vno. Latinus iunior. 50. Alba trigintanouem. Atus Ægyptius. 24. Capis viginti octo, Capetus, tredecim. Thyberinus à quo Tyberis, octo. Agrippa, quadraginta. Remulus, decem & nouem. Auentinus, trigintasepte. Procas, viginti tres. Amulius. 44. Ergo à Troia cremata ad successorem Amulij Romulum probati sunt à fide publica Latina, anni. cccc.xxx. Viros verò Larthes his temporibus regnantes quamplurimos ponit Manethon, à Mezentio ad Atrium. Sed & alij authores

Regnorum & regum anni.

B eos memorant, vt Tarcōtem tertium Vergilius in 8. & 10. Æneidos. Ocnum in eodem decimo Vergilius. Pipinum memorat Cybelaria inscriptio, à quo Pipiniensis agri Tusci meminit Liuius in nono ab vrbe condita. Nycium à quo Nyceam Turreni in Corsica, & Ethaliam Turrenam à duce insulam, Diodorus in sexto lib. indicat & nomina ipsa probant Marsyæ Turrenorum ducis meminit Plinius in. 3. naturalis hist. & cap. XIII. itemq; Cybelaria excisa

C inscriptio Piseum ad classicum inuenisse tubā æreā Plinius in. 7. naturalis histo. & plures cōcelebrant. Tusco iuniori fidem facit Manethon in supplemento Berosi, & vetustissima Tuscanellensis excisa memoria, qua prodit Tuscanellam post Troiæ captiuitatem ab Ascanio monopolim conditam, & processu temporis à Tusco Larthe adauctā. Annum, Annia Tusca vetustissima familia à qua Antoninus Pius oriūdus fuit teste Helio Spartiano eximio argumento seruat. Hinc Bonum similiter monumenta

Annij.

D produnt, cuius familiæ & Familia Turna Bona, & Bona, & vt existimo Bonella perseuerant, & excisa æra sub Antonino Pio quæ apud me sunt probant. Atrium etiam Atriaticum mare & Atria oppidum integre demonstrant, vt quidam existimant, & Plinius in tertio naturalis historiæ, cap. 17. videtur significare, licet quidam à colonia Volaterræ dictum putent, vti ostendimus super fragmenta Catonis.

Boni & Bonelli.

Atrij.

Huc

Huc vsq; hos Larthes supradictos Manethō exprimit,& supradicti etiam authores. Qui sequuntur, his locis probati sunt, videlicet Felsinus á quo sit Bononia condita,tā Cato in fragmentis quām Sempronius de partitione Italiæ produnt, & ab eo primum Felsinam, inde á Bono successore Bononiam dictam produnt. His ad publicam fidem ostensis afferendum est tempus,& Larthes monstrandi retro cedendo ab Troiano excidio vsq; ad eius fundationem,& inde vsq; ad Italum. Est autē tempus á fundata Dardania vsq; ad excisam, quod publica fide annalium regum Troiæ Archilochus prodit,&nos in eius commentariis explanauimus copiose. 297. annorum. Totidem supputat Eusebius de temporibus, eandem temporum publicam fidem secutus. *Felsinus. Bononia. Larthes.* A B

Porrò á condita Dardania vsq; ad primum annum Itali,ex publica fide antiquitatum,Berosus centum & quinquagintaseptem annos colligit per reges Assyrios. Quos si superioribus adiicias,erūt anni. 454. á primo anno Itali vsq; ad Æneam & Troianum excidium. Quod profecto, & altera publica fide temporum subregulorū Latij, ex Beroso & Manethone transumptorum,ita ostenditur: Mortuo Hespero fratre Italus reassumpsit Vetuloniæ imperium, relicta filia Roma in Capena oppido,quod sub Auentinum fundauerat, vt asserit Fabius Pictor de origine vrbis Romæ. Igitur vt Berosus & Manethon significant,Roma regnauit in Latio annis. 46. Romanessus eius filius. LXXIX. Picus priscus. LVII. Faunus priscus. XXX Annus Faunigena qui teste Sillio locauit Agillam filiam Trasimeno filio Turreni, regnauit annis. 54. Vulcanus. 36. Mars cognomine Ianus. 23. Cęculus cognomine Saturnus. 36. Picus iunior. 14. Faunus iunior. 24. Latinus Æneæ postea socer. 38. Ergo etiam per subregulorum Latij publica tempora demonstratur publica & probata fide fuisse ab Italo ad excidium Troianū annos. CCCC.LIIII. Ex publica quoque & probatissima fide Berosi & Manethonis sicut Latini subreguli & eorū tēpora, *Hesperus. Italus. Roma.* C *Romanessus. Picus. Faunus. Annus. Vulcanus. Ianus. Saturnus. Latinus.* D

ita

A ita his correſpondentes *Larthes* Italiæ in Vetulonia & eorum tempora ſupputantur ab Italo vſque ad Mezētium. Et nihilominus Latini hiſtorici & monumenta eos non ſuppreſſerunt. Nam de Mezentio memoriam faciunt, *Liuius* in primo ab vrbe condita. Dionyſius item Halicarnaſſeus in ſecundo libro Macrobius in primo Saturnalium, & Vergilius in VIII. & XI. Æneidos, & deinceps. Thyberini patris Ocni, ex fatidica Manto, à quo Albula Thybris di-

B ctus eſt, meminit Vergilius in octauo & decimo Æneidos, & alij authores. De Tarconte ſecundo qui Cacum cōiecit in Labyrinthum, etiam *Solinus* lo-

Oſcus. quitur in Collectaneis. De Oſco ſunt coloniꝫ Oſca quæ & Capua (nam Oſci ſunt Capuenſes vt ait Seruius ſuper Æneida) & Voloſca, id eſt, antiqua Oſca,

Veibenus & per ſyncopā Volſca, vt in Anniis quæſtionibus

maſſus. explanatum eſt. Veibenum cognomine Maſſum conſeruant monumenta & vrbs in Thuſcia Maſſæ, & Cælius Veibenus à familia vt memorat Varro in primo de lingua Latina, vbi Cælium montem aſſerit dictum à duce nobili Tuſco, Cælio Veibe-

C no ſiue per ſynæraicam compoſitionem Vibeno. In ea enim compoſitione literas e & i conuertimus, & ſæpe ſyncopa vtimur, vt Veilumbros, & Veibenos, & Vieterbum, dicimus Vilumbros, Vibe-

Olanus. nos, Viterbum, vt alibi oſtendimus. Olanum du-

Abas. cem Thuſciæ fuiſſe, qui primus Mediolanum fundauerit, eſt teſtis Cato in fragmento ſeptimo originū. Abas, à quo Abantes in Tuſcia populi ad caput Abium maritimi, perpetuum argumentum habet re-

D gionem ipſam, vnde *Lucumo* nomine Toruus, claſſis maritimæ pro Ænea princeps fuit, vt author eſt Vergilius in decimo Æneidos, nominās ipſum Toruum Abantem. De Tarconte priſco & patre eius Turrheno Meone, pleni ſunt Codices ſicut de At-

Morgetes. lante Italo, & filio Itali Morgete, atque Itali ſocero

Coritus. Corito, & huius filio Iaſio. De Bante verò quem

Bantes. Beroſus Coribātem vocat, id eſt, haſtatum Bantē, inſcriptio Grauiſca memoriā facit, vt in commentariis

tariis de origine literarum Hetruscarum exposui-mus. Tanta igitur de probata & publica fide, tēpo-rum & Larthum Hetruriæ dicta sint, ab Italo vsq; ad Mezentium. Nunc ab Hespero prædecessore Itali ad Camesem, tempora & Larthes sunt demon-stranda. Et fidem publicam habēt à Beroso in quinto antiquitatum, qui per reges Assyriorum à Camese qui rexit primo anno Nini colonias Italas vsque ad Italum supputat totidē annos, & Larthes quot assignauimus, quorum memorias plures authores habent, vt Cameses, Saturnus, Ianus, habent Iginū, Protarchum, Macrobium in primo Saturnalium, et pro parte Poëtas. Crani Razeni, meminerint loca Volturnæ ita dicta, & Myrsilus de origine Italiæ, et Dionysius in primo libro dicens, Tuscos se appellare à duce Razenuos. Aruntis primi quem Berosus Arunum declinat, memoriam seruant eius coloniæ Thuscæ, Aruntini veteres, Aruntini Rulli-enses, Aruntini Fidentiores, de quibus exposuimus super Catonis fragmentum. 16. et à. 15. ad. 19. et aliis commētariis Tagetem fuisse qui primus Thuscos aruspicinam docuerit, omnes cum Beroso confitentur. Sicani prædia in agro Vetuloniæ manent, quæ dicimus vallem Sicaniam, sicut Enakios am-nes dicimus Kat Enakios, id est, congregationes gigantum quos expugnauit Apis et filius eius Hercules Ægyptius. Vnde et vallem gigantum etiam circa Tuscanellam dicimus, et campum Cymeum iuxta Cat Enakia, vbi Ioui iusto Api affuerunt Itali, contra gigantes, vt asserit Diodorus in sexto lib. et nos super Berosum probauimus argumentis et authoribus inuincibilibus. Aliquot annis præfuisse Italiæ Apim, et eius nepotem, quem Græci anthropophagū, Hetrusci Kurkium, Latini et Berosus Lestrigonem vocant, itemq; et Herculem vsq; Hesperum, cuncta supradicta monumenta cum Beroso cō firmant. Et ideo à Camese vsq; ad Hesperū amplam fidē temporū et hominū, Berosus et historici et eorum monumenta præbent. Nunc de tēporibus ante

Ca-

Cameses. *Razeni.* *Aruntini.* *Tages.* *Sicanus.* *Apis in Italia.* *Lestrigo-nes.*

A Camesem & Nicium quæ Latini vocant aurea sæ

Aurea sæcula. cula fides publica sumenda est. Primum à transum ptore fidei publicæ Beroso, qui ait ante Ninum fuisse inundationem sub Ogyge Iano, annis. 249. & *Babylonia.* anno. 131. post diluuium fundatam fuisse Babyloniã à Saturno patre Beli, et eius anno. x. Ianum misisse colonias Thuscas duce Comero Gallo, cui filius fu *Ochus.* it Ochus Veius, à quo vestigium manet mons Veiochus. Item Xenophon libro de æquiuocis idem tempus scribit à publica fide columnæ in Babylonia excisæ à Semiramide, vt ostendimus in commẽ

B tariis eiusdem authoris. Enumerat enim ab inundatione ad Saturnum patrem Beli, annos, 31. supra 100. Et à Saturno ad Belum filium, annos sex &. 50. Et à Belo ad Ninum annos. 62. Ita ab inundatione ad Ninum primum Monarcham, fuerunt anni. 249. Vo- *Aurea ætas.* cauerunt autem auream, quia prima fuit nata cum humano genere post diluuium, quæ vindice nullo, aut lege scripta et metu, sed sua sponte rectum fidemq; colebat, vt ait Ouidius in primo Metamor-

C phoseos, et Trogus et Iustinus in primo Epitomatum. Et, vt aiunt, durauit vsque ad Iouem, qui primus armis sumptis fugauit Saturnũ, id est, vt osten dit Berosus vsq; ad Ninum, qui legato à patre Belo mandato susceperat, vt omnino Saturnum Sagam Caspium deleret. Nam et ipse Ninus per interpretationem Iuppiter dicitur, vt probatur in commen tariis super Xenophõtem. Nam Saturnus Apteras, *Saturni ætas.* quem Græcia mendax fingit in historia venisse ad Ianum, non floruit aureo sæculo quando Italia dice

D batur Saturnia, sed longe post ferreo iam sæculo, quando Italiæ nomẽ fulgebat extinctis aliis cognominibus, Ianicula, Saleumbrona, Camesena, Saturnia, Apenina siue Taurina et Hesperia, vt demonstrauimus super. 2. fragmentum Catonis, et tertium et quartum. Et super Fabium Pictorem. Eadẽ tempora cum Iano et primis coloniis, assignat Cato in secundo fragmento dicens: Italiæ, inquit, splendidissima origo fuit, tum tempore, tum origine gẽtis

Cœpit

Cœpit enim aureo sæculo sub principibus diis, Ia- A
no, Camese, Saturno, gente Phœnica & Saga. Et
pauló post: Inter authores conuenit Phœnicas &
Chaldæos historicos, ante Ninum circiter annis. I.
& ducentis quibus durauit aureum sæculum, terras
fuisse inundatas, et in Scythia saluatos homines. Et
ex his venisse Ianum quum dixerim & Gallis pro-
genitoribus Vmbrorum in Vaticanum. Et infra, à
Vaticanoq́ progressum circa Thyberim fundasse
Regiam et Põtificiam vrbes. Deinde duodecim co-
loniis per Thusciam fundatis dedisse fasces ad con-
tinendum rudes in officio Aureo. Rursus Fabius B
Pictor de origine vrbis Romę sub Iano, Camese,
& Saturno, hæc ad verbum dicit. Italiæ imperium
principio, penes duos populos extitit. Posterius Ro
mani principio Thusci sub Iano cœperunt, aureo sæ
culo & ætate, quæ primo ortu generis humani fuit
sub Iano ante Ninum fermè ducẽtis. 50. annis. Ianus
tenuit lęuum Thyberis latus Hetturiam sub initiũ
aurei sæculi. Cameses verò et Saturnus dextrum la
tus, circa finem aureæ ætatis. Et post declaratos mo
res aureæ ætatis, mox subdit, quod Trog⁹, Iustinus, C
& alij asserunt, dicens: fuisse Ninum primum qui au
reos illos auitos mores, noua regnandi cupiditate
mutauerit. Itaque recte tempora aurei sæculi ex pu-
blica omniũ fide retulimus, in quibus in principio
post Italiæ solitudinem scripsimus Ianiculas coloni
as in Hetruria à Iano primum aduenìente positas,
vt indicant Cato & Fabius Pictor, inde recedẽtem
Ianùm postea misisse Comerum Gallum iuxta Be-
rosum anno post diluuium centesimo. XLI. Huic
successit filius Ochus cognomine Veius siue Cu- D
rulis. Probauimus igitur nostram Hetruscam Itali-
camq́ Chronographiam, quæ continet à diluuio ad
Othonem Cæsarem, annos septem & septuaginta
supra trecentos & duo millia. Iam igitur deo fauto-
re atq́ illustratore in aliis cómmẽtariis, vt diximus
primam partem historiæ Topicam & Chronogra-
phicam absoluimus, nunc item Chronographiam

PP &tem

A &c temporalem ex publica &c probata fide transsumpsimus, quæ profecto ab Ogygis prisci diluuio, vsque ad primum Othonem, pares totidemque annos digessit, quot publica Monarchiarum fides colligit, vt conferenti vtranque patet.

F. IOANNIS ANNII

QVAESTIONES DE THVSCIA.

FRATRIS IOANNIS VITERBENSIS ORDI-
B nis prædicatorum Theologiæ professoris ad consobrinum suum fratrem Thomam Annium, eiusdem disciplinæ atque ordinis professorem epistola responsiua, quam pro eius interrogatis rescripsit.

Quæris innumera dulcissime frater, de limitibus, gentibus, & populis atque nominibus vetustissimis Thusciæ, itemque vt ædam commentaria super Philonem, Xenophontem, Sempronium, Fabium Pictorem, Fragmenta Catonis, & itinerarij
C *Antonini, Metasthenem, Archilochum, & Myrsilum, quorum dicta & scripta è Mantua mecum retuli Viterbum, cum regressus essem cũ reuerendissimo domino meo domino Paulo de Campo Fulgoso, Cardinali sancti Sixti: Ingens opus mihi attulisti. Verum quia ad pietatem & fulgorem patriæ atque Italiæ cuncta spectant, quæ non abest à theologiæ annexis, idcirco morem gessi, & vt expetis opus Anniæ Tuscæ familiæ nostræ dicaui, & vna minus* XL *quæstiones Annias nominaui. Vale felix.*

D ANNIA QVAESTIO PRIMA.

Thusciæ limites.

QVAERIS primo, qui sint præfiniti limites Thusciæ? Responsio. In longitudine quidem sunt duo limites, quorũ alter est Tyberis Vaticanus, alter verò amnis Macra principiũ Apuanæ Lyguriæ Thusciæ, quam longitudinem per mare discurrit Plinius in .3. naturalis historiæ capitulo .5. à Luna vrbe ad Ostiã. Latitudo verò eius à littore Thusco cõtento inter ostia Tyberis & ostia *Macræ* ad Apeninũ vsque

conclufo à fontibus Tyberis vfq; ad fontes Macræ. non procul oppido Apua, nunc Pontremuli. Et hi, funt veri limites, in quibus probatiores authores conueniunt. A

ANNIA QVAESTIO SECVNDA.

QVAERIS item, quo pacto antiquitus diuidebatur Thufcia, & qui limites veri? Refponfio. In fragmentis Catonis ita dicitur. Etruria olim Italiæ princeps, à metropoli eorum regia fic cognominata, à Tyberi in Macram diffunditur. Gens prima eorum maritima ab Oftia ad finem Macræ. Mediterraneæ duæ, altera à Tyberi ad iuga Cyminia, dicta Lartheniana quæ et Veiens ab eorũ Metropoli, altera verò à Cyminiis iugis ad Stellam Fluentum et Piftoriũ. De hac diuifione triplicis gentis, infinuat Verg. in. x. Æne. dicẽs: Mantua diues auis, fed nõ genus oĩbus vnũ. Gẽs illi triplex, populi fub gẽte quaterni, Ipfa caput populis, vires de fanguine Thufco. *Thufciæ diuifio.* B

ANNIA QVAESTIO TERTIA.

QVAERIS quomodo intelliguntur de Thufcia verfus Virgilij, qui funt de Mantua? Refponfio, vt Manethon, Acron, & quidam Virgilianiftæ, & nos in Etrufca hiftoria explicauimus, Ocnus Larthes Etruriæ tranfgreffus Apeninum & Padum cũ colonis & exercitu, condidit à nomine matris Mantuam, & inftituit politiam eius ad fimilitudinem Etruriæ, in qua metropolis regia erat diues & præclara auito fanguinæ vno. Et in hoc folo differebat Mantua ab Etruria, quia licet effet diues auis Indigenis, Venetis & Thufcis, ex quibus conftitit, vt Seruius & alij exponunt, non tamen his tribus gentibus fuit vnũ genus, quia Venetis genus fuit Phaethonteũ mixtũ Troiano, Thufcis vero folũ Ianigenum, vt in cõmentariis probabitur. Similitudo vero, quia ficut Thufcia diuiditur in tres gẽtes, maritimã, tranfcyminiã et Cifcyminiã, et ex fingula eligebanẽ quatuor populi ita vt effent ex tota Etruria in fano Volturnæ xii populi regentes pro fingulo populo cõftituto fingulo Lucumone, qa erãt Thufcis *Virgilij verfus expofiti* C *Ocnus. Mantua.* D

A xii. Lucumones reges, quibus vnus erat Larthes antistes, ita Mantua diuidebatur in tres dictas gentes Thuscam, Venetam, Indigenam[que] priscam. Et singula tertia pars ciuitatis diuidebatur in quatuor curias ad similitudinem quatuor populorum, et ita erant. xii. curiæ quibus vna princeps in palatio tanquam Larthes præerat ex solis Thuscis, quia teste Acrone non permittebant Thusci quospiam principari, nisi qui de sanguine Thusco esset, vel eorum B vernæ, vt Fabius insinuat, et nos ibi explanabimus Et sic exponitur metrum Virgilij Sicut Etruria metropolis respectu totius Thusciæ, ita palatium Senatus Mantuani erat respectu totius ciuitatis, quia illi gens triplex, & sub qualibet gente quatuor populi et curiæ distinctæ. Sed ipsa Mantua pro Mantuæ Senatorio palatio erat caput illis. xii. curiis et populis suis. Viri verò, id est, Senatores palatij qui et Lucumones Mantuani, eligebantur solum qui essent de sanguine Thusco, aut vernaculo sanguine similiter Thusco, quod Romanis ducibus ac regibus op- C posuit pro ignominia Mitridates, quòd Thuscorum vernæ fuissent, vt Fabius Pictor et Trogus et Iustinus asserunt.

Lucumones. xii.

Mantuæ palatium

Vernæ Etruscorum.

ANNIA QVAESTIO QVARTA.

QVAERIS quòd sæpe dubitasti, quomodo sanguis Thuscus dicatur vnius generis et non Mantuanus? Nam et Thusca mixtio fuit ex Corito prisco et Lydis, et Atlante Italo, dicente Sillio Italico in. 5. libro. Ergo ait arreptis præceps exercitus armis, Lydorum populos sedem[que] ab origine prisci Sacratā Coriti, iunctos[que] à sanguine auorum Mœonios Italis D permixta Stirpe colonos. Responsio. Bero. in. 2. antiquitatum, hanc ex multis vnā ex Genealogiis scribit, vt super ipsum copiosius scribemus. Iano fuerunt duo filij, videlicet Iapetus Atlas maximus, et Cameses. His alij fuerunt liberi. Atlāti quidem maximo Ion pater Itali, et Camesi Osiris pater Herculis Ægyptij cui vnus ex prognatis fuit Atus, pater Turrheni ac Lydi. Rursus Atlanti maximo fuit primo

Atus.

mogenitus Comerus cognomine Gallus, quem Ianus primum Thusciæ atque Italiæ Coritum designauit. Itaque prisci aui atque illustres progenitores Thuscorum fuerunt Cameses atque Comeri genitor Iapetus. Et his auis genus proximum fuit vnus Ianus, quod non facile assignatur *Mantuæ*. Et idcirco Sillius dicit Italos, priscos Coritos, et *Mæones* fuisse colonos Thusciæ permixta stirpe et iunctos á sanguine propinquo auorum, quibus proximum genus fuit vnum. A

ANNIA QVAESTIO QVINTA. B

QVAERIS quid significet hoc nomen Coritus, et cuius est originis, et quot fuerunt, et vbi sedem sacratam in Thuscia tenuit? Responsio. Multa perquiris, sed ab origine nominis est inchoandum. Origo illi est Etrusca, et est pronomen dignitatis. Itũ enim Etrusci Iouem et fiduciam Iouis intelligũt, vt in Saturn. *Macrob.* indicat. Porro Corim hastam vocant quam et Sabini Curim et Latini Quirim proferebant. Nam veteres hasta pro corona quasi sceptro vtebantur, vt vltimo Epitomatũ docet Iustinus. C Hic reges apud Etruscos Coriti, apud Sabinos Curites: et apud Romanos Quirites. i. hastati et coronati Ioues dicebantur. Vnde patet eos errare, qui existimant Coritum atque Iouem patrem Iasij atque Dardani fuisse alium et alium. Quod et Lactantius in fine. 1. li. institutionũ significat dum dicit. Authores quidam tradunt Iasium et Dardanũ fuisse filios Coriti, non Iouis, subaudi tanquam alterius viri á Corito. Priscus á Iano Italiæ designatus Coritus, fuit teste Beroso Comerus ipsi nepos ex filio Atlante D maximo, vltimus verò Iasius. Penultimus autẽ Gambo Blascõ, vt idem Berosus nominat qui dictus est Coritus socer Atlãtis Itali, ex Electra filia. Tot vero fuerunt Coriti, quot regni successores declarati. Sillius ergo loquitur de Prisco nõ aliis. Quare ab illo nominatur Turrhena antiqua quam vocabulo Etrusco dicunt Volturrenam. Nam Virg. vocat eã Turrhenam sedem Coriti in. 7. Æneid. dicens. Hinc

Coritus

Comerus,

nante proferũt, Volũnios, Tolũnios, Volſinios, *Vo* A
laterras, *V*olſce, *V*oloſcos et per ſyncopã Volſcos.i.
antiquiſſimos Oſcos. Similiter Volturnam aut ſine
ſyncopa *V*olturrenã intelligũt antiqſſimã Turrenã
ſacratam Luco ingenti fano ſedem priſci Coriti. Et
ideo recte dixi ꝙ priſci Coriti ſacrata ſedes fuit *Vol*
turna.i.antiquiſſima Turrena, ad cuius fanũ indice-
bãtur regia Etruriæ cõcilia Valet enim hæc conſe-
quẽtia. Eſt *V*olturna.i.antiquiſſima Turrena. Igitur
Volturna eſt Turrena. ANNIA QVAESTIO VII.

Si hæc illatio valet, eſt Volturna ergo Turrena B
priſca per locum ab interpretatione originis Etru- *Vol cur præ*
ſcæ *V*ol, cur appoſuerunt *V*ol. Nonne ſatis erat dice *ponatur.*
re Turrenã? Reſponſio. Oportuit id fieri ad diſtin-
ctionem nouarum Turrenarum quas *Meon Turre*-
nus poſtea condidit. Nam priſcum & antiquiſſimũ
per diſtinctionem referuntur ad poſterius & iunius
atq; recentius. Turrenæ autem vrbes & nomẽ erãt
in Thuſcia, antequam Turrenus *M*æõ eſſet natus.
Et ideo illæ ad diſtinctionem Etruſca lingua dicun
tur *V*olturrenæ ſiue *V*olturnæ, id eſt, priſcæ & ante C
alias Turrenas *L*ydorum antiquiſſimæ.

ANNIA QVAESTIO OCTAVA.

VBI conſedit Turrenus & quas vrbes et quot *Turreni ſe*
ædificauit? Reſponſio. Dionyſius in primo libro ſe- *des & vr-*
quutus Myrſilum, refert Herodotum et quoſdam *bes.*
alios ſcribere, Turrenum filiũ Atus veniſſe in Thu
ſciã, et conſediſſe atq; vrbes ædificaſſe in prima me-
dietate Tyberis, quæ eſt ſeptentrionalis. Et vt in.v.
ait Strabo, delegauit miniſteriũ ędificandarũ.xii. vr
bium Tarconi filio. Fuit enim decoratus et dona-
tus ciuilitate *V*olturnæ quæ et *V*etulonia eſt, vt ſuo D
loco probabitur. *V*nde et Sillius in octauo libro ſe-
quutus Beroſum *V*etuloniam appellauit decus *M*æ
onum quia fuerunt ea decorati, illuſtrati, et donati,
dicens, *M*æoniæq; decus, quondã *V*etulonia gentis.
Et ob id ea decorat⁹ poſuit primas colonias in vrbe
qua donatus fuit. Et ideo illas à nomine paterno, vt
digniores noĩauit. Dicimus eni Græco vocabulo

A ad hanc ætatem, vicum Demi Atus, id eſt, populi Atus. Eſt iuxta vicum Longhum. Deſyderius vero rex in Alabaſtro exciſo decreuit, vt Longholā non vocarent amplius Longobardulam, ſed cognomen to ampliatoris ſui Terobū. Secundus colonias Tarcon nomini ſuo dicauit, vt ait Strabo. Nam Tarconam dixit oppidum, de quo Sillius in 8 lib. Tarcona inquit Tarcontis ſuperbi domus. Erat oppidum paruum, quia teſte Dionyſio in. 1. lib. Mos condendarum vrbium antiquis fuit, vt eas nō magnas, ſed

Demi Atus vicus.

Tarcona.

B paruas et locis munitis crebrasq; conderēt. Verum poſtea pluribus in locis adaucta vrbe, vt ruinæ demonſtrant, in plurali Romani Tarquinias dixerūt nunc vulgo dicimus Tarquene. Diſtat à Volturna nunc Viterbo quindecim milibus paſſuum. Tertias colonias poſuit in iugis Etruſcis ſiue Volturrenis, quia Volturreni in quorū parte ſunt Volſinienſes cognomine ſunt Etruſci, vt aſſerit Plinius in tertio naturalis hiſtoriæ capite ſexto. De his coloniis dicit Virgilius. ix. Æneidos:

Tarquiniæ

C *Æneas ſociis, & claſſe, & vrbe relicta*
Sceptra Palantei, vrbemq; petit Euandri.
Nec ſatis. Extremas Coriti penetrauit ad vrbes.
Lydorumq; manum collectos armat agreſtes.

Hoc loci Virgilius Volturrenam regionem indicauit poëtico more, quia extremas Coriti vrbes dixit Nam priſci atq; iunioris Coriti ſedes erat Volturrena Lucumonia, ſacra ingente fano Lucumonum regum et. xii. populorum cōcilio, ad quas Euander miſit Æneam, vt patet in. 8. libro Æneidos cū Euan-

D der ad Æneam dixit ſe eum miſſurum ad ingentes populos et opima regna, id eſt. xii. populos, et. xii. Lucumones reges, quibus vnus tunc præerat Larthes Mezentius, vt Seruius et alij exponūt. Et mox eorum ſedem eſſe in Etruſcis, id eſt, Volturrenis iugis vbi donati ciuilitate Vetuloniæ fuerunt, ita Euander Æneæ deſcribit, dicens:

Larthes.

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Vrbis Agillinæ ſedes, vbi Lydia quondam

Gens

Gens bello præclara iugis insedit Etruscis. Sic enim A
construitur. Vbi *Lydia* gens nunc bello præclara
vt ait Seruius, insedit quondam & à principio iugis
Etruscis, id est, Volturrenis, ibi est regia sedes vrbis
Agillinæ, id est, Mezentij ciuis vrbis Agillæ, *Agilla.*
quia *Virgilius* ibi accepit vrbem Agillam pro ciue
Agillino Mezentio, sicut & in primo libro. Iliũ in
Italiam portãs.i. Illienses ciues. Igitur in iugis *Etruscis*,
quæ & à monte proximo Cyminia dicuntur,
posuit colonias Lydos bello præclaros cognomine
Agrestes. Nam ipsa regio adhuc Agresta & fontana *Agrestes.*
eius agresta à vulgo dicitur, & regio *Etruscorũ* B
Agrestium antiquitus dicebatur. Quod etiã expressit
Liuius in nono ab vrbe condita, vbi refert ꝙ
Fabio consuli prædanti iuga Cyminia occurrerũt
cohortes *Etruscorum* Agrestium, missæ à principibus
regionis illius. Caput horum erat mons Coriti
& oppidum adhuc lingua Etrusca Corit Nyenta
dictus, vt dicetur infra quæstione. xxxvi. Et ideo
Virgilius dixit ad Fanum & extremas vrbes Coriti
Æneam profectum armasse Lydos Agrestes co- C
gnomine & non rudes militia vt male Seruius exposuit,
quia in iugis *Etruscis* insedit gens *Lydia*
bello præclara non rudis, vt *Virgilius* indicat. Itaq;
tres Colonias posuit Tarcon iussu *Turreni* donati
ciuitate Volturna. Tarconam primam. xv. lapide à
Volturna distantem. Secundam, in ipsa *Volturna* Demi
Atum. Tertiam in *Volturrenis* iugis Etruscis,
Lydorum cognomine Agrestium Etruscorũ. Porrò
à fontibus *Tyberis* vsq; Orbitum posuit quatuor
Colonias. Prima est *Vicus* adhuc in Crotoniensi D
agro dictus *Turrenia*, quam de more incolæ per syn *Turrenia.*
copam vocant *Turrhniam*. Secunda est in agro Perusino
à Trossula Mæonica gente Trossanũ adhuc
dictum oppidum. Tertia est vna pars Perusiæ. Tripolis
enim sicut Aretium, ita & Perusia est. Nam
eius antiquam partem posuere Griphonij Armeni,
vt author est Berosus in. v. antiquitatũ. Vnde Aramea
lingua, Perusia id est Griphonia dicitur, quia

A Perus Griphonem vocant, vt periti Hebræi Talmudistæ interpretantur. Aliam partem posuere Pelasgi Achæi, vt Trogus & Iustinus memorant. Tertiã posuit Tarcon, nomine patris Turrheniã dixit, & per syncopam Turrhniam, cuius partis hodie porta Torrhnia dicit, quãuis corruptè & rudius q̃ Cortonienses Perusini pro T ponentes B dicant Burrhniam pro Turrhniam. Cui est argumẽto Appianus de bellis ciuilibus, qui Perusiam dicit esse vnam ex primis .XII. vrbibus Turrheni. Quarta est,

Perus.

B circa Orbitum & Balneoregium à gente dicta Mæonũ, quod corruptè proferunt Meanum. Porrò in agro Volturreno in parte Tyberina est regio Trossana, quæ est à limite dicto adhuc vado Trossano vsq; ad Tyberim. In hac Trossana & Tyberina regione, sunt quinq; Coloniæ siue oppidula, quorum duo interierunt, & trium ruinæ visuntur. *V*isuntur enim vestigia eius quã adhuc sine syncopa Turrhenã dicimus. Manẽt vestigia Mæoni oppidi, sancto

C Anselmo illustris, cuius planitiẽ Mæoni oppidi, vulgus Meani planũ vocitat. Sunt & inde ruinæ Ferẽtinæ vrbis Metropolis Trossanorũ vrbis inclytæ Othone Cæsare, vt Suetonius in eius vita prodit, & Sancto Bonifacio Episcopo, vt in Dialogis sanctus Gregorius scribit. Eã solo æquauerunt *V*olturreni nunc *V*iterbenses ob frequentes eorum stultitias, & *V*olturnã cõmigrare iusserunt, Anno salutis M.LXXIIII. vt Gottifredi annales memoria seruant. Duo vero alia oppida Romani duces funditus deleuerunt. Horum primum dictum erat Trossulum,

D de quo Plinius scribit in .XXXIII. naturalis historiæ, cap. III. dicens: Sæpe variatum est equitum nomen. Nam sub Romulo & regibus appellati sunt celeres, deinde flexumines, post ea Trossuli, cũ in Thuscis citra *V*olsinos nono lapide oppidum eius nominis, siue pedite cepissent. Aliud deletum est Mæonia cuius ager adhuc Mæonianus dicitur, & vulgo planum Mæonianũ. De hac Turrena Mæonia verba facit Ouid. in tertio Metamorphoseos in fabula

Tur-

Turrenorũ Delphinorũ. Vnde Acetes eius incola, socius Lybacæ Tuscaniensis, interrogatus vnde & quis esset, respondit: Sum patria Mæonia, parentibus de vili plebe, qui harundine piscabantur in scopulis. Nam Tyberinos scopulos frequentabant. Ex istimant quidam aut Mæoniam esse aut ei substitutum oppidum Tyberinum, quod nunc Mæonianum dicitur, & amoto æ vulgus dicit Monianum. Nam & ipsum continetur in prima medietate regionis septentrionalis Tyberis, quæ à fontibus eius vsque ad Hortem oppidum profluit. Nam altera medietas ab Horte in ostia Tyberina, in meridiem vt cernimus confluit Et hoc argumento vtitur Herodotus & alij vt referunt Dionysius Halicarnasseus in primo libro, & Myrsilus de origine Italiæ atque Turrenorum, quia recitant vrbes eius dictas Mæonias, Turrenias, & Trossanas in prima medietate septentrionalis Tyberis. Has ergo duodecim colonias pro inita ciuilitate Tusca Turrenus dedit, quasi imitatus Ianum, qui teste Catone in fragmentis & Fabio Pictore, condita Etruria Metropoli, illi duodecim primas colonias cum duodecim fascibus subiecit.

ANNIA QVAESTIO NONA.

DVBITAS an in supradicto carmine Virgilij insinuetur Volturna, ad cuius ingentem lucum fanumque mittebatur Æneas ad Lucumones, an ipsa vrbs Agillina. Duo autem tibi præbent occasionẽ dubitandi. Primum quia exprimit vrbem dicens: Vrbis Agillinæ sedes. Alterum quia Euander ad Æneam dixit, quod locus ad quem ipsum pro auxilio Thuscorũ mittebat, erat propinquus, dicẽs Romæ haud procul hinc est vrbis Agillinę sedes. Quòd verò dicantur Etrusca iuga Volturrena, etiam nomen Etruriæ & Etruscum accipitur quandoque communicatiue pro tota Thuscia. Hæc sunt de quibus dubitas. Responsio. Nullo pacto vrbem Agillinam intellexit Virgilius, sed ciuem vrbis Agillinæ Mezentium, qui clarissime dicit eam sedem curiamque esse

Vrbs Agillina.

A esse in iugis Etruscis, vbi consedit & habitauit à principio Lydia gens bello præclara. Cæterum falsum est, quòd principio consederit in regione proxima littori vbi Agilla est, sed in parte septentrionali Tyberis (vt omnes authores asserunt) qui de loco sessionis Turreni scribunt. Quare nullo pacto ad vrbem & sedem aliquam maritimã missum Æneam intelligit Virgilius, sed Tyberi propinquã Volturnam regiam, vbi & Demi Atus, & Lydi Agrestes, & Trossuli & Trossani, & Turrhena atq; Mæ-
B onia. Hoc idem patet ab interpretatione nominis. Nam Volturna est Aramæa lingua id quod Latina, vrbs vetusta. Porrò Æneam mittit Euander ad sedẽ vetustam dicens: Vrbis Agillinæ sedes saxo fundata vetusto. Omnis enim vrbs vetusta est sedes lapide fundata vetusto. Et idcirco Virgilius qui probe linguam Etruscam nouerat, vt qui Etruscorum vrbe Mantua natus, per interpretationem dixit latine sedem lapide fundatam vetusto, id est Aramæe Vol-
C turnam. Quod profectò repugnat Agillæ vrbi, quæ nouello lapide, necdum centesimo ante anno à Pelasgis condita fuerat, quàm Æneas venisset ad Lucumones. Nam victoria potiti sunt Pelasgi, & Siculos tota Italia pepulerunt, ante res Troianas nõ amplius quàm octoginta annis, vt Dionysius in primo libro refert. Porrò Turrheni Pelasgos pepulerunt ferme duabus ætatibus id est quinquaginta annis ante Troianum excidium, vt ibidẽ Dionysius scribit, & Xenophon ætates exponit. Et ideo Dionysius ibi dicit, quòd Pelasgi non diu felicitate atq; vi-
D ctoria vsi fuerũt, quia triginta annis Turrheni eos permiserunt regnare, scilicet ab octogesimo anno ante Troianũ excidium, quo Siculos ab Italia pepulerunt, vsque ad quinquagesimum ante Troiæ interitum, quo à Turrhenis afflicti sunt, vt Dionysius scribit, & nos in Etrusca historia copiose conscripsimus. Esto igitur decennio post victoriam cõdiderint (vt ait Dionysius) vrbes Pisam, Alsium, & Agillam, ergo Agilla fundata erat nuperrimo et

non vetusto lapide in aduentu Æneæ, videlicet an- A
te annos sexaginta: Et ideo vrbis Agillinæ dixit se-
dem vetustam, quia eam sedem longe ante florentẽ
multos per annos, nuper regebat Agillinæ vrbis ci
uis Mezentius, vt immediate subiunxit Virgilius.
Itaq; hoc argumento galeato contra inermes oppo-
sitores vtimur, missum fuisse Æneam ab Euandro
ad lucum ingentem fanumq; Volturnæ, sedem ve-
tustam, & ante Mezentium atq; Agillam multos
florentem per annos, quæ non in iugis maritimis, et
Tyberi vicinis vbi Lydi consederunt, & vrbes cõ B
diderunt Mæonias, Turrenas, Trossanas, Agrestes,
& vbi ciuilitate Thusca à Lucumonibus donati
sunt. Quæ cum omnia simul collecta vera sint de fa
no Volturnæ, & falsa de vrbe Agillina, vt experiẽ-
tia locorum comprobat, consequens necessario est,
vt non nouam sedem Agillam, sed vetustam Vol-
turnam descripserit Virgilius. Nec te moueat quòd
vocauit sedem vrbis Agillinæ, quia vrbem pro ci-
ue tunc regente Volturnam accipit more poëtico,
vt ibi. Ilium in Italiã portans. Nec te item moueat, C
quòd eam sedem in propinquo vrbis Romæ dixit
esse, quia Romani (vt Macrobius in Saturnalibus
scribit) intelligunt vrbi Romæ propinquam Etru-
riam vsq; Cosas, vt Pyrgus, Grauiscæ. Remotam
verò à Cosis & deinceps. Ex quo patet quòd haud
procul ab vrbe intelligit Virgilius id quod est in
propinqua Etruria ab vrbe ad Grauiscas per mari-
timum iter, aut vsq; Volsinienses terrestri, & Cassi-
ana via. Ergo ab vrbe ad quinquaginta miliaria,
quæ equitando diurno itinere confici possunt, haud
procul ab vrbe dici potest. Quali etiã modo loquẽ D
di vsus est Diodorus in quinto libro dicens: Argo-
nautas ab Hispanijs venisse in portum Thelamo-
nis à duce eorum dictum, & eum esse iuxta Turre-
nam. Dixit iuxta & non procul, & tamen distat à
Turrena ferme quinquaginta miliarijs. Quod si di-
cis, fessi erunt qui hoc iter conficiunt, vtiq; & Æneã
fessum dicit Vergilius, cum transito Minione in col
lem

A lē luco ingenti vicinū successisse scribit dicēs. Huc pater Æneas, & bello delecta iuuentus Succedunt, & equos fessiq; & corpora curant. Porro quoniam dicis Etruscum nomen dici etiam de tota Etruria cōmunicato nomine, verū dicis. Sed nosti q̄ analoga per prius dicuntur de principali q̄ secūdario, vbi nihil additur quód á principali significato dirimat. Cæterū & rustici proprio cognomine sunt Volturreni, in quorū eadē parte sunt *V*olsinienses, vt Plinius docet. Quare Etrusca iuga quibus insedit Lydia
B gens bello preclara, sunt proprie *V*olturrena, præcipuè quia non solum nō additur aliquid quod á principali significato adimat, sed quod *V*ulturnam confirmet, vt quód sit sedes vetusta, & multos florens per annos ante Agillam & Mezentium, & quod ante dixit erāt ibi ingētes populi & opima regna, quæ teste Seruio non sine causa dixit, quippe quód ibi erant duodecim ingentium populorum totidē Lucumones reges, quibus vnus præerat Larthes, & quibus erat communis sedes ingens fanum Vol-
C turnæ ad quod indicebantur concilia. XII. populis, vt indicat Liuius in pluribus locis ab vrbe condita, & Virgilius in eodem octauo libro interius exprimit dicens:

Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem,
Religione patrum late sacer.

Quare Etrusca iuga á Virgilio posita per proprietatem proprij cognominis intellexit Volturrena.

ANNIA QVAESTIO DECIMA.

D QVAERIS quo pacto sedem Volturnam Virgilius per interpretationem dixerit vetusto lapide fundatam? Responsio. Quia Ol & Vol lingua Etrusca significat vetustum, imó priscum & vetustissimum vt exposuimus supra quæstione. VI. Turrena autem Etrusca lingua á Tursibus deriuatur & vrbem fundatam & extructam crebris turritis ædibus significat, vt *M*yrsilus & Dionysius cum secutus in primo libro tradunt, & nos in commentarijs Myrsilianis exposuimus. Quare Volturrena siue

OL ET VOL.

per syncopam Volturna, interpretatur sedes vetu- A
stis fundata turritis ædibus lapideis.

ANNIA QVAESTIO XI.

DVBITAS de Volturna quæ sit regia, quæ nũc Viterbiũ, an quæ in Viterbensi agro & parte Trossana supra Ferentiam. Vtranq; enim ætas nostra vocat *Volturnam*, id est, sedem fundatam turritis ædibus. Responsio. Sola Volturna *Viterbensis* fuit regia regum & patrum Lucumonum, & ei soli sunt cuncta quæ ex authoribus sumuntur argumenta. Primum est à præscriptis limitibus *Volturnæ* duobus, quorum vnum præscripsit Plinius dum dicit: *Volturreni* cognomine Etrusci, in eadem parte *Vol*sinienses. Alterum præfigit *Virgilius*, dum describit quantum lucus ingens patrumq; fanum distabat à Minione in eodem octauo dicens. Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem, Relligione patrum late sacer. Hæc Acron & vtrunq; Seruius & alij *Virgilianistæ* interpretes ita exponunt. Ceritis amnis est Minio, cuius fontes nascuntur in fine agri Ceritis, pauló supra Blere oppidum, in via quæ postea Cassiana dicta fuit, ducens ad lucum ingentem & fanum *Volturnæ*. Hæc Acron. Congruit ei Seruius, qui Ceritis amnem pro Minione, in transitu Æneæ ad fanum *Volturnæ* acceptum fatetur. *Verum* videtur obuiare Antoninus in Itinerario, qui viam Cassiam scribit non ducere in Gallias per *Volturnam*. Sic enim ait. Cassianum iter est Politorum, Arcennum, Minio, Forum Cassij, Camillarij qui & Aruntes veteres, Turdeni, *Varentani*, Petiliani, Tunniates, *Vmbro* in monte, Sena colonia, Phocenses Pistorium, & eius transitus in Galliam Cisalpinam. Porró iter in *Volturrenam* Tyberinum nominat, in quó non est Minio, sic dicens: Tyberinum iter in Gallias est, Gallera, Larthenianum siue *Veiens*, Rosulum, Sutrium, Ocilianum, Iuga Cyminia, *Volturre*na, cuius præclaris gestis inuidit Liuius, Saleumbrone, Larthis, *Volsinium*, Clusium vetus, Aretiũ,

Marginal notes: *Viterbũ regia sedes.* B C D

A Clusium nouum, á quo Clusentinus transitus Hannibalis,& Phesulæ transitus. Quare falsum est quod aiunt, quòd via Cassia ducat ad Lucum ingentem & fanum Volturnæ. Ad hoc respondebo, salua clari ore sententia. Ante Æneam & ante Q. Fabium transcyminium, nõ erat per iuga Cyminia transitus ad fanum Volturnæ, nec aditus externis ad Lucumones, quia vt ait Liuius in nono ab vrbe cõdita, vsq; ad eum diem quo Q. Fabius mouit á Sutrio ad pugnandam pugnam transcyminiam contra Etruscos

B ad lacum Vadimonis, fuit in via horrenda sylua cyminia, vt nuper fuerant Germanici saltus, cum ne mercatoribus quidem pateret is aditus, qui in fano Volturnæ versabantur, & sæpe Romæ nuntiabant quæ in fano Volturnæ agebantur, vt insinuat idem Liuius lib. 4 ab vrbe condita. Quare transitus vetus ab vrbe Roma in Volturnam Lucumoniã erat per Minionis fontes, & Forum Cassij quod cognominatur Vetralla, & Camillarios, & ab his in Volturnam procedebant ad Lucumones, distantes paulò amplius vno miliari, vt cernimus. Sequamur igi

C tur expositiones Virgiliani carminis. Prope Ceritis amnem est Lucus ingens patrum Lucumonum. Prope quidem tria sunt oppida & limites æquidistantes á Fano Volturnæ, á fronte quidem Volsinæ á sinistris Tarquiniæ, & inter sinistram & tergum, transitus Minionis circa Blere. Distant enim á Volturna paribus miliaribus. xv. vt author ipsa experientia est. Ceritis amnis est Minio, vt Seruius est au

D thor. Ingens dicitur Lucus, eo modo quo ingentes populos. XII. Lucumones exposuit idem Seruius. Hic ingens Lucus patrum. XII. Lucumonum est.

Lucus. Lucus vbicunq; in Virgilio reperitur locus augurio cõsecratus intelligitur, vt in pluribus locis eiusdem octaui Æneidos Seruius docet. Et ideo dixit sacer. Addidit Virgilius dicens: sacer religione patrũ, quia religionis erat, non auspicari rcõcilia nisi in fano siue Luco, quia in eundem librum ait Seruius nõ nisi inaugurato loco Senatus concilium habere poterat

terat, ac propterea templum *Vestæ* non erat consecratum, ne Senatus illuc accederet, vbi erant virgines. Dicit etiam *Virgilius* quòd iste Lucus erat sacer late, quia non communicatus ciuibus ciuitatis *Volturnæ* solum, sed regius & cõmunis omnibus duodecim populis & Lucumonibus. Et hoc est quod Seruius exponit, late, quia non solum ciuibus incolis sed etiam accolis communis erat. Ergo sic legitur *Virgilius*. Prope Minionem xv. lapide, est ingens Lucus fanumq́; *Volturnæ*, sacer & consecratus late pro imperio communi Thuscorum, religione patrum Lucumonum, quæ erat vt non nisi inaugurato loco publica cõcilia auspicarentur. Etenim teste Liuio & alijs ad fanum *Volturnæ* indicebantur concilia duodecim populis Etruriæ. Ex his sumitur argumentum illud efficacissimum à præscriptis limitibus hoc pacto. Lucus ingens & regia *Volturna* est propinqua Minioni & *Volsiniensibus* simul. Cæterum siue in Samnio siue in Latio siue in Thuscia perquiras, nulla est *Volturna* propinquior Minioni simul & *Volsiniensibus* quàm *Volturna* *Viterbensis*. Quare necessario consequens est, vt sola *Volturna* *Viterbensis* sit olim regia communis sedes & fanum patrum Lucumonum Thusciæ. Secundùm argumentum non minus efficax in historia est à monumentis fani Nam ibi necessario & in ea solum *Volturna* est Lucus vel fuit ingens & sacer, vbi semper remanserunt literæ sacræ fani, quia literis & mysterijs quibusdam sacrant Etrusci, vt Plutarchus meminit in vita Romuli. Ergo non *Volturna* Trossana, aut quæuis alia est vbi fuerit ingens & sacer regius Lucus quàm *Viterbensis*, quia in nulla alia remanent vestigia sacri fani quàm in *Viterbensi*. Locus enim ipse Luci sub *Volturna*, ad hanc ætatem dicitur quatuor sacris literis F.A.V.L id est Fanum Arbanæ *Volturnæ* Lucumonum. Hæc enim quatuor vocabula Aramea siue Etrusca sunt non Latina, vt in alijs quæstionibus respondebo. Rursus æra & priscæ mo- *Faul.*

QQ netæ

A neta Viterbenses, excisæ literis sacris F.A.V.L. quædam habent, & quædam F.A.V.P. quæ idem vt supra exprimunt, excepta vltimis literis L & P, quia Arameæ omnes primæ notãt fanum Arbanæ Volturnæ Lucumonum, secundæ vero fanum Arbanæ Volturnæ Panos aut Pomoni. Et hoc est quod restituit Desyderius in decreto exciso literis Longobardicis. Et vt cudant inquit in monetis suũ F.A.V.L. excepto quòd amoueant Herculẽ, & ponant patronum suum sanctum Laurentium & reliqua. Nam vt patet in ære quod in vinea sua reperit

B Bombardarius communitatis, ex vna parte erat F.A.V.L. cum inscriptione Vetulonia. Ex altera Hercules cum leone, claua & Longhola, & inscriptione, Perpetua virtus. Igitur sola Viterbensis Volturna regia erat etiam fanum regium, tum ex limitibus præscriptis tum ab ingentis Luci monumentis extantibus. Additur & Volturnæ pomœrium quod vulgus porticellam, contractus verò à Visconte Gatto conuentui nostro datus portã quadrieram vocat, quia F.A.V.L. quatuor literis ære-

Moneta Vetulonia.

C is sacrum erat, more Thusco. Quod patet in ilice literis æreis in Vaticano pro religione posita, longe ante vrbem Romam conditam, cuius meminit Plinius in libro. XVI. naturalis historię, capitulo. LXI. Vetustior inquit vrbe in Vaticano ilex, in qua titulus æreis Etruscis literis, religione arborem iam tũ dignam fuisse signat. Nam arbores fuerunt numinum templa, priscoq; ritu simplicia, vt libro. XII. capitulo primo, idem Plinius scribit.

ANNIA QVAESTIO XII.

D VBITABAS etiam cum tibi hæc adducebã, Virgilianum Carmen idcirco non intelligi de Fano Volturnæ Viterbensis, quia partes descriptionis Luci non videntur ipsi conuenire. Sic enim sequitur. Quem Lucum vndique colles Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt. Syluano (fama est) veteres sacrasse Pelasgos, Aruorum pecorisq; deo

lucumq; diemq;. Quomodo hæc verificantur de F.A.V.L? Responsio. Vtiq; videbis ea ad vnguẽ verificari. Si ad distinctionem vrbis & collium eius atq; vocabulorum te conferas. Nam non crederemus Romam esse, si Tyberis & collium & partiũ locorumq; Romę nulla vetusta essent nomina, quippe quia hæc sunt viua Topographiæ atque historiæ argumenta, vt in Topica historiali probauimus. Ponas igitur hæc fundamenta tibi, vt viuam Viterbensem antiquitatem teneas. Vocabulo Arameo pont, aquam distinctiuam agrorũ à qua transitur ab vno in alterum significat, à cuius origine existimo pontum & pontem habuisse Latinos. Vnde confluxum trium fluminum Blerani scilicet & Larthis vbi cum Veijs amnibus confluxerunt tripontium vulgo adhuc dicimus. Et hi tres populos distinguunt. Nam Bleranus amnis distinguit nos Volturrenos cognomine Etruscos, à Tarquiniensibus, vt patet. Larthes verò à Tuscis Nanis Bleranus dicitur, quia oritur circa Blere. Larthem vocat Antoninus in Itinerario, nos corruptè dicimus Marthem. Oritur à lacu Volsiniensi, & dicitur Larthes, quia limes est inter Etruscos Larthialis atque metropolis Thusciæ vrbis ciues, & Thuscos Nanos. Itaque pont, aqua distinctiua propriè Etrusca & Aramea lingua dicitur. Cui etiam alius argumento est amnis Macra, quem quia distinguit totam Thusciam à Lyguribus & Gallis, cognominant Thusci pont Remoli, & ab eo vrbẽ vicinam olim Apuam, nunc pont Remoli, id est, fluentum distinguens celsitudinem antiquam. Distinguit enim celsitudinem antiquissimam Thuscię ab antiquis Lyguribus & Gallis. Est enim Rem celsitudo vt Thalmudistæ cum diuo Hieronymo consentiunt, & ol antiquissimum & priscum significat, vt sexta quęstio indicauit. Hinc pont Remoli, significat fluentum distinguens celsitudines antiquas. Viterbi autem pont, sunt quatuor, quorum duo adhuc sunt in vsu loquentium, pont Remolum,

A

B

Pons vnde Tripontiũ.

Larthes.

C

D

A & pont para Thussum, vulgo pont para Thossum, quia u in o conuertit vernacula lingua. Duo alia pont ceciderunt ab vsu, et manent scriptis antiquis, alterum quidem in conuentus nostri contractu vetustæ donationis quo domus in pont Arbano circa sanctum Laurentium donatur, Alterum in Annalibus Gottifredi, quibus dicitur, antiquam carbonariam pontis Vetuleti inter sanctum Blasium & sanctam Mariam nouam fuisse oppletam vsq; plateam nouam. Itáq; ponas te in medio Faulis, & verte faciem ad palatiũ, & videbis cauitates aquarum

B antiquarum inter quatuor colles, de quibus dicit Virgilius: Quem vndiq; colles Inclusere caui. Nam ad sinistram vt cernimus, primũ pont Remulũ, id est, fluentum distinguens priscas celsitudines, diuidit celsitudinem Volturni collis à Vetuleto, à quo Vetulonia. Sequitur hunc collẽ Volturnæ Vetuletus, à pont Remulo ad pont Vetuletũ, id est fluentũ diuidens Vetuloniam à para Tussa. Et ex eo quod dicit Gottifredus cuius tempore oppleta est cauitas, conijcitur fluentum Vetuletum fuisse quod nũc

Vetuletum

C Sipalis, quia illa portio vsq; portam nunc Salciecchiam dicitur Vetuletum, Et amnis Vetuletus à Vetuleto per sanctam Mariam nouam & sanctum Blasium, influebat Faulem circa plateam nouam, et eius cauitas diuidebat *V*etuloniam à para Tussa. Falsa est igitur opinio eorũ qui aiunt amnem Alcionis & pont Remuli influxisse olim plateam nouã, quia aqua non ascendit, & Alcion est humillimus respectu altitudinis plateæ nouæ, cuius collẽ etiam fuisse altiorem palatio dominorum videmus. Et ideo

D Gottifredus rem aperit, dum ait sua ætate fuisse oppletã carbonariam, id est, fossam & cauitatẽ pontis Vetuleti, id est, fluẽti *V*etuleti, à sancta Maria noua ad sanctum Blasium, circa plateam nouam. Itaque stanti in medio Faulis ad læuam est *V*olturnæ collis, cauus fluenti Alcionis. Ad genam sinistram est collis Vetuletus, ab Alcione ad sanctum Blasium vbi iam reuersus amnis *V*etuletus influebat. Ad faciem

ciem vero occurrit platea noua, & est collis para A
Tussus,quia limitem habet ad dextram genã,pont
para Tussum,id est fluentum para Tussum, dictum
quia est finis Tussæ,& est aqua Apeia Et cernimus
ciuitatem magnã huius collis à ponte sancti Laurẽ
tij inter totum planum Ascreani & Gaiolas. Porrò
à dextris occurrit pont Arbanum ciuitas magna
quæ est à ponte sancti Laurentij in planum Ascrea
num. Ergo quatuor colles caui vndiq; Faul cingũt:
Volturrenus,Vetuloniensis,para Tussus,id est,coro
natæ Tuscæ,vt exponemus,& Arbanus. Ex his pa- B
tet distinctio prisca Viterbensis in quatuor vrbes.
Prima est Volturrena aut per syncopam Volturna à
plano Tromete vulgo Trometorum ad pont Re-
mulum per latitudinem oppidi, & per longitudinẽ
à Parazolo Faulis ad Capitolium & sanctũ Fran-
ciscum, quod oppidum in quinq; regiones diuidi-
tur,videlicet in Parazolum, Porticellam quadrig-
ram,Scuaston pana, & Capitolium atq; Stic Kity
Aryn. Sequitur secundi collis secunda vrbs Vetulo *Vetulonia.*
nia constans in longitudine circa Faul quidem vbi C
angustatur ab Alcione vsq; sanctum Blasium, &
vbi dilatatur à sancta Rosa & Alcionis fluento vs-
que ad portam Salcicchiam vbi Vetuletum. Latitu
do eius occidentalis est à sancta Rosa per pont Re-
mulum vsq; Faul, & ab oriente à porta Salcicchia
per sanctam Mariam nouam & sanctum Blasium
vsque Faul, per alueum priscæ aquæ Vetuletæ quæ
& Sipalis. In ea hæ sunt regiones. Susa, quam corru
pte Sumsa proferunt. Ciochola, Lambyrinthus, Si-
palis, Veiuzum, Vetuletum. Seddic carri, siue curu- D
les, Spurinella, Metalliæ, Cercinæ, Vallis Py Atta,
& aliæ. Tertius collis para Tussus à sancto Bla-
sio ad ciuitatem pontpara Tussi sub sancto Tho- *Paratussa.*
ma, continet longitudinem angustam circa Faul to-
tam plateam nouam vrbis para Tussæ. Contine-
tur tota para Tussa inter Vetuletum olim amnẽ
& Gaiolas vbi fluentum & cauitas para Tussa di-
uidit Gaiolas & Ascreanum. In hac vrbe continen

A tur hæ regiones, Cranisa à porta Salcicchia ad macellum maius. Item Demi Atus à macello maiore ad sanctum Saluatorem. Rursus vicus Para id est Longhus Græco vocabulo vsque ad pontem sancti Laurentij Gaiolæ propriè appellatur longitudo quæ imminet lõgæ ciuitati inter eos & Ascreanos.

Arbanum. Quarta vrbs Arbanum diuiditur etiam ab authoribus in regiones Ascreanam, Calumbam, Musarnam. Ergo ab ipsis nominibus Etruscis, adhuc locis & quadrivrbi Viterbo extantibus, & distincti-B one collium circum Faul, carmen Virgilij ad vnguem verificatur. Nam prima pars descriptionis, Quem vndique colles inclusere caui, id est, cauitatibus riuorum, & visus simul, & nomina, & traditiones annalium probant. Verum quod additur, & nigra nemus abiete cingunt, non potuit seruari sub fide Christi sicut nec Romæ nec alibi, quia præcepit Deus Deuteronomij. xii. vt Lucos deorum succiderent atq; cremarent. Rursus cum dicit Syluano (fama est) veteres sacrasse Pelasgos, duo argumen-C ta manent, quia regionem quandam Volturnæ proximam, Campum Pelasgi, & vulgo, ore pingui ac geminato ll adhuc Pellasgi vocitamus, & sacrum augustumq; Volturnæ Syluanum, etiam vocabulo Pelasgico ætas nostra vocat Seuaston pana. Nam Syluanus augustus Latine, & Seuastos pan Græce, sunt eadem, vt in sequentibus quæstionibus exponemus. Ergo fama est cum per historicos tum per irreuincibilia nomina & locorum & deorum veteres Pelasgos cum Italiam subiugas-D sent, sacrasse fanum Volturnæ Augusto Syluano siue Seuasto pani, à quo regionem Volturnæ adhuc dicimus Seuaston Pana. & ita Virgilius de fano Volturnæ solius Viterbensis loquitur, de qua sola et nulla alia cunctæ partes descriptionis ad vnguem verificantur.

ANNIA QVAESTIO XIII.

QVAERIS quoque quid fanum & Lucus? Responsio. Beatus Thomas Aquinas noster in prima parte

parte, quæstionibus, quas de diuinis nominibus facit, docet quòd aliquando aliud est à quo nomen imponitur, & aliud ad quod significandū imponitur, sicut lapis à lædendo pedem imponitur, & significat substantiam duram. Si ergo quæris, quid lucus & fanum significent, equidem significant id idem, scilicet locum deo sacrum, quod est senioribus curia simul & templum, vt significat Virgilius in. 8. Æneidos de fano & luco Latini dicens: Templum augustum ingens centum sublime columnis, Horrendum syluis, & relligione parentum. Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces Regibus omen erat, hoc illis curia templum. Ergo quia Virgilius eandem descriptionem ponit Fani & Luci, equidem significant id idem, locum scilicet sacrum: Vnde augustum dixit, id est, augurio consecratum, vt exponit Seruius. Ingens, id est, nobile dixit, quia regius lucus, quo pacto de luco Volturnę in octauo dixit. Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem, Relligione patrum late sacer. Centum sublime columnis, id est, arboribus, Vnde subdit, horrendum, id est, venerandum syluis vt exponit Seruius. Prisci enim arbores pro numinum templis habebant, vt author est Plinius. Quod & de fano Volturnæ significauit cum dixit: Et nigra nemus abiete cingunt. Quod verò ait: Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces regibus omen erat, vtique Virgilius minus dixit, & plus significauit subdens, hoc illis curia templum. Curia inquit Seruius erat fanum & lucus, quia nisi inaugurato loco Senatus consilium non habebat. Vnde templum Vestæ non erat consecratum, ne illuc Senatus accederet, vbi erant virgines. Rursus vtebantur pro curia non solum ad consultandū de dubijs tempore fluctuantis imperij, verum etiam ad consecrandos reges, regulos & duces, quia omē erat regibus inde primas coronas & fasces attollere, vt ait Virgilius. Ad duo verò alia Luco & fano vtebātur pro templo, videlicet ad expiationem criminum ne dij irascerentur,

A

Lucus.
Fanum.

B

C

Arbores pro tēplis.

D

A ad sacrificia & aruspicia, ad habendum gratias & explorandum gloriosa fata. Verum Aramei teste Talmudista nostro Samuele, vnico verbo hæc

Attan. prædicta quatuor concludunt quòd est Attan. Vnde si ab eis quæritur, quid est lucus & fanum? respondebunt. Attan, id est tempus fluctuans quod ad consilium mouet. Item crimina commouent scilicet ad expiationem & lustrationem, Item coronæ ac fascium donatio. Item exploratio fatorum. Quę omnia côueniunt his quæ diuus Hieronymus inter

B pretatur vocabulo Attan. Vnde ad hanc ætatem à pont Remulo vsq; ad sanctum Blasium incolentes Alcionem Vetuloniæ, vocamus vallem Py Attan,

Py. equidem vocabulo Arameo. Py enim vt tam Hebræi quàm diuus Hieronymus consentiunt, significat os, & ostiũ, & omnem introitum. Hinc vallem Py Attan dicimus orã Vetuloniæ qua itur in Attan, hoc est Lucũ & Faul Volturnæ. Itaque si quid significent nomina fanum & Lucus quæris, vtiq; Attan significant, vti exposuimus. Si verò quæris, cuius linguæ sint, & à qua origine nomina hęc sint

C posita? respondeo ab origine Aramea priusq̃ latina vel Græca. Nã fano lingua Aramea, & Hebræa anteq̃ Græca appareo, & video significat, à quo fanũ dicitur locus vbi videntur fata & auspicantur diuina. Et produxit mihi Samuel locum Genes. xxxii. ca. vbi scribitur ꝙ Iacob auspicatus venturã victoriã & fatum ac commutationem nominis per angelũ, vocauit nomen loci illius lingua Hebræa Fanu

Fanum. el, id est, fanũ dei, dicens: Vidi dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Latina verò origi

D ne vt ait Varro, impositum est nomẽ ab eo ꝙ Antistes prius effatur locum postea affatur. Græca verò origine, a faneo, id est, appareo, vti Aramea, dicitur. Et quoniam lingua Barbara præcessit Latinam & Græcam, consequens est, vt fanum origi

Lucus. nem ab Aramea desumpserit, & similiter lucus. Nã quod Latini dicunt, lucum à luceo dictum, quia obumbrãtibus arboribus luce caret, & luce aliena

indigeat,

indigeat, vtiq; violēta & quasi inuolucra expositio est, per antiphrasim dicta. At lucus Aramea expositione facilis & intellectu prona, & lepida. Luca enī vltima syllaba acuta, vt ait Samuel, apud Arameos idem est quod apud Latinos vetus & senex et Senatus. Et ideo à Luca Aramea deriuatione Lucus dicitur locus Senatorius, vbi scilicet Senatus supradicta quatuor exequebatur, consilia, fasces, lustrationes, & auspicia. Hinc Lucumones Aramea Hetruscaq; origine nomen est Senatoriæ dignitatis. A

ANNIA QVAESTIO XIIII.

QVAERIS item cuius originis sit, & quid significet Lucumo? Responsio. Est originis Hetruscæ, quæ & Arameæ. Significat autem vt quidam dixit hominem insanum. Sed cum. XII. Lucumones reges Hetruriæ sapientissimi fuerint, cōstat eum insanum esse qui quam ignorauit originē significationemq; nominis non Latini, præsumpsit per insaniam exponere. Præbuit huic insaniendi licentiam Festus et quidam alij, qui dicunt Lucenses à Lucumone conditos, qui ob id insanus fuerit existimatus, quòd vbicunq; ibat saltationes agebat. Sed non dicunt hi quòd Lucumo significet insanum, cum omnes consentiant fuisse nomē dignitatis apud Hetruscos sed quòd ob saltationes idem Lucensium conditor fuerit existimatus insanus, tunc ab Lyguribus Apuanis Thuscis, rudibus & inexpertib⁹ religionis, qua præcellebant Lucumones Thusciæ principes: ad quos causa religionis percipendæ mittebant suos liberos vetusti Romani, vt in. I. lib. & cap. de religione author est Valerius maximus. Vtebātur autem saltatione in religionibus, teste Seruio in Buccolicorum Ægloga. V. ibi pastor quidam, quia inquit nullam partem corporis maiores nostri voluerūt esse, quę nō sentiret religionem. Nam cantus ad animū, saltatio ad mobilitatem corporis pertinet. Hæc Seruius. Nec mirum, si Lucumo paganus à rudibus paganis insanus sit ob religionis feruorem habitus, cum rex Dauid fidelis Thusco more vsus, cantans

B *Lucumo.*

C

Saltatio religiosa.

D

A &saltans ante Archam dei, à fideli sua vxore Michol regina fuerit scurra & insanus habitus, vt secundus liber regum retulit. Igitur Lucumo cum sit nomen dignitatis pertinentis ad principatum simul & religionẽ, dicimus ꝙ lingua Hetrusca Lucumo est nomen compositum & significat idem quod in

Paleologus Viterbus. compositione Græca Paleologus, & Latina Viterbus, & eadem sunt Lucumonium, Paleologum, Viterbum. Nam vt diximus *Luca* significat apud Arameos vetus, senem, Senatum. Apud Græcos Paleos vetus & senescens dicitur. Apud Latinos quoq; ve

B tus senem & seniũ significat. Moni verò apud Arameos significat supputatorem & qui præest consiliorum reipublicæ suffragiis, aut verbistam, prout verbum imperium significat, vt periti Talmudistæ

Verbum. dicunt. Vnde verbo domini cœli firmati sunt, id est, dicto & imperio domini. Similiter Hester septimo cap. Necdum inquit exierat ex ore Artaxerxis verbum, id est, imperium & dictum, & serui operuerunt faciẽ Aman. Et frequentissimus vsus Hebrææ & Arameæ linguæ habet verbum pro imperio &

C dicto prout dictum à dicendo imperatiue sumitur,

Dictum. à quo & dictator apud Romanos habuit originem Et vtrunq; officium præsidendi suffragiis & dicendi siue imperandi vrbibus & populis, Lucumonibus erat. Vnde Dionysius Halicarnasseus officium Lucumonum et habitum describens lib. 4. Aderant inquit ex tota ciuitate Hetruriæ ij qui suffragiis præerãt, et velati infulis à Tullo deprecabantur irã. Quod autem imperarent patet ex Virgilio in octauo Æneidos, qui. XII. populos vocauit ingentes, id

D est, regios, et Lucumones regna opima, id est, reges opimos, vt ibi exponit Seruius dicẽs: Non sine causa Virgilius dixit ingentes populos et regna opima, quia Thuscis erant duodecim Lucumones, id est, duodecim reges, quibus vnus præerat scilicet

Verbista. Larthes. Igitur *Lucumo* idem est quod vetus verbista, id est Senex dictator. Et hoc proprie significat.

ANNIA

ANNIA QVAESTIO XV. A

QVAERIS de eo quod sæpe tibi dixi, eadem esse Lucumonium, Paleologum, & Viterbum. Mouēt *Viterbum.* te multa, quæ varia expositione à doctis iam diu relata fuerunt. Primus, Fatius de Vbertinis Florentinus, optimus atque eruditissimus cosmographus, qui in sua Geographia antiquitatem Viterbensem exploratissimam habens, ait eam tribus nominibus dictam, Thuscam, Veiusam imò Veiuzam, & Viterbum. Thuscam quidem, quia pars eius dicitur Para Thussa, quam ipse existimauit dictam à Thure. Veiuzam verò cum quia Veia est insigne partis Vetuloniæ, tum vel maxime, quòd à cunctis finitimis, & in contractibus vetustis, Viterbenses dicuntur Veiuzi. Cui etiam est argumento inuincibili, quòd in subscriptione Cybelis, literis Etruscis Veiuzum appellatur, quod postea Veitulonia, & nunc Viterbum. Vnde & Iuzos ad hæc tempora nos vocant, truncata prima syllaba. Est enim mos non modo Thuscorum, sed Hebræorum & Barbararum gentium, vernacula cuiusque lingua demere primam syllabam nominum propriorum, localium, & gentilium, vt Iuzus, Ry tlaus, Ry Siris, Syricella, mons talianus, Gygianum, Lippus, Tulumnios, Colaus, & eiusmodi plura, pro Veiuzus, Ry Atlaus, Ry Osiris, mons Italianus, Ogygianum, Philippus, Veitulumnius & corruptius Tholumnius, Nicolaus. Itaque is Fatius qui tam probe de Viterbi nominibus duobus dixit, etiam id addidit, Viterbum à Romanis dictū Vita Hęrbum, quasi vita hærbida vbere glebæ & fertilis ac deliciosa. Non igitur à Lucumonio interpretationem habet. Responsio. Fatius Florentinus, illustrior Blondo fuit, vt qui ingenio Thusco excelluerit, & explorata loca melius & certius tenuerit. Verum quod ait Veiuzum Viterbum antea dictum, negari non potest ob argumenta quæ supra dicta sunt. Caue tamen à corruptione scriptorum, qui in Cosmographia Fatij Veiensā pro Veiuza scripserunt.

Apheresis nominum.

Veiuzum.

Verum

A Verum quod de Thussa putat dictam à Thure, nō concheditur, quia Thusca à Thure toti prouinciç cōuenit, sed Tusca à Tusso rege filio Herculis solius Viterbi antiquum nomen est, vt suo loco dicetur.

Thussa.

Rursus Viterbum dictum quasi vita Herbum à delitiis naturalibus, vtiq; verum est quantum ad proprietatē, à qua nomen imponitur, quia vera est hæc proprietas, sed non quantum ad id quod significandum imponitur, quia omnes subscriptiones & tituli & opiniones quas etiam puer ab antiquissimis ciuibus, & subscriptionibus vetustissimis, accepi:

B Viterbum quasi veterum verbum interpretantur. Vnde subscriptio Leonis longuli habet. Nō timeo verbum: Leo sum qui signo Viterbum. Non ergo Herbum sed verbum vltima pars compositionis significat, sicut prima pro Vit vetus. Vnde lōge antequam vel nomen vel res Viterbenses mihi essent ab origine cognitæ, cum Genuæ essem, & præsens esset conciuis noster Cornelius Benignus Cercina, occurrit libellus vetustissimus in publica conuentus nostri bibliotheca, in cuius fine multa de regio-

C ne hac continebantur, in qua dicit Viterbum dictū Veterbum grammatice, et veterum verbum, à quo plures Constantinus duxit in Bizantiū, inter quos Paleologi per interpretationem dicti fuerunt. Nam sicut Græcis Paleos, ita Latinis vetus, & Arameis Luca. Et vt Grecis logos, sic verbū et dictū est latinis, & ita Arameis Moni, vt in præcedēte quæstione exposuimus. Quare quos per compositionē Lucumones Aramei dicunt, eosdē Constantinopolitani Græci, Paleologos interpretatione Græca vocaD uerunt, & rex Desyderius interpretatione Latina Viterbos, id est, veteres verbistas siue dictatores.

Paleologi.

Lucumones.

Ergo quoniam locus ab interpretatione nominum, est inuictus & inexpugnabilis, consequens necessario est, vt Latine Viterbum, sit idem quod Græce Paleologum, & Etrusce Lucumonium. Nec iuuat quod Viterbum non habeat finem huius vocabuli vetus nec principium nominis Verbum, quia ob

vetu

vetuſtatem, compoſitio ſynæraica ſæpe adimit fi- A
nem primæ dictionis & principium ſecundæ vt patet in compoſito nomine Macto, id eſt, magis aucto. Nec item moueat te quòd prima ſyllaba eſt Vit, & non Vet pro vetus, quia vt diximus vetuſtiſſimi codices habent Veterbum, & interpretatio vetuſtiſſima vetus verbum. Sed quod grammatice ſcribebatur Veterbum & ita ſcribendum eſt, à proprietate vernaculæ linguæ Viterbum profertur, quia e ſæpe i profert vulgus, vt in Veiano limite vltimo circa Minionem Veianũ oppidum, vulgo dicimus Vianum. Porro quoniam notarij loca ſcribunt plurimum vt vulgus profert, idcirco vſus obtinuit, vt Viterbum pro Veterbo ſcribatur, & dicatur, quod profecto à loquendi modo proprio Longobardico proceſſit, qui etiam Viterbum pro Veterbo, in exciſo alabaſtro, Longobardicis literis & prolatione poſuerunt.

Veterbum dicendum.

B

ANNIA QVAESTIO XVI.

QVAERIS, vt aliorum opiniones, quas ſæpe ſimul comparabamus quæ magis ad ſignificationem accederet, denuo tibi repetam. Reſponſio. Prima funditus falſa eſt, quæ dicit Viterbum dici quaſi vitybur quaſi paruum Tybur, quòd à Tyburtinis ſit cõditum. Nam ratione vtriuſq; partis falſum eſt, quia quoad ſignificatum ad quod ſignificandũ imponitur nihil habet cum Tybure, neq; quoad proprietatẽ conditionis à qua nomen imponitur, à Tyburtinis conditũ eſt tetrapolis Viterbũ, cp omni vrbe Italiæ prima & antiquior inuenitur, vt probatur in cõmentariis ſuper Myrſilum & alios authores. Huic proxima eſt ferinè quædã nouella opinio quę dicit: Viterbum eſſe Vithebum, quia ipſum Thebanus Hercules fundauerit. Vnde & caſtrum Herculis dicitur. Eſt ergò Viterbum quaſi Vithebe & paruæ thebæ. Sed fata hæc non currunt, quia de antiquitatibus antiquioribus ſtatur vocabulis, libris, authoribus & interpretationibus, quæ vt oſtendimus docent quoad ſignificatum nominis definiri

C

Opiniones de Viterbi interpretatione.

D

vetus

A vetus verbiſtam, & veterum verbum ac dictaturam. Quoad proprietatem vero, á qua videtur nomen deſumi, vt ait ab ædificatore Thebano, ſimiliter falſum eſt, quia vt in eiſdem commentariis videbitur antequam Hercules Thebanus eſſet ſiue Græcus ſiue Ægyptius, erat vrbs regia Tetrapolis ædificata Viterbum. Et ideo non dicitur á conditore Vi Thebe. Nec iuuerit quòd lapis exciſus effoſſus Cybelarius dicat, ꝙ proximo loco Vetuloniæ fundauerit Migdala, id eſt, turrim & ob id illud par
B uum ſpatium dicatur caſtrum Herculis. Qui enim ædificat vnam turrim in magna ciuitate Tetrapoli & eam á ſe denominat, neque totam ciuitatẽ á ſe denominare poteſt, neque aſſerere illam á ſe ædificatam. Vt tamen ne ſomniaſſe hæc opinans videatur, poteſt concedi illud paruũ ſpatiũ Herculeum poſſe dici paruum Thebe, ſed non tota Tetrapolis, quia vna hirundo non facit ver, neque vna dies felicem, vt Ariſtoteles ait in primo Ethicorum, & ita vna domus turrita non facit Tetrapolim. Tertia opinio
C eſt viri eruditiſſimi Fatij, quæ vt diximus vera eſt quoad proprietatem á qua nomen imponitur, ſed falſa quoad ſignificatum. Quarta opinio eſt literati viri Raimundi, qui in vocabulis ſuper commentaria Iulij Cæſaris, dicit Viterbum dici quaſi vita inermium, quia emeriti militia veteres Romani eã vrbem ſibi pro delitiis deligebant. Et hæc vera eſt opinio, quoad proprietatem á qua etymologiam nominis deſumit, ſed falſa quoad principale ſignificatum nominis. Quinta etiam opinio á proprie
D tate Thermarum exponit *Viterbum* quaſi vi Thermulum. Sunt enim ibi Thermæ Etruſcæ, id eſt, *Volturrenæ* vt expoſuimus quæſtione octaua, nona, decima & deinceps. His calidanis aquis earũꝗ Fluento adhuc calidano dicto innaſcitur piſcatura tum copioſa, tũ ſalubris, de qua Plin. in 3. naturalis hiſt. cap. de miraculis fontium & aquarũ. Piſæ inquit aquis calidis innaſcuntur ranæ. At *Vetulonos* verò in Hetruria non procul mari, piſces. Sunt &
ſalu

saluberrimæ Thermę Caiæ adhuc cognomine, quarum meminit Strabo in.v. libro comparans eis Sabatias vicinas Romę. Sic enim ait. *V*bi Hetruria magis appropinquat Romæ abundat aquis calidis, & non minus abundantes quàm Caiæ, quę nobilitate sui cæteras excellunt. Sed copiosius de *V*olturrenis Thermis disseruimus, in commentariis supra Sempronium. Ab his igitur Thermis per Etymologiā concedi potest *V*iterbum dictum quasi *V*ithermulum, sed falsum est per definitionem nominis. *V*erū sexta opinio est Blondi, dictum esse *V*iterbum vi turrium, quia est vrbs turritis ædibus extructa, pręcipue ætate sua qua ferme. lxx. iam annis lustrauit Italiam à quo ad hanc ætatem ferme.xv. maximæ altitudinis turres ruerunt, & tamen adhuc remanet quàmmaxime turrita. Hæc autē opinio eius dicto contrariatur dicēti. *V*iterbum est parum vetusta ciuitas. Nam si vrbem, densis & crebris turritis ædibus extructam confitetur, ergo necesse est, confiteatur illam esse Turrenam & Hetruriam vrbem omnium antiquissimam quam Hetrusci à Tursibus, id est, turribus proferebant Tursenam et Eursiam, vt probant *M*yrsilus, & Dionysius Halicarnasseus in primo libro, & nos vberrime in cōmentariis nostris ostendimus. Ergo Blondo subrepsit contra se ratio, conuicto iam veritate, quòd verissima *V*iterbi Etymologia est vi turrium, et Turrena atque vetustissima, Etruria siue Eturria, sed non est ea definitio nominis vt patuit. Sequitur septima opinio olim bonæ memoriæ eruditissimi Hermolai *V*eneti et patriarchę Aquilegiensis, qui existimabat *V*iterbum *V*itheroum siue vita Heroum dictū, et id aucupabatur ex quatuor sacris literis F.A. V.L. & subscriptione lapidis Libyscilli vbi in fine excisum est: Hetrusco quaterno populo. Dicebatur igitur F. A. V. L. significare quatuor populos Falucères, id est, *V*olturrenos in *V*olturnā, et Agillinos, vel Arbanos, *V*etulonienses, et Longholos Pa ra Tussæ. Etenim vt arguebat, et quidem diuine,

A Viterbenses sunt Volturreni iuxta Minionem & Volsinios. Et ipsi sunt proprio cognomine Hetrusci, vt docet Plinius, & tunc erat Tetrapolis regia, vt ab eius quaterno populo dicatur FAVL Faluceres vt excisus lapis indicat. Quare F.A.V.L. quatuor eius tetrapolis circum F.A.V.L. populos tunc Heroes Hetruriæ denotat. videlicet Volturrenos, Arbanos, Vetulionenses, ac Longholanos. Quare Viterbum significat quasi vita Heroum quatuor populorum eius. Verum tanto ingenio & viro non audeo contraire. Sed mihi duo dubia restant, quibus non video posse commode responderi. Primum quidem, quia si Agillinos per A. intelligit, equidem nō sunt Hetrusci, sed per se populus est maritimus Agillinus & princeps Ceritis regionis. Si vero Arbanū intelligit vt postea retulit, non est ad intentionem Desyderii imponentis nomen Viterbum, quia ipse hoc commune nomen imposuit solum tribus oppidis, quæ intra mœnia clausit, Longholæ, Vetuloniæ, atque Volturnæ. Nam Arbanum cuius pars est Ascreanum, fuisse absque mœnibus vt antea, vsq; ferme ad nostra tempora, annales indicant. Vnde in decreto Desyderii dicitur. Tria oppida, Longholam, Vetuloniam, & Volturnam dictam Hetruriam sub vno muro cingant, totamq; vrbem adiectione nostra Viterbum pronuntient. Secundum dubium est, quia F.A.V.L. est dicatum nomen Luco intermedio his quatuor populis, & nō ipsis populis, à quo est porta quadriæra, vt exposuimus quæstione. XI. Et item cum solis antiquioribus de antiquitatibus certissime credatur, & Veterbū, & vetus verbum dici ac definiri dicant, vtiq; nullo pacto videtur diffinitiue Viterbum significare vitam Heroum sed solum per Etymologiam & proprietatem, à qua nomen imponitur. Eius opinionē esse hoc modo existimo & lepidam & veram. Hac controuersia accepta eruditissimus noster episcopus Arcadiæ, ait dictum Viterbiū Vi trium vrbiū, Et id probat, quia ipse nominis impositor Desyderius dicit, vt totam vrbem

vrbem cinctam vno muro dicant Viterbum. Ergo vi trium vrbium, quæ sub vno muro cingebantur. Hæc octaua opinio satis ligat quoad Etymologiã propinquissimam definitioni, quę hæ tres vrbes veteres verbistæ atq; Paleologæ Lucumonęq; fuerũt. Et ab hac vicina proprietate tracta est definitio & nomen Viterbum. Noster autem clarus ciuis domínus Michaël Archangelus Caprinus Razenuus ab alia proprietate nouam opinionem & quidem veram exposuit dicens, nomen Viterbum dictum à cognomine ampliatoris Longholæ Turreni, qui Demi Atum vicum posuit, & Torebus cognominatus est, vt Xanthus Lydus significat & Desyderius rex exposuit Terobus, commutatis & transpositis vocalibus, vt Plinius insinuat de promontorio Hispaniæ, quod à quibusdam Arrotum, & ab aliis Orratum transpositis vocalibus dicitur. Porro Vi pro Vei positum per Etymologiam placet. Ergo Longholam à cognomine ampliatoris Terobum voluit dici, & adiecta vi, totam vrbem Viterbum quasi Veiterbum, id est, curule Terbum. Vtique lepida & vera Etymologia est. Vltima opinio est Veterum titulorum & memoriarum qui bus necesse est credi tanquam quæ tempore Desyderij per expositionem dicta & scripta fuerint, vt diffinitio Viterbi sit vetus verbum siue Senatoria Lucumonum dictatura. Famæ enim funditus standum est, vbi vetustas derogat certam fidem, vt ait Liuius in septimo ab vrbe condita. Fama autem & inscriptiones docuerunt semper Viterbum dici vetus verbum. Et ideo huic standum videtur funditus. Denique vt decidamus Grammatice, Dialectice, atque vtcunque Metaphysice, quo pacto sint veræ aut falsæ supradictæ opiniones decem, assumenda est diffinitio nominis data ab eruditissimo Donato dicente. Nomen est, quod significat substantiam cum qualitate propria vel communi. Omne enim nomen significat substantiam, id est diffinitionem substantialem, quoniam teste Aristotele in

A metaphysica, ratio & substantia, quam significat nomen, est diffinitio. Qualitates verò communes et propriæ, sunt proprietates, à quibus per etymologiam nomen imponitur, quia à proprietatibus rei nomen imponitur, vt ait author modorum significandi, & ex his venamur rei substantiam, & nominis propriam diffinitionem, quoniã accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum, quod quid est, vt author est Aristoteles in primo de anima, Ergo prima opinio & secunda falsa est, quia in
B ea non ponitur substantia nominis Viterbi, nec aliqua propria vel communis etymologiæ qualitas. Vltima est vera opinio, quia significat substantiam & diffinitionem veram. Reliquæ significant veras nominis qualitates, cõmunes quidem, vt vita hęrbida, vita inermium, & Vitermulum, qualitates vero proprias significant residuæ quatuor, vt Blondi, Hermolai, Arcadis, & nostri Michaëlis Archangeli Quod si grammatice veram diffinitionẽ quęrimus, vtiq; iuxta Donatum debet complecti substãtiam
C cum qualitate propria & communi, vt si dicamus lapis est substãtia corporea, ex genere mineralium, læsiua pedis offendentis ad eam. Quare grammatica diffinitio nominis Viterbi, hæc est. Viterbum est veterum Lucumonum verbum, & dictatura, re trapolisq; hærbida inermibus deliciosa, Thermula, turritis crebrisq; ædibus extructa, quatuor Heroũ populorum Volturreni, Vetuloni, Thusci cognomine para, id est, Longholi & Arbani Tetrapolis viuida, viceq; trium vrbium solũ à Desyderio moe-
D nibus cincta, & à curuli Terobi ampliatoris sui nominata, & vltima Desyderij adiecta interpretatione Latina, per syneraicam compositionem à vetus & verbo dicta Viterbum sicut antea Constantinopolitani prima interpretatione dixerũt Paleologũ, quod ipsi Hetrusci dicebant Lucumonium.

Viterbum.

ANNIA QVAESTIO XVII.

Turrena & Hetruria eadem.

QVAEREBAS quomodo Volturna, Turrena & Hetruria sint eadem? Responsio. Primo probatur ex

ex origine et deriuatione nominis, per eruditos grãmaticos speculatiuos, præcipue authorem modorũ significandi. Quæcunque enim nomina ab eadem origine proficiscuntur sunt eadem significato licet differant in modo significandi, vt flumen, fluentum, fluuius, à fluere deriuata. Porro vt author est *Myrsilus* cuius commentaria fecimus, Turrenam et Hetruriam, Hetrusci ab eadem re deriuant scilicet à Tursibus, et proferunt Tursenam et Etursiam, Vol tursenam. Quare significatò sunt eadem licet fortè differant in modo significandi. Rursus quæcunque habent eãdem diffinitionem, illa sunt synonyma & idem significant, vt inter philosophos & grammaticos conuenit, quale est *Marcus*, Tullius, Cicero. Ceterum Tursena, Etursia, Voltursena, à Tursibus dicta eandem habent significationem teste Myrsilo dicente: quòd sicut in Asia Mossinæ dicuntur ædes turritæ crebræ extructæ, ita Turses ab Hetruscis. Et sicut Mossineca ab *Mossinis* deriuata, significant Vrbem turritis crebris ædibus extructam, & ciues eius dicuntur Mossineci, ita Etursia, Tursena, Voltursena à Tursibus deriuata, significant vrbem crebris & turritis ædibus extructam, & ciues eius dicuntur Etursi, Turseni, & Volturseni. Et hoc ipsum cum Myrsilo docet Dionysius Halicarnasseus in primo libro. A B C

ANNIA QVAESTIO XVIII.

QVAERIS vnde fit mutatio s in r vt dicatur Tursena & Turrena, quomodo supradicta differant in modo significandi? Responsio. Teste Quintilliano fit à proprietate linguæ siue eiusdem siue diuersæ, vt quæ antiquitus proferebant Cameses, Camesena, Fusij, Valesij, Phalesij, honos, decus, Tursis, Tursena, Voltursena, Etursia, Etursi, eadem posteri permutato s in r, pronuntiant Camers, Camerena, Furij, Valerij, Phalerij, honor, decor, Turris, Turrena, Volturrena, Hetruria, Hetrusci. Differunt verò in modo significandi propter appositionem e & Vol. Hetrusca additamenta. Turrena enim vt S in R. D E & Vol.

A dicimus significat vrbes turritis extructā ædibus. Si vero à Tursibus siue turribus deriuas cum e & dicas Hetruria, principatum notat,& significat eā vrbē esse metropolim aliarū. Quod si addis ad Turrenam Vol, significat eandem vi m esse priscam & omnium antiquissimam. Et ideo significant eandem rem, & deriuationem, & vrbem, sed diuerso modo significandi.

Hetrusci c addito.

ANNIA QVAESTIO XIX.

QVAERIS item quomodo Romani addant c dicentes Hetruscos & non Heturros? Respondetur. B Quia ob proprietatem linguæ Romani transponūt vnum r in vocabulo Heturria (nam dicunt Hetruria) quod non faciunt in vocabulis Turrena & Vol turrena, licet syncopent *V*olturnam. *V*nde transposito vno r dimiserunt in deriuatione vnum s & dixerunt Hetrusi,& non Heturri. Nam Romani dicunt Hetruscos deriuatiue a loco primo ab eis habitato dicto Hetruria, vt *M*yrsilus author est & post eum Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Sed C quare Romani non deriuēt ab Hetruria Hetrusos, sed addita c dicunt Hetruscos, notandum est quòd est proprietas linguę Romanæ in nominibus localibus & gentilibus post literam s in penultima sylla ba, si ipsa s mediat inter duas vocales, postponere c gratia Euphoniæ, vt Cilissam, à cilicia, cilisca Propertius in Elegia dixit. Terq; (inquit) lauet nostras spica cilisca comas. Ita Phœnissam & Libyssam, Romana lingua profert Phœniscam & Libyscam. Similiter vt author est Festus,& itē Seruius, Thu- D sia deriuatur à Thuso futuro Græco huius verbi Thuo, quod est sacrifico & aruspicor. Et tamen Romani addito c dicunt Thusciam, id est, sacrificolam & aruspicatricem. Pari forma Berosus in quinto antiquitatum scribit Herculem Ægyptium præfecisse *V*etuloniæ regem filium suum Thussum, à quo hæc ætas Para Thussam profert, & Thussam Nanam. Et tamen Romani proferunt Thuscam, Thuscanellam,& Tuscum. *V*nde Festus, Thuscia inquit dicta

dicta à Thusco rege filio Herculis. Pari forma Hetrusos, Hetruscos cum c pronuntiant. A

ANNIA QVAESTIO XX.

QVAERIS item, si Hetruria est vrbs, ergo nō prouincia? Responsio. Sicut Babylonia, Persia, Samnium, significant principaliter vrbem metropolitem & ab ea communicato nomine secundario totam prouinciā, ita Turrena, Hetruria, secundario & cōmunicatitio nomine significant totā Thusciam, sed primaria significatione vrbem regiam atq; metropolim Thusciæ. *Vnde* & primario significato Veientes populi Ciscyminij non sunt intra Hetruriam sed finitimi, dicente Liuio in primo ab vrbe condita. Erat Sabinis vicina Hetruria, proximi Hetruriæ *Veientes*. Similiter primario significato Vetulones sunt in Hetruria vrbe, quia pars eius, & Pisa nō est in Hetruria, vt per distinctionem Plinius loquitur in secundo naturalis historiæ dicens: Aquis calidis Pysæ innascuntur ranæ, ad Vetulonos verò in Hetruria non procul mari pisces. Sed in secundario significato Veientes populi & vrbs Veiens sunt intra limites Hetruriæ, vt ait Plutarchus in vita Romuli, & Alpheæ ab origine Pisæ est vrbs Hetrusca solo, vt ait *Virgilius* in decimo Æneidos. Similiter Q. Fabius consul in pugna Transcyminia, à Sutrio vsque lacum *Vadimonis* ante Volsinienses, egregie perdomuit Hetruriam, vt in nono ab vrbe condita scribit Liuius, si pro vrbe finitima *Veienti*bus & primario significato accipiatur. Falsum verò est si pro secundario & prouincia, quia non perdomuit prouinciam, teste eodem Liuio quia anno sequente Decius consul prosequutus est bellum Hetruscū, vbi dimisit Fabius, à sinistris Hetruriæ contra Tarquinienses, & à fronte contra Volsinienses. Nam à tergo Cyminia vsq; lacum *Vadimonis* Fabius ceperat. Nec obuiat, quia dicit Liuius quòd eodem anno Fabius Perusiā subegit. Nam per opinionem aliorum refert dicens paulo superius, Quidam tradunt hanc pugnam transcyminiam pugnatam

Hetruria vrbs & prouincia.

B C D

A tam fuisse vsq; Perusiam. Nam per annales duorũ consulum quibus solis statur, scribit anno suo Fabium triumphasse ob egregie perdomitã Hetruriam à iugis Cyminiis vsq; lacũ Vadimonis, ante oram Volsiniensem, & anno sequente Decium & alios sibi mutuo annuos succedentes cõsules, subactã prouinciam multiplicibus bellis, à Volsiniis vsq; Apuanos Lygures, vt idem Liuius prosequitur vsq; ad primum bellum punicum. Quod si quæris vbi est ista vrbs Hetruria, secundum Liuium iam habes

B si non es surdus & negligens, videlicet inter iuga Cyminia & Volsinium, quoniam teste Liuio illam Fabius egregie perdomuit, & superius dixit q; Veietes sunt proximi Hetruriæ, quia vt author est Cato in frag prouincia Veiẽtum, dicitur transcyminia regio, ab vrbe Roma vsq; ad Cyminia iuga. Et si iterato quæris, quæ vrbium inter iuga Cyminia et Volsinium dicitur Hetruria: respondetur tibi q; est Volturna, vt vocabulo notiore à parte totum exprimamus. Cui argumento sunt, quia Hetruria est re-

C gia metropolis, & inter iuga Cyminia & Volsiniũ nulla regia nisi Volturna & eius fanum reperitur, vt supra exposuimus. Et rursus Plinius dicit in.3.naturalis hist.ca.6. quòd Volturreni cognomine sunt Hetrusci, in quorum eadem parte sunt Volsinieñses. Ab inexpugnabili ergo & semper inuicto argumẽto, quod Peripatetici, & Boëtius, atq; Cicero in Topicis vocant à coniugatis, res probatur. Sunt enim coniugata iustus iustitia, & item bonus & bonitas. Ab his ergo sumitur inexpugnabile argumentum. Si iustitia est bonitas, vtiq; iusti sunt boni. Similiter

D si album est coloratum, vtiq; albedo est color. Pari forma in cognominibus, si ciues Florentini sunt cognomine Fluentini, vtiq; ciuitas Florentia est cognomine Fluentia. Ergo quoniam coniugata sunt & à se mutuo diriuantur Volturna & Volturreni, et Etruria atque Etrusci, consequens necessario est, vt si ciues Volturreni iuxta Volsinios sint ciues cognomine proprio Etrusci, & ciuitas vtique Vol-

turna iuxta Volsinas, sit ciuitas proprio cognomi- A
ne Etruria. Patet idem quęstione. xvi.

ANNIA QVAESTIO XXI.

QVAERIS vnde sit ꝙ in Plinij naturali historia quidam codices habent Volaterrani et non Volturreni. Respondeo. Inde vtiq; habent, vnde et alias stomachosas mēdositates, tam in eodem Plinio quàm in aliis authoribus. Et in Plinio quidem ne totum percurramus in eodem capitulo has corruptiones apertissime leges. Phregne, Populorum Saniēsis colonia, Critona, Arentini, Iulienses, Amitinēses, Car- B tониani, Herbanum, Subertani, Scatones, Vertulonienses, Verentani, Esetini, Volaterrani cognomine Etrusci, Volsinienses in eadem parte. Vides ne quot mendositates dictas, pro Phregen e, Populonium, Senensis colonia, Cortona, Auctini, Rulliēses, Anitinensis, Carboniani, Herbanum, Suberetani, Statones, Vetulonienses, Varentani, Vusetini, Volturreni et non Volaterrani, vt in commentariis super hanc topographiam Plinij probauimus. Nunc quoq; repetere non pudebit quàm aperta mendositate scri- C psit et impressit Volaterrani pro Volturrenis. Primo quidem, quia prius posuit idem Plinius sicut et Antoninus vada Valaterrana in maritimis, ora vero Volsiniensis est mediterranea. Secundo, quia Plinius vtitur in topographia duobus modis dicendi. Vno in parte, altero in eadem parte. Et in parte dicit quę sunt in diuersis agris, sed tamē proxima sunt cōmuni gentium limite, vt patet in. 3. naturalis hist. cap. 6. vbi ait: Saturnia est vbi nunc Roma. Antipolis verò vbi Ianiculum in parte Romæ. Ergo quo- D niam Roma est in Latio & Ianiculū in Etruria, dixit esse non in eadem parte Romę, sed in parte, quia vtraq; oppida sunt proxima communi termino Tyberi. Et ne putes Plinium immemorem fuisse ob diuersitatem capitulorum, idcirco in eodē capitulo dicit Volturrenos et Volsinios esse in eadē parte, quia intra eundem limitem et eisdem focis et agro. At Volaterrani nō sunt in eodē agro cū Volsiniēsibus,

Volturreni nō Volaterrani in Plinio legendū

Loci emendādi plures

A quos interiacent tot populi, tot distincti agri, tot distantes limites, Aquasenses, Sētinates, Tunniates, Rusellani, Clusini, Populonij et eiusmodi. Quare Volaterrani non modo nō sunt in eadem parte cum Volsiniēsibus, sed ne quidē in parte. Quare Volturreni scribendum est, quoniā Volturna & fanum Volturnæ sunt in eisdem limitibus inclusi á iugis Cyminiis ad iuga Aquasensium supra lacum Volsiniensem siue supra sanctum Laurentium. Quòd si ridere cupis mendositates in aliis authoribus, lege Pomponium Melam, et inuenies in Topographia Etrusca, Pyrgus, Alus, Grabus, Cecosa, pro Alsiū, Grauiscæ, Cosa, et in descriptione Beticæ, Dubal pro Tubal. Similiter lege Dionysium in secundo libro et inuenies ita scriptum: *Venit ex Etruria Lucumo ducens auxilia Etruscorum, ex vrbe Solonio pro colonia.* Est autem vrbis Coloniæ propriū nomen Sal pl. Hæc enim est Etrusca. Pari modo in tertio libro scriptum est. Quæ bellū mouerant, fuerunt quinque vrbes, Cilusini, Rusallini, Vetulonates, pro Clusini, Rusellani, Vetuloniates. Et in quarto libro inquit. Seruius Tullus diuisit vrbem in quatuor partes, Exquilinam, Palatinam, Collatinam, Baboranam, pro Collinam et Suburbanam. Et in Sillio Italico in septimo libro. Domus superbi Tarcontis Cortona, pro Tarcona, quæ est prima pars Tarquiniarum. Et eiuscemodi innumeras ineptias inuenies, tum ridiculosas, tum in errores Topographicos deductiuas, quæ summo studio sunt animaduertendæ.

Errata in Mela & Dionysio. B

Colonia

C

ANNIA QVAESTIO XXII.

D QVAERIS si Etruria est originis Etruscæ, quomodo verum est quod Seruius dicit esse originis Græcæ, et debere scribi orthographia Græca Hetruria quasi Heteroria, id est altero limite finita scilicet Tyberi et Macra? Responsio. Quia iuniores Romani et Latini scriptores, dimissa lingua Etrusca quam ante solebant addiscere, vt Liuius author est in .IX. ab vrbe condita cum vocabulorū Etruscorū origines ignorarēt, falso ad Græculas origines se conuer-

Etruriæ origo.

conuertebant aut Latinas. Vnde Lucerum nomen A
quod Liuius & alij simplices latini ignorauerunt
exponere, vtique Varro his doctior & antiquior probe
à Lucumone & lingua Etrusca exposuit, testesque
antiquissimos vtriusque linguæ Latinæ ac Etruscæ
peritos produxit Iunium & Tolumniū tragœdiarū
Thuscarum scriptorem. Itaque non mirum si cunctis
posterior Seruius iam abolita lingua Etrusca falso
reduxit ad Græcam, quod non potest stare, quia ante
omnem linguam Latinam & græcam nomē erat
Etruriæ quippe quia Romani vocabant Etruscos B
à loco primum ab his habitato & dicto Etruria, vt
Myrsilus & Dionysius in primo libro docent. Hæc
autem Etruria erat vrbs prima regia, de qua idem
Myrsilus dicit. Tetrapolim suam vocant Etursiā,
partes verò illius Bolturrenam, Betuloniam, Tussam
& Arbanum cognomine Calumbum à luco.
Et item à prima inquit eorum tetrapoli dicta Etruria,
Romani Etruscos vocant. Et Cato in fragmentis.
Etruria inquit olim Italiæ princeps, ab eorum
Metropoli sic cognominata. Hæc vrbs Etruria cū C
insignis fuerit regio, prisco principatu Larthico &
Lucumonio, tum præcipuis Anniæ Veræ antiquissimæ
Thuscorum familiæ, augustis imperatoribus
Antonino Vero, & Commodo enituit, vt Helius
Spartianus insinuat in vita eorum, dicens: Pleraque
horum origo fuit materna quidem ex Fauentia,
paterna verò ex Etruria. Et item. Antoninum præfecit
Etruriæ, quia in his regionibus multas possessiones
paternas habebat. Huic Helij dicto est argumento
quòd ætas nostra prædia Annia & fora Annia
vocat in regione Horchiæ, quam deam Etruriæ D
vocat Liuius in septimo ab vrbe condita. Porrò
his Cæsares Annij fuere. Et si bene aduertis dicta
Helij, inuenies Anniam familiam diuisam in duas
partes tempore dictorum imperatorum. Nam alteros
Veros, alteros Verissos dixerunt. Et caue mendositatem
impressorum qui posuerunt Verissimos
pro Verissos. Non enim intellexerūt originē vocabulorum

Annia familia.

A bulorũ *Etruscorum*. Nam *Veru* Etrusca lingua est virgularũ inter sese consecatio ex colore nigro & citrino, à quo Romani virgam ferream vocant Veru & *Verutũ* origine Thusca. *Vulgus* talem virgarũ intersecationẽ vocat scaccheriũ. Ab insigni Vero Annia Vera familia dicta est, Verissa verò à colore scaccherij eorum insigni albo & rubeo. Verum quia Romani vtuntur c post s vti documus suprà quæstione decimaoctaua, idcirco sicut Tussam Tuscam, ita Verissam Veriscam nunc proferunt.

Veru.
Verisci.

B Item de vrbe *Etruria* & Antonino Helius dicit. Omen imperij Antonino factum est quia in *Etruria* dolia eius quæ erant suffossa supra terram reperta sunt, & ædes eius examẽ Apũ cõpleuit in tota *Etruria*. Totũ enim ad partes refertur, & *Etruria* Tetrapolis erat. Quare ædes habebat Antoninus in tota vrbe *Etruria* scilicet in Volturna, Vetulonia, Tussa siue para Tussa, & Arbano, & villis ac prædijs Horchiæ, vbi ad hæc tempora sunt fora Annia.

ANNIA QVAESTIO XXIII.

C QVAERIS item de Tetrapoli, quid est Tetrapolis? Responsio. Est quadriurbs siue quadrata vrbs continens quatuor magna oppida, vt *Etruria* quæ continet *Volturnam*, *Vetuloniam*, para Tussam, Arbanum. Tripolis vero continet tres magnas vrbes, vt Aretiũ, & Perusia quæ cõtinet oppida Griphoniũ, Vibiũ Achæũ, & Mæonẽ Turrenũ, vt quæst. VIII. exposuimus. Dipolis vero continet duas magnas vrbes, vt Balneoregium quod continet Ciuitam & Rodam. Similiter Tuscanella continet Ciuitam veterẽ & nouam. Pari forma Nuetũ nũc Cornuetũ latina vero interpretatione Grauiscæ quę cõtinet Castrum nouũ & vetus. Quod significat Sillius in octauo libro vbi dicit. *Et* veteres misere Grauiscæ. Porro monopolis quæ continet vnum oppidũ, vt *Balnearia*, Capina, Blere, Veianum & eiusce modi. *Et* de his Xenophon libro de æquiuocis sic habet. Antiquitus Monopolis rustica erat. Dipolis verò opulenta. Tripolis quæ prouinciæ caput esset.

Tetrapolis
Tripolis.
Dipolis.

D

Tetra

Tetrapolis vero regia, quam toti regno ac.xii.colo A
nijs priscis principibus regni præfectam instituebant, vt Samothracia, in qua eadem Tetrapolis constituta ex Samo, Nesso, Thracia, & Saona. xii.primis post atticũ diluuiũ vrbibus præfuit. Sed copiosissime de Tetrapoli docuimus in commentarijs supra eundem Xenophontem.

ANNIA QVÆSTIO XXIIII.

QVAERIS de Volturna & regionibus intra eã, atq; origine vocabulorum eius, quæ supra quæstione duodecima memoraui? Responsio. Siue sine syn- B
copa Volturrena, siue per syncopam Volturna, vti- *Volturrena*
que illi est origo Etrusca, à Vol & Turrena, id est, prisca & antiquissima Turrena, vt supra explanauimus. Hæc vna vrbs ex Tetrapoli vrbe regia fuit, vtpote quia ad eius fanum regium indicebantur xii. populis consilia regni. Prima eius regio adhuc Etrusco vocabulo dicitur Parazol siue Parazolum teste nostro linguarũ interprete Talmudista Samue
le. Par apud antiquos Arameos erat æquiuocũ ad *Par.*
hastã coronã & principatũ, quem Hebræi Sara & C
Aramæi Para dicunt. Verum non videtur mihi multum æquiuocum, quia veteres hasta pro sceptro & corona principatus vtebantur, vt Trogus asserit,
& Iustinus commemorat vltimo Epitomatum. Zi *Zi.*
verò à consilio deriuationem habere non solum Samuel, sed etiam diuus Hieronymus consentit in libro de interpretationibus. Vnde vbicunq; zi, za, zo additur consulatum significat, vt Veiuzi, Paraz, pa-
razolum, Parazim. Quos enim Græci & Latini à D
Perseo Persas vocant, eos Hebræi Paraz & Parazim nominant, id est, coronatos siue hastatos con-
sulares principes. Et Veiuzi à Veijs sunt curules *Veiuzi.*
consulares principes. Hinc Parazolũ, est Volturnæ pars regioq; extrema circa F.A.V.L. interpretata hastata siue coronata cõsularis antiqua & prisca. Olenũ & Vol vt supra diximus priscũ & antiquissimũ significat. Duo ergo sunt argumenta hanc Volturnã fuisse regiã, tum quia ad fanũ eius regni cõsilia.xii.

A populis indicebantur, tum quia principiũ eius col-
Parazolum lis dicitur Parazolum, id eſt, coronatum conſulare
Porticellæ. priſcum. Secunda regio eſt Porticella quæ & qua-
Seuaſtos. driæra, quia ibi pomœrium quatuor æreis literis
Pan. F.A.V.L. ſacratum fuit, vt nomen ipſum arguit. Tertia regio dicitur Seuaſtos pan, id eſt, Auguſtus Syluanus, quia Syluano Auguſto ſacer fuit. F.A. V.L. id eſt, lucus ingens, vt *Virgilius* in octauo Æneidos inſinuat. Teſte autem Seruio ſuper Æneida
B idem eſt, Inuus, pan, & Syluanus. Quarta regio dici-
Capitoliũ. tur Capitolium, quia in Etruria vrbe clara tum va te Oleno Caleno & eo loco deſcriptum prius fuit Capitolium quàm Romæ conſtructum, vt author eſt Plinius in libro. XXVIII. capitulo ſecundo, & Dionyſius Halicarnaſſeus in geſtis Tarquinij ſuperbi. Vltima eius regio eſt quam ab eccleſia planum ſan
Kitys. cti Fauſtini dicimus, & à domicilio Itali, Stic Kity Arim vetuſtiſſima Etruſca lingua contractus nominant, quos in Archiuis ſeruant fratres noſtri ere-
C mitani. Nam Aramæi Kity, Hebræi Kityn proferunt, & eſt proprium nomen Atlantis Itali ſoceri Coriti ex Electra filia, quem Moyſes & diuinæ literæ atq; Beroſus vocant Kityn. Vnde vbicunq; in diuinis literis eſt Kityn, ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt Italum & Italiam. Nam teſte Fabio pictore Italus condita Capena iuxta Auentinum & Tyberim, & defuncto fratre Heſpero qui Etruriæ metropoli præerat, ipſe ibi præſedit & totam Italiam à ſe nominauit. Arim igitur & Arin ſublimitatem ſignificat. Stic verò domicilium, vt Tal-
D mudiſtæ exponunt. *Vnde* Stic Kity Arin interpre-
Stic. tantur domicilium ſublimis Itali. Argumento ſunt etiam ibi Kitei tituli, literis Etruſcis inſcripti, & nomen loco *Volturnæ* olim Stic Kity Arin nunc planum ſancti Fauſtini à Porticella ad ſanctũ Franciſcum, imò ab ipſa eccleſia ſanctæ Trinitatis exorſum. Sed copioſiſſimè hæc explanauimus ſupra Beroſum & alios.

ANNIA QVAESTIO XXV.

QVAERIS de secunda vrbe parte quadrivrbis Etruriæ dicta Vetulonia, quæ sit illi & eius regionibus origo & significatio? Responsio. A *Veijs* & curribus Vetulonia dicta est, & philarchatu, id est, principatu populorum & gentium, vt in quinto antiquitatum Berosus insinuat. Est igitur Aramea & Barbara origo à *Veijs*, id est, curribus & Lõnimis, id est, Philarchis, vt Talmudistæ ac diuus Hieronymus interpretatur. A Lomnimis autẽ vrbs Lonia deriuatur, id est, philarcha. Hinc Babylonia, id est, Babel tribuum Philarcha, & populonia, puppium philarcha, & Itulonium, id est, Iuppiter Philarcha. Itum enim Iouem & fiduciam Iouis Etrusci dicunt, vt Macrobius significat in Saturnalibus. Est autem Itulonium vt ruinę ostendunt maximæ quantitatis templum cum domibus sacerdotum in agro olim Populoniensi, & erat Deus princeps Populoniorũ, & Puppium, de quo Plinius in.xiiii.naturalis historiæ capitulo secundo dicit quasi mirabundus. In vrbe Populonia Iouis simulacrum ex vna vite tot æuis conspicimus incorruptum. *Vnde* & quia vrbs metropolis erat maritima, dixit in decimo Æneidos Virgilius. Misit Populonia mater, id est, puppium Philarcha, quia Popũ Etrusci, puppim dixêre Romani. Hinc & ipsa metropolis Populoniũ, & princeps eius deus Ituloniorum, cui præposita consonans de more dicto in quæstione sexta dicitur *Vitu*lonium & non *Vetulonium* vt quidam falso in Ptolemæo scripserunt. Nam deriuatio alia est à *Veijs*, alia ab itu, & item *Vitulonium* templum fuit, vt vestigia indicant. *Vetulonia* vero quadriurbs regia Etruriæ, à *Veijs* & Lomnimis Lucumonibus dicta, vt diximus. Fuit igitur non solum Volturna, sed etiam *Vetulonia* pars quadriurbis Regia curulis, vbi primæ duodecim fasces datæ sunt à Iano, & qua decorati atque donati fuerunt postea Lydi, vt Berosus in fine quinti indicat, & Sillius in octauo docet his verbis:

Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis,

A *Vetulonia.* B *Populonia.* C D

A *Bis senas prima illa dedit procedere fasces.*
Et iunxit totidem tacito terrore secures.
Hæc altas eboris decorauit honore curules.

Argumento etiam manet illius vni regioni *Veia* siue currus aureus cum mitra Mæonica, quia Lucumones velati infulis erant, vt supra ostendimus quæstione. XIII. Prima huius regio dicitur Susa, vulgo verò addita m Sumsa, sicut & Capitolium vulgus profert Campitolium. Est autem Susa nomen Arameũ, à quo in Ptolemæo, & in vita Hester capi B tulo primo vrbs regia magni Artaxerxis fuit Susa Assyriorum. Est autem Susa & equestris eadẽ, quoniã quos equestres Latini, Susas dicunt Aramei, vt Talmudistæ aiunt. Ergo Regio *Vetuloniæ* Susa, id est equestris erat vbi Astures id est domini equestres & quadrigarum erant, vicus vtique illustris domino quadrigarum Cecinna, cuius meminit Cato in fragmentis dicens. Græcas literas & disciplinas & ob id Latinas Etrusci horruerunt, neq; Latinas voluerunt suscipere vsq; ad Cecinnã Volturre C nũ magistrum quadrigarũ & augurũ principis patrẽ Menippi, & auũ Menodori, quis ante eũ pater eius *Volturrenus* auusq; Titus, ac proauus Turrenus semper Romanis principibus charissimi, ad eas recipiendas vrgerentur. Nam ipse Turrenus patre Elbio *Volturreno* regum Etruscorum vltimo ad Lacum Vadimonis cæso, ad reddendam vrbẽ Etruriam, anno secundo Olympiadis centesimæ quartæ allici potuit, ad recipiendas verò Latinas literas, nunquam persuaderi potuit. Hæc Cato. Quòd verò D equestris regio hæc dicta Susa esset finitima *Volturnæ*, non solũ nominis interpretatio probat, sed eius regio sub podio dicta Seddiæ, id est, Sellæ curules. Sedda enim sicut Sedia, sella Romane dicitur, vt Festus indicat. Duces enim exercituũ apud Turrenos donabantur sceptro, & sella curuli, & toga purpurea, & lictoribus vti & Lucumones, vt Diodorus Siculus scribit in sexto libro. Hæc igitur prima regio *Vetuloniæ* Susiana sedes est. Sequitur hãc immediatè

Susa.

diate Ciochola.i.matricia, vt insinuat Berosus à Ci A
& Ocholam quod est materna habitatio. Forte quia omnium regionum & vicorum *Vetuloniæ*, caput secundarium vt mater erat. Nam vt pater erat hanc sequens regio, vsque ad Sipalim & fontem eius, quæ dicta Seddie carri, quia locus huius sub sancto Sixto Seddio similiter vt Susæ nominantur, & illi insigne est *Veia* siue currus aureus cum infula Lucumonia, quia vt diximus Lucumones velati erant infulis. Quare in annuo magistratu in hac regione consistebant Lucumones cum suo Lar B
the. Et ideo vt pater omnium regionum erat Ciochola, vt mater. Susa, vt equites ac defensores. Quinque verò regiones *Volturnæ* solum vates sacerdotesque & augures, ac gymnasia literarum continebant. Vnde in ea Pomœrium, literæ quatuor, Seuastos Pan, & Ollenus Calenus princeps augurum, & illi soli vtpote religioni principanti dicatus est Lucus ingens. Non enim Arbani, aut Tuscę, aut *Vetuloniæ* sed fanū *Volturnę* dicitur. Quod pro C
fecto vir ingenio præditus Hermolaus deprehendit, dum Faluceres Volturrenos exposuit, quasi fani luceres, & prolucomones. Itaque post Ciocholā à porta sancti Matthæi ad fontē Sipalis regio est curulis lucomonia, & cognomine Labyrinthus. Causam nominis quidam existimant, quod dominus Nicolaus Pistoriensis Cardinalis Theanēsis in ea regione concidit formauitque Xystum, & in eo Labyrinthum sub Pio.II. Pōtifice cōtexuit, & ab ipso Labyrinthus nomen accepit. Sed obstat tempus. Nā longe ante Piū sub *Eugenio* papa, me puero existēte, D
in nuptijs domini Princiuallis Gatti, pars iuuentutis Viterbēsis veste insignita curru, pars verò Labyrintho prodibat, vt nouerint hi iuniores insigne currus, & cognomen Labyrinthus antiquissima regioni esse. Est autem Labyrinthus teste Plutarcho in vita Thesei omnis carcer qui nihil aliud habet incommodi quàm quòd qui intrat exire non potest, quē illi Labyrinthū, Latini vincula, & Florentini Strincos vocāt. *Ergo* quia iuxta residentiā dominorū fuit

A carceres vinculaque, & hæc regio Larthis & Lucumonum erat, non mirum est, si ea regio vincula & Labyrinthum teneret. Et hic Labyrinthus Lumonius insignis est non modo gloria Lucumonia, sed & Labyrintho latrocinatoris Caci, quem Tarcon rex Turrenus teste Solino in vincula coniecit. Sed proditione Megales Lucumonis frustratus vincula, paulò post ab Alceo Hercule interemptus fuit, vt idem Solinus asserit. Sipalis quarta regio Vetuloniæ est, à magno fonte vsq; ad Vetule-

Sipalis.

B tum. Causam nominis quidam dicunt esse à Sipunculis fontis. Sed tempus & inscriptio obstant. Tempus quidem, quia ante Sipalis regio dicta est vt fert fama, quàm Fons nouellus fieret. Inscriptio est sub statua Cybelis literis *Etruscis* hoc pacto. *Veiuzo oppido hospita Isis, hospita fuit conuiuatrix in domo Tiles decoratæ Iunonis, & ducis Sipi, anno ætatis eius. xv. Veiuzum* autem oppidum pars Viterbensis est, à qua sempiterno cognomento Veiuzi dicimur, & Iuzi, vt. xiii. quæstione diximus. In hac

Veiuzum.

C parte Sipus Dux habitabat vt inscriptio habet. *Et* Sipus erat pater Cybelis, quam locauit Iasio, & cū qua recepit Isidem hospitam ad conuiuandum, vt asserit Berosus in quinto antiquitatum, & in secundo, & inscriptio asserit. Quare vbi Sipi Ducis domus ibi Sipalis regio & *Veiuza. Est* autem *Veiuza,* vt in superiore quæstione diximus: curulis consularis, quia ibi ciues habitabant Senatorŋ et consulares. *Et* quoniam importuna finitimorum insultatio de nomine Iuzo & *Veiuzo*, ciues defatigauit, iam incipiunt nostri ciues relinquere nomen *Veiuzum.*

Sipus.

D O ciues O ciues potius vestras antiquitates reassumite, & finitimis potius insultate, quòd insaniant suisq; antiquitatibus detrahant. Quod si qui habitant in quinque regionibus *Volturnæ* pudet vocala Parazolum et Stic Kity Arin edicere, saltem latino vtantur vocabulo, et dicant. *Ego talis Volturrenus* hastatus, vel Pomœrinus, vel Syluanus, vel Capitolinus aut Italicus. A regione sua quisq; se cō

muni

moni Volturreno vrbis nomine notat. Similiter & de Vetulonia á communi & proprio regionis nomine. Ego. N. Vetuloniensis Susianus, vel Ciocholus, vel Curulis, aut Veiuzus, siue Vetuletus, vel Cercina, vel Spurinellus, aut Metallius siue Faulus. Nam quia á pont Remulo ad Faul inhabitant, quoniam Py Attani & de valle Piatta vocantur, quod est Faul vt diximus quęstione. XIII. idcirco antiquitus Faules dicti sunt, & Kata Faules, id est descendentes á Faulibus Græca simnl & Aramea lingua adhuc vocamus. Hæc regio illustris est Faula puella, præmiũ virtutis græci Herculis, vt dicit Verrius. Metallij sunt qui collem sancti Simeonis & sancti Nicolai incolunt vsq; Sipalim Veiuzum. Nam eum collem Metallarium vulgo dictum aiunt á Paleologis qui Gothos inde expulerunt duce Narsete Paleologo. Vnde nomen græcum est á Metallo verbo id est perscrutor. Clara olim regio gymnasio publico Turreno. Etenim vt author est Diodorus in sexto libro Turreni perscrutationi rerum naturalium & theologiæ plurimo tempore impenso, præcipue in interpretatione fulgurum versati sunt, adeo vt ætate mea toti orbi admirabiles sint. Hæc Diodorus. Hic me collis genuit anno salutis. M. CCCC. XXXVII. in vigilia Epiphaniæ, antea fermè X. mensibus nato consobrino meo motore harum quæstionum in eodem Vetuloniensi Metallio colle, ac domo hærente regioni Spurinellæ, á quo Spurina cognomentũ tenuit, de quo Valerius maximus lib. quarto cap. IIII. Quod inquit sequitur externis annectã, quia ante gestũ est q̃ Etruriæ ciuitas daretur. Excellentis ea regione pulchritudinis adolescens nomine Spurina, cum mira specie complurium fœminarũ illustrium sollicitaret oculos, ideoq; viris & parentibus earum se suspectum sentiret, oris decorem vulneribus confudit, deformitatemq; sanctitatis suæ fidem, q̃ formã fomentũ alienæ libidinis esse maluit. Sit ergo Vetuloniensis Susa insignis equitibus. Ciochola patricijs, Labyrinthus Larthe ac Lucumonibus,

Faules. *Faula puella.* *Metallij.* *Spurina.* *Vetuloniæ insignia.*

A bus. Veluzus Sipalis consularibus viris & domo Sipi ac Cybelis, & Isidis aduentu ac nuptijs Iasij. *Collis metallius.* Certe collis Metallius doctrina niter, hæretq; illi à tergo Spurinella Etruriæ regio pudica olim, & à de *Spurinella.* xtris Cercinæ regio in qua Atlas Italus Kityn ex Pleiona Pleiades genuit. Nã Pleiades Barbari Cercinas vocant, & patriã quoq; earũ teste Diodoro Siculo in. IIII. lib. Mauri Cercinas nuncupant. Quæ etiam copiose probauimus in commentarijs super *Vetuletum* Fabium Pictorem atq; Berosum. Porrò regio Vetu-B leta à loco vbi Vetuletũ dicimus incipit, & ad portam veterem clausam iuxta Salicicchiã finit. Existimo ibi Vetuloniam cœpisse, & ob id ei vico regioniq; præcipue nomen remansisse, & ob id principatu antiquitatis alias regiones Vetuloniæ præcellere

ANNIA QVAESTIO XXVI.

QVAERIS an Turrenam Græcus Hercules attigerit, quia dicis Faulam puellam fuisse præmium *Faula.* virtutis eius. Responsio. Lactantius in primo diuinarum institutionum libro, de propria religione C Romanorum dicit eam fuisse scortum Herculis, & producit Verriũ testem. Tamẽ in fragmento Verrij, quòd magister Guilielmus Mantuanus collegit, non vtitur Verrius vocabulo scortum, sed præmiũ. Sic enim iacẽt eius verba. Accam Larentiã Faustuli Thusci vxorem, quòd hæredem instituerit Romulus, sacris parẽtalibus donauerũt. Thuscam itẽ adolescentulam Faulã quia viriũ Alcei præmium ad lacum Cyminium Fanũq; Volturnæ fuit, in deã retulerunt. Hæc Verrius. Quod si hoc est esse scortũ D & concubinã idem, vtiq; scortũ Herculis fuit Faula, quæ illi non fuit vxor. Si item vis certius habere *Thelamonis portus.* Argonautas Argeosq; principes à portu Thelamonis per fanum Volturnæ Cyminiumq; lacum profectos fuisse ad Euandrum Romæ degentem, hoc tibi pandet eorũ iter. Nã à Thelamonis portu in Cyminia iuga, & inde Romã profectos authores produnt. Nam Diodorus in quinto libro apertissime dicit Argonautas venisse ex Hispania in littus Thu

scum,

A fcum, & portum tenuisse qui ab vno eorum principe dicitur adhuc Thelamonis portus, & vt sequitur, hic portus est iuxta Turrenam, quo loci habes quòd Turrena hic pro Etruria vrbe non prouincia accipitur, Et ita ista est vera, portus Thelamonis est in Turrena & intra limites eius, pro prouincia. Et hæc similiter est vera, portus Thelamonis non est in Turrena neq; intra limites eius, sed iuxta Turrenam, vt supra dictum est, quæstione xvi. & quæstione. ix. Huic portui proximus est portus Herculis, argumentum videlicet, vbi primum se applicuerunt Argonautæ, à principe Thelamone nomen impositum. Et vbi à naui descenderunt in continentē, vt in regiam Thuscam, & inde ad Euandrum pergerent, ab Hercule nomen inditum. Distat autem à Turrena portus Herculis, itinere diurno equestri, paulò verò amplius Thelamon. Et ideo Diodorus dixit Turrenam esse vicinam Thelamoni. Ab eo igitur profecti in Cyminios populos venerunt, vt authores scribunt, in quibus vt patet, regia regum Lucumonum erat Fanum Volturnæ. Larthes verò erat Tarchō iunior, qui paulo ante Caccum in vincula Labyrinthumq; Vetuloniæ coniecit, vt in præcedente quæstione posuimus. Quod verò inde Faulam puellam præmium virium Herculi Lucumones dederint, vt ait Verrius, hoc authores sic exponunt, sicut refert Seruius, super illud Æneidos. Et cymini cum monte lacum. Fabulantur inquit, dum Hercules ad Euandrum pergeret, venisse ad Cyminios populos, subaudi Lucumones duodecim populorum Etruriæ. Quibus petentibus vt vim suam ostenderet, infixit terræ vectem ferreum quo exercebatur. Cumq; illi scilicet fortissimi Lucumones, non possent extrahere, tandem rogatus Hercules sustulit, & mox sequuta pertusum immensa aqua, lacum Cyminium effecit. Nec est hoc fabulosum, sed naturale, quòd terra pertusa emittat aquas sublatentes, qualis est illa concha lacus Cyminij, & ius terræ, de qua Plinius in. ii. naturalis

Thelamonis portus. B C *Faula.* D *Cyminius lacus.*

A historiæ cap.XVIII. In sylua inquit Cyminia loca sunt in quibus terræ depacta non possunt extrahi, & ideo non fuit mirum si Lucumones ad tentādas vires Herculis illuc eum duxerint, & aquæ quibus abundant loca Cyminia vt cernimus, pertusum vi olenter sequutæ eruperint, & sensim illam conchā oppleuerint & lacū effecerint, quē à monte qui adhuc Cyminus prima syllaba producta dicitur, tam syluam, quàm iuga, & regionem, lacumq; Cyminium nuncupant, & ab Elbio vltimo Larthe patre
B Turreni, vicus Elbij à Ptolemæo scribitur, & à vulgo lacus viti nominatur. Deniq; quòd Argonautæ principes simul comitati Herculem fuerint vsq; ad Euandrum, author est Varro, qui Argeum nomen Romæ, & in capitolina Saturnia esse dicit, quia Argei principes cum Hercule ad Euandrum venerūt, & in Saturnia subsederunt, quæ ad capitolium fundata erat, vt ample expositum est in commentarijs super Fabium Pictorem. Habes igitur iter verum atque certissimum Argonautarum per Thusciam
C à portu Thelamonis & Herculis, vsque in Volturrenam regiam quidem commune. At à Volturrena vsque ad vrbem Romam per iuga Cyminia, quod nunc commune est, tunc erat externis inuium, vt ait Liuius in nono ab vrbe condita. Verum Lucumones qui Herculem Faula puella, quam forte visam adamauit, donauerunt, etiam secretum & incōcessum externis iter præbuerunt. Et ita iter quod nunc est ab vrbe Roma per iuga Cyminia in Volturnam, nunc Viterbum, & ipsum simul nunc Viterbum tunc Etruria & antiqua Turrena illustra sunt
D Herculis Græci & Argonautarum peregrinatione & virium ostentatione.

ANNIA QVAESTIO XXVII.

Locus Plinianus

QVAERIS de Cecinna Susiano, cur Plinius illū Volaterranum dicat libro decimo naturalis historiæ cap.XXVI. dicens: Cecinna Volaterranus equestris ordinis quadrigarum dominus, comprehensas hyrundines in vrbem secum afferens victoriæ nun

tias amicis mittebat, quæ in eundē nidū remeabant A
illito victoriæ colore. Responsio. Tria sunt argumē
to ꝙ liber mendosus est. Primū quia assuetus est im
pressor stomachosas & ridiculosas mendositates in
nominibus vrbiū Thusciæ ponere, & aperto mēda
cio Volaterranos pro Volturrenis scribere, vt supra
probauimus quæst. xx. Secundo ab interpretatione
nominis, quia si Thuscus est equestris ordinis, ergò
Thuscinus Susianus. Tertio, quod omnino conuin
cit, est genealogia eius, quia hic Cecinna Augur *Cecinnæ*
equestris ordinis, & quadrigarū dominus, fuit Vol- *genus.*
turrenus, pronepos Turreni, qui vrbem Etruriam B
Romanis reddidit, vt clare in fragmētis Cato scri-
bit. Ideo caue ab impressorum & scriptorū creberri
ma vitiositate, si non vis cum cæcis ducibus cæ-
cus in foueam cadere.

ANNIA QVAESTIO XXVIII.

QVAERIS de tertia vrbe quadriurbis Etruriæ,
dicta vulgo Etrusco Para Tussa, deq; origine no-
minum & regionū eius. Responsio. Tussam Roma-
ni Tuscā proferūt, vt diximus. Eā dictā à rege Tu- C
sco filio Herculis Ægyptij, qui eundē filiū suū Vetu-
loniæ coronauit regem deletis Lestrigonibus, au-
thor est Berosus in. v. antiquitatū, & Festus breui-
bus absoluit dicens: Tuscia dicta est à Tusco Rege
filio Herculis. Verū quia sub Iano quadriurbs Etru
ria condita est, vt Berosus, Cato, Fabius pictor, &
alij plures conscribunt, & Ianus longè Herculē Ægy
ptiū & filiū eius Tuscū præcesserat, consequens est,
vt hæc tertia Etruriæ vrbs nomē sibi propriū tenu D
erit. Dicimus aūt illā vulgo para Tussam. i. hastatā
siue principē & coronatā Tuscā. Quare coniectura
est, prius illi nomē Etruscū fuisse Para, ꝙ græce Lō
ghola à longhe hasta, & latine hastata per interpre-
tationē dicta est. Vnde sicut Viterbum cōmuni co
gnomine dignitatis prius Etrusce Lucumonium,
inde græca interpretatione Paleologū, & vltimo la
tine Viterbū dictū est, ita hæc eius pars tertia pri-
us sub Iano Para, deinde sub Pelasgis, qui sacraue- *Para.*

SS 3 runt

A runt F.A.V L. per interpretationẽ dicta est Longhola, & ob id vicus Longus & latine hastatus dicitur. Tussa aũt .i. Tusca, á filio Herculis dicta est. Hanc portionẽ fuisse regiã, ex multis patet. Primũ, quia Para Tussa est hastata et coronata Tusca, ergo regia. Secundo quia quælibet pars quadriurbis regiæ, regia est, & hæc est pars quadriurbis Etruriæ regiæ, vt sæpe explanauimus. Tertio quia deus regiæ vrbis vtiq; in parte vrbis regia colitur. Ergo hæc Tusca iuxta Volsinos regio erat, quia Vertumnus qui est princeps deus Etruriæ teste Varrone in

Faul. Longhola. Tussa.

B primo de lingua latina, in hac Tusca colebatur, vt Propertius in Elegia Vertumniana asserit, vbi inducit ipsum Vertumnũ dicentẽ, non se pœnitere, q; in bello Sabino Romã venerit ab vrbe Tusca in focis Volsinieñsibus. Hæc enim sunt eius mithica verba:

Tuscus ego, Tuscis orior, nec pœnitet inter
Prælia, Volsinos deseruisse focos.

Quando vero fuerint hæc prælia, insinuat pauloante finem Elegiæ dicens:

C *Tempore quo socijs venit Lucumonius armis,*
Atq; Sabina feri, contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies & tela caduca,
Atq; hostes turpi terga dedisse fugæ.

Igitur huius regiæ partis Tuscæ prima regio olim dicta est Cranisa siue Razena á filio Iani qui ibi ei successit, vt Berosus in .v. antiquitatũ asserit, á quo Etrusci siue Turreni sese vti á duce Razenos vocant, vti Myrsilus & Dionysius Halicarnasseus in primo libro scribentes. Romani inquit vocãt Etru

Cranisa. Razena.

D scos á prima metropoli ab his habitata dicta Etruria, se autem ipsi Razenos vocant á duce Razenua. Hæc autem in commentarijs Myrsilianis & Berosianis vberius á nobis exposita sunt. Sunt quoque argumento, quòd á porta Salicicchia ad principium Macelli maioris, prima Tussæ regio sit cognominata Razena & Cranisa á Crano filio Iani cui fuit cognomẽ Razenua, quia adhuc fonti proximo

& hæ-

A
& hærenti huic portioni, nomen à regione extat Cranisus, & in domo domini Michaelis archangeli Caprini, qui initia Macelli maioris incolit, superioribus annis erant vestigia turris dictæ Razenæ. Et hoc cōsonat ei, q Berosus scribit in.v. antiquitatū dicēs: Aruns nepos Iani templū Iano Vertumno statuit, & Crano patri suo Lucū in Vetulonia sacrauit, et inter Isos, id est, deos annumerauit et ipsi deo Razenuo in Vetulonia templū condidit. Si autem bene cernimus, vbi nunc ædes sancti Ioannis in Petra, ibi finis Vetuleti, & principium Tussæ, & ibi nomina fontis Cranisi & turris Razenæ. Quare argumentum est, circa sanctum Ioannem in petra fuisse lucum Cranisi, vbi sunt à salicibus & florentibus arboribus Salicicchia, & Florita porta, & vicinus Cranisus fons luci, & ibidem Razenui templum; cui vsq; ad turrim deletā Razenā sacra erat regio. Et ideo hæc prima Tussæ siue Para Tussę regio Razena & Cranisa dicebatur, præclata luco & tēplo Crani dei Razeni regis, à quo ciues regiæ Etruriæ sese vocabant Razenos, non Turrenos & Etruscos vt supradicti authores asserunt. Nec moueat te, q mutato r in l non Razenam turrim, & Razenuam cryptam, sed Lazenam & Lazenuam proferat vulgus. Primo quia loca non illi sacra retinent. R. vt Razenus amnis quem corrupte quidam proferunt Razanum, & Razenensis regio vbi prædia habuit, vt nomen ipsum accusat. Porro hæc loca illi sacra erāt, videlicet prima regio Tussæ vbi turris olim Razena, & delubrum eius vbi crypta Razenua. Ergo dici debent Lazena & Lazenua, quia in sacris solet litera R in L mutari. Cui argumento est, quòd Auentinū montem sua ætate noluit Romulus vt coleretur, sed ipsum fratri suo Remo sacrauit, vt Fabius Pictor dicit, & ipsum à fratre Remo Remuriam nominauit, vt Plutarchus in vita Romuli simul cū latinis scribit, & quia sacer erat Remo, non Remuriam sed Lemuriam dixerunt. Quod certe Ouidius repetens in.v. de fastis dicit. Romulus obsequitur

B (margin, beside "tra, ibi finis Vetuleti")
C (margin, beside "sese vocabant Razenos")
D (margin, beside "tera R in L mutari")

A lucem'q; Remuria dixit. Litera nam toto nomine prima fuit. Aspera mutata est in lenem tēpore lōgo, Mox etenim Lemures, animas dixere silentū. Et eo dē modo aspera r in lenē l mutata est tēpore lōgo, ac religionis ritu Razenā & Razenuā in Lazenā & Lazenuā conuersa sunt. Sequitur hāc Razenā re-

Demi Atus gionem, Demi Atus, clara ciuibus regijs Mæoniæ ac Turreno ampliatore Terbo, vt non modo Desyderij decretum dicit, sed nominis interpretatio infallibiliter conuincit. *E*st enim Demi Atus, popu-

B lus Atus patris Turreni regis Mæoniæ. Deleta est ætate mea Turris nomine regionis dicta Demi Atus, vbi decretum Desyderij excisum literis Lōgobardicis in alabastro effossum habemus. *V*icus *L*onghus Græce. Para, id est, hastatus Etrusce, inclytus est coronatione *L*arthum & hastatione regū & ducum exercitus, vt nomen probat. Hinc tota vrbs para Tussa, id est, hastata & regia *T*usca dici-

Gaiolæ. tur. Gaiolæ quarta regio in longitudine pontis para Tussi, vnde nomen habeat nondum com-

C pertum habeo. Quærendum esset in contractibus vetustis, si ea regio aliquo prisco Arameo & Etrusco vocabulo tunc diceretur, quia nomina antiquitatis prisca locorum sunt argumenta infallibilia originis ipsorum, vt omnes historici afferunt vtunturq;. Pons autem para Tussus, cum nullus sit pōs, constat ipsum non latina, sed Etrusca olim lingua dictum pro fluento distinguente inter Tussam & Ascreanum & Arbanum, vt declarauimus supra in quæstione duodecima.

D ANNIA QVAESTIO XXIX.

Arbanum. QVAERIS de quarto oppido Arbano & regionibus eius, nomina & rationes eorū atq; origines? Responsio. Vt in cōmentarijs super Xenophontē ostendimus, Arba est nomen pertinens ad linguam Arameā & Hebræā, & significat quatuor, & loco impositum significat vrbē, regiam. Si vero ab arba dicat Arbanū, significat partē quadrivrbis regię, et ideo cum *V*olturna, *V*etulonia, Hastata Tusca sint

tres

tres partes quadriurbis *Etruriæ* regiæ, vt iã ostendimus, equidẽ restabat quarta pars regia quæ exprimitur Arbano prisco nomine, quod Plinij corruptores Herbanum pro Arbano scripserunt, siue cum aspiratione siue absq; aspiratione velis scribere. Ipsum vt in commentariis videbimus diuidũt authores in duas regiones, Calumbũ & *Musarnum*. Musarnus collis est, vbi dicimus, castrum Herculis. *Vn*de & à cognomine Herculis collis dicitur, nõ quia illud Musarnus Hercules condiderit quod sub Iano ante Herculem fuit, sed quia ibi palatium fundauit pro coronatione *Tusci* filij. Condidit tamen vrbem iuxta Coriti Lyanum, quam adhuc *Musarnam* appellant, & cuius ruinæ visuntur, & de qua contractus nostri conuentus aiunt Agellum nostrum esse in ciuitate Musarna. In Ptolemæi Geographia reperies Musarnos populos, & Musarnam vrbẽ in Gedrosia & Carmania. Sane vt Berosus ait, Libyo Ægyptio fuit nomen Libyus, cognomina verò Hercoles, Arnus, *Musarnus*. Hercol, id est, pellitus totus dictus est, quia toto corpore ferinis pellibus ante inuẽta arma pro armis tegebatur, ad propulsandas iniurias, vt in primo libro Diodorus asserit. Item ab insigni & corporis robore cognominatus est Arino & per syncopã Arno, id est, leo famosus, vti ait Berosus, & Talmudistæ interpretãtur. Porro ab doctrina militari, & initiationibus militiæ dictus est *Musarnus*, id est, doctor leo famosus, & eius milites Musarni, id est, discipuli Herculei. Hic Hercules initiamentis & incãtamentis bellicis deditus fuit, & non filius Alcmenæ, vt Græci confitentur, & Diodorus in sexto libro asserit. Et ideo *Musarnas* colonias dixit, id est, doctas à leone famoso. *Vnde* initiationem militarem Tuscam ipse (vt existimo) docuit primus, quia Musarna eius ciuitas, haud procul Vadimonis lacu est. Collis verò Musarnus Arbani dicitur quòd ibi palatium construxerit & milites initiatos filio suo *Tusco* reliquerit, non quia illum primus fundauerit. Pars verò Calumba à Ca

Musarnus. *Hercol.* *Arno.* *Calumbum*

A B C D

A lubu Ægyptia lingua, aut melius á Calumbo Arameo vocabulo, quod teste Samuele nostro, viride significat, á quo nō abest interpretatio diui Hieron. in libro de interpretationibus. Dicitur autē viride á luco proximo, vt author est Myrsilus. Argumento sunt nomina circa FAVL ædes beatæ virginis de viridi, & è regione beatæ Mariæ in Calumba in fine collis Musarni & principio collis Ascreani. Ergo Viterbenses corrupte proferunt in Palumba cū in Calumba dicere debeant. Ascreanum nondum B cōperi an sit Arameæ originis. Non enim existimo á Gymnasio aliquo Græco dici, cum vrbs Etruria horruerit literas & disciplinas Gręcas, & ob id Latinas noluerit recipere vsq; ad Cecynam, vt ex Catone supradiximus.

ANNIA QVAESTIO XXX.

QVAERIS quid distet inter Tusciam & Thusciam, cum alterum sine aspiratione, alterum aspirate proferimus. Responsio. Authores quos Festus collegit, triplicem illi assignationem faciunt. Primā Grę- *Thuscia.* cam, Secundam Arameam, Tertiam Babylonicam.
C Prima cum aspiratione thuscia deriuatur á thusco futuro huius verbi thuo, id est sacrifico & aruspicor. Hinc Græci á sacrifico ritu thusciam & thuscos cognominauerunt turrhenos vt Plinius in.3. naturalis historiæ asserit cap. 6. Et ita significat totam prouinciam. Si vero fiat sine aspiratione vocabulo *Tuscia.* Arameo Tuscia & Tuscus significat duas vrbes dictas á Tusco rege filio Herculis, & significat solum eas vrbes, Para Tussam & Tussam Nanam, quæ di- *Toscum* ruta iacet inter Tuscanellam & Caninum. Si verò D Babylonice dicatur á Tosco, significat loca ad quæ non facile possunt adire homines, vt Cicero exposuit, & Festus refert. Hinc et curias dominorū quas non facile possunt ingredi homines, et rupes difficilis aditus, vocant Toscas Babylonici, vt patet in Targum Babylonico apud Hebræos, quia vbi nos habemus Conuertit rupem in fontes aquarum, ibi dicitur Tosca in fontes aquarum. Hoc pacto omnis ager tetrapolis Etruriæ ac solus dicitur Tuscia et vrbs

vrbs Tuſca Etruria, quia ad Lucumones difficilis A
patebat externis aditus. *Vnde* nec ipſa nunc publi-
ca via Cyminia patuit, vſq; ad perdomitam Etru-
riã, vt patet in Liuio in nono ab vrbe condita. Sola
et vnica erat via pro itineribus, atq; ea ſtudioſe cu-
ſtodita, nec tamen ad vrbem ipſam regiam ducens
ſed ſub ea plus vno miliari porrecta per *Minionē*
et Camillarios atq; Tudernos, quos Ptolemæus Su
dernos vocat vt æſtimo corrupta prima litera, ſi-
cut eadem corrupta nunc *Mudernum* & muri *Mu*-
derni, & corruptius *Maderni* dicũtur à quibuſdam. B
Eam viam aggreſſus, venit ad Lucumones eorũq;
Larthem *Tarcontem* tertium celer pro auxilio *Æ*-
neas, teſte Virgilio in octauo Æneidos vbi ait, pro-
pe cæritis amnem eſſe collem celſum, & amnē Ege-
lidum. Et in Egelido quidem fluuio ipſe luſtratus
eſt ad colloquium Veneris. Et in celſo colle vidit
à longe ingentem lucum Lucumonum, & in ſubſi-
dentia arua vidit legiones, vbi *Tarcon* & *Turrena*
tuta tenebant caſtra locis. Tuta ergo dixit quia *To*
ſca & difficilis erat ad illa aditus. *Et* hoc pacto ſi-
gnificat ſolũ agrũ Volturrenũ *Tetrapolis* Etruriæ, C
qui clauditur à tergo iugis Cyminiis vt cernimus,
à fronte iugis Volſinienſibus. Nam in eadem parte
ſunt Etruria & Volſiniũ ſiue Volturreni cognomi
ne Etruſci & *Volſinienſes*. Rurſus à ſiniſtris finitur
Blerano amne, qui nos à Tarquiniis diſterminat, &
amne Larthe, quē corrupte *Marthe* dicimus, vt pa-
tet in Itinerario Antonini. Hic amnis diſcernit *Tu*-
ſcos, à Tuſſa Nanis, nunc Tuſcanellis. Porro à dex-
tris eſt portio *Tyberina* ſecernēs nos à finitima *Vm*
briæ, de quo Liui. in. 9. ab vrbe cōdita. *Excurſum* in D
quit cōſulis Fabij per iuga Cyminia ſenſerat ſub ra
dicibus Cyminiis iacēs ora, moueratq; indignatio-
ne, non modo *Etruriæ* populos, ſed et finitima Vm-
briæ. In hac finitima Vmbria ſunt Veilumbri, vt
Albulani, Pennenſes, Amerini, & eiuſcemodi. Et
argumentum differentiæ ſumimus, quia pro tota
prouincia Thuſciam & Thuſcos cum aſpiratione
ſcribunt veteres. Pro vrbe verò Para ſiue regia,

A sine aspiratione scribunt, Tuscam & Tuscos, & Tuscanienses. At pro toto agro & populis eius atque oppidis olim Toscis, id est, difficilis aditus populis & sine aspiratione scribunt, & cum in præpositione vtuntur in Tuscis. Vnde Plinius in. xiiii. naturalis historiæ cap. 4. In Tuscis inquit peculiaris vua est Tudernis, æque ac eius nominis Florentia, Aretij verò Talpana. Hic in Tuscis & Aretij per distinctionem dixit, quia Aretium non est in Tuscis. Tudernum vero quod Mudernum & Sudernum corrupte proferũt, in Tussis Vussetinis thermis est à quo

B *Florentinũ* Tudernis vua, & similiter Florẽtinum à quo vua Florentia est in Tuscis, & in fine regionis adhuc Vadimonæ dictæ, non enim Plinius Florentiã vuã à Florentia nunc opulenta potuit dicere, cuius tunc nomen non erat, sed illos Fluentinos à præterfluẽte Arno appellauit. Rursus vt supra in quæstione. viii dictum est. Plinius dixit Romanos se appellasse Trossulos, quia sine pedite ceperunt Trossulum oppidum in Tuscis, id est, regione difficilis aditus. Et

C si bene aduertes, quæcunq; in Tuscis aut in Tuscos inuenies, in Etrusco Viterbensi agro nunc sunt. Hęc apud Festum abbreuiata à nobis explanata, à Longobardis confusa reperies.

ANNIA QVAESTIO XXXI.

Tusciæ diuisio. *Gẽs prima.* QVAERIS quo pacto diuidebatur tota Tuscia, & qui gentium eius limites, & quo pacto ordinabantur? Responsio. Cato in fragmentis quæ sumus post Myrsilum expositituri, diuidit eam in tres gentes dictas in. 2. & 4. quęst. videlicet in Maritimam,

D Ciscyminiã, Transcyminiã. Gens maritima sunt vt ait Phregenæ, Alsiũ, Agilla cognomine Cære, Pyrgus Tarquiniæ Tarcona dicta, Grauiscæ, Volce, Cosę, Thelamon, Vmbro, Caput Etruriæ Phaliscæ, Populonium, Volaterrę ac Vada eius, Pisa, Luca, Lucus Feroniæ, Luna.

Secunda. Secunda est Ciscyminia ab vrbe Roma vsq; ad Cyminia iuga, à Thuscis dicta Lartheniana cognomine Veiens à Metropoli. In ea populi, Sabum, Larthenianum cognomine Veiens

Soră

Soracte,Pheſcennium,Phalaris,Flauianum, Nepe, A
Phaliſcanum,Sutrium,Lacus Cyminius. Gens ter *Tertia.*
tia Tranſcyminia eſt à iugis Cyminiis vſq; Piſto-
rium.In ea populi Volturrena ſub Cyminiis radici
bus iacens cognomine Etruria, Aruntes veteres co
gnomine Camillarij,Olena,Tuſſa Nana,Volſinæ,
Cluſium,Peruſia,Aretium, Phæſulæ, Piſtorium.
Ordo autem militaris erat,vt maritimi præcederēt
Larthem,& Veientes ſiue Ciſcyminij ſequerentur
Larthem,& Tranſcyminij eſſent cum Larthe.Quē
ordinem quandoq; poëtæ exprimunt, præcipue in B
VIII.lib.Sillius Italicus,qui legionis Thuſcorum or
dinem dictum deſcribens,ſimul & ex quibus legio
ipſa vrbibus collecta ſit à Romanis contra Hani-
balem,à maritimis cœpit dicēs.Iamq; per Etruſcos
legio completa maniplis Rectorem magno ſpe-
ctabat nomine Galbam.Huic genus orditurMinos
inuiſaq; tauro Paſiphaē, clari de hinc ſtant ex ordi-
ne patres.Itaque ordo legionarius circa ducē Etru-
ſcum Galbam fuit ex ordine patrum trium genti-
um.Prima fuit Gens maritima antecedens ducem C
Galbam, vti olim Larthem, fueruntq; milites ex
vrbibus maritimis, Phregenis, Alſio, Cære, Tar-
quiniæ,Grauiſcis & Luna quę fuit his pauor,ſicut
fuit tempore Porſenæ Cluſini, qui fuit Romanis
mœnibus terror,quando voluit reducere Tarquini
os ſuperbos.Sic enim de his ait.

Stabant dehinc ex ordine patres militum,& ſub
dit. *Lectos* Cære viros,lectos Tarcona ſuperbi Tar
contis domus,& veteres miſere Grauiſcæ.Nec nō
Argolico dilectum littus Aleſo Alſium,& obſeſſæ D
campo ſqualente Phregenæ.Lege totum,vbi inue-
nies de gente Tranſcyminia, fuiſſe ſolas duas vr-
bes cum duce Galba,ſcilicet Pheſulas, & Vetulo-
niam,quam fuiſſe regiam curulem, togatam,arma-
tam,principem & datricem primorum faſcium lau
dat. Et ſubdit,quòd ducē & hos Vetulonos ſeque-
bantur proximi *Etruriæ* Veientes,vt ait Liuius,id
eſt,tertia Ciſcyminia gens proxima *V*etuloniæ.

Vnde

A Vnde Vetulonos demonstrans ait. Hos Vetulonos iuxta erant Nepesina cohors, Sutrium, Lacus Cyminius, Phalisci, & reliqua. Vnde pulchro ordine Sillius peragrauit tres gentes, eundo per maritimã á Phregene prima vsq; ad vltimã Lunam metropolim. Deinde á luna venit in Trãscyminiã, vbi primo occurrit Phæsula vsq; ad Cyminia iuga, quibus est Vetulonia. A qua in Ciscyminiã gentem per lacum Cyminium, Sutriũ, Nepe & alios populos, narrationem compleuit. Itaq; iuxta Catonem & alios. Etru-

B riæ gens triplex erat. Prima maritima, in qua primũ oppidum erat circa Tyberim Phregenæ oppidum: postremo verò vrbs Luna proxima Macræ. Secunda gens erat Trãscyminia, cuius prima oppida erãt Phæsulæ ac Pistorium circa transitũ huius gẽtis in Galliã nunc Lombardiã. Vltimum erat Etruria proxima lacui Cyminio quę erat tetrapolis scilicet Volturna Vetulonia Arbanum & hastata Tusca. Tertia gens erat Ciscyminia, cuius limes & oppidũ proximum Etruriæ erat vicus Elbij, qui & lacus Cy-

C minius, postremũ Larthenianum siue Veiens. Hæc in authoribus clara cõperta q; sunt, si eos perlegas.

ANNIA QVAESTIO XXXII.

Dubitas & quęris cur Plinius discreuit inter Arbanum, & alias tres regias partes, nam simul ponit Tuscanienses, Vetuloniẽses, & Volturrenos. Secundo, cur inter ea discernit si erãt vna ciuitas Etruria. Tertio, si cõueniunt cõfines partibus his quatuor & toti apud authores. Responsio. Plin. in. 3. nat. hist. cap. 6. percurrens gentes Tusciæ primo excurrit ma

D ritimam ordine suo á Luna ad Phregenas. Transcyminiam aũt & ciscyminiã, non ordine quo fuerunt antiquitus, sed quo erant tẽpore suo diuisit in colonias & liberas vrbes, vti ibi patet. Et vt ibidẽ apparet, liberas vrbes diuisit per literas Alphabetales Et quia per aspirationẽ ipse scribit Harbanũ, hinc est q; separatim & q̃ longissime Arbanum scripsit á Tusca, Vetulonia, & Volturrena, quãtum scilicet distant inter se literæ, H. T. V. á quibus illa incipiũt

Quod

Quod verò cũ Hetruria esset vrbs vna, tamẽ vt di- A stinctas vrbes nominauit, hoc est quia erant.IIII.oppida quæ tunc pro.IIII. vrbibus habebantur. Erat enim Etruria tetrapolis, vt inter authores cõuenit, eratq; regia & absq; mœnibus, et singula vrbs pro singulo et distincto populo habebatur vsq; ad tempora Desiderij regis, quod priuilegiũ in aliis vrbibus non habebat etiã si Dypoles et Tripoles essent, quia non erant regiæ. Et ob id vnico nomine & sub vno populo cõputabantur. Etruria verò vnico quidem communi noĩe Etruria et Turrena dicebatur à B Tursibus, sed singulæ partes vt singuli distincti in vrbe populi nominabant. Et id fecit Plin. Tertio ex dictis satis conueniunt cõfines. Nam Cato à tergo limites posuit, quãdo dixit Volturrenã cognomine Etruriã esse in subcyminiis radicibus iacẽte ora. Similiter Liui.in.1 ab vrbe cõdita cum dixit: Erat Sabinis vicina Etruria, proximi Etruriæ Veiẽtes. Eosdem limites assignauit Sillius Italicus ipsi parti Vetuloniæ, cum significauit iuxta Vetulonios esse Cyminiũ lacum & Ciscyminios populos. Porro Vol C turnæ Plin. assignauit à fronte Volsinienses, cum dixit Volturreni cognomine Etrusci, in eadem parte Volsinienses. Eosdẽ Volsinienses à fronte para Tussæ siue coronatæ Tuscæ pro limite assignauit Propertius cum inductus ab eo Vertũnus dicit: Tuscus ego, Tuscis orior, nec pœnitet inter prælia Volsinos deseruisse focos. Similiter à sinistris Arbani et Vetuloniæ assignantur quatuor limites, Thermæ, amnis Ecalidus piscosus, amnis Egelidus, et Minio. Thermas quidem et thermales amnes piscosos assi- D gnat Plinius in.2.naturalis historiæ, capitulo sexto, et marmora excisa Cybelaria. Plinius enim per distinctionem à Pisa dicit. Aquis calidis Pisæ innascuntur ranæ, ad Vetulonos vero in Etruria, pisces. Marmora item scribunt. Hercules Ægyptius turritã ædẽ fundauit supra Thermas iuxta Vetulonos. Virgilius vero in.8 Æne.dũ ad Lucumones Æneam mittit, cum venisse ad Minionem asserit in collem,

A vnde prope fanum Volturnæ ac legiones vidit, & in Egelido fluuio lustratus Veneris oraculum promeruit. Egelido & ecalido amnibus nomina adhuc vernacula lingua Tusca permanēt. Nam Egelidum Fredanum dicimus, quia à pura gelida fontium scaturigine nascitur, et Ecalidum Caldanū vocamus, quia ex Thermis et mineris calidissimis vt plurimū effluit, generans ad hanc ætatem pisces copiosos et salubres. Itaq; omnes confines & limites præscriptos ab authoribus de Tetrapoli Etruria et partibus

Egelidus.

B eius, itemq; nomina atq; cognomina vetusta simul sumpta, solū habet Lucumoniū Paleologū Viterbū Solū Viterbum igitur est Etruria regia Tetrapolis, prima sub Iano condita. Quæ cuncta etiā per authores et commentaria atq; historiā Etruscam, planiora habebuntur. Et ideo hoc vltimum enthymema memoriter tenendum est à nostra iuuentute Viterbensi, ante omnem lectionem harum quæstionum et aliorum operum nostrorum, quia cuncta irreuincibiliter atq; necessario si simul colligantur ipsum comprobant, et irreuulcibiliter fundant firmantq;: vt

C eruditissimis viris patens est. Et idcirco non blactrone et futili viro, sed literatissimo iudice atq; censore nostra opuscula egent.

ANNIA QVAESTIO XXXIII.

CVM apud Tuscanellā essem, intuitus sum apud quandam portam hoc carmen vetustissimis literis et lapide excisum.

Ingreditur quisquis huius per limina portæ, Ascanium norit, hanc vrbem ædificasse Consilio Mar

D tis, in somnis admonuit qui Troianum Æneam, vt vbi catulam reperiret, Vna cum catulis bis binis conderet vrbem, Turres quadrantur, tolluntur mœnia sursum. Sic fundata fuit hæc vrbs et ciuita dicta à Cane Tuscana dicta est.

Quam quoque rex Tuscus processu temporis auxit. Quid existimas de hoc carmine? Responsio. Existimo verissima esse, quippe quia negare veteres titulos et inscriptiones quæ authoribus congruunt,

viri

viri est pauci sensus & blacteronis. Nam teste Lactantio libro primo diuinarũ institutionum cap. xi. antiquus author Euemerus Messanus res gestas Iouis collegit & contexuit historiam ex titulis & inscriptionibus sacris, quam historiam interpretatus est Ennius & sequutus. Eam tanto feruore animi suscepit Græcia vt sacram appellauerit. Ergo plus quàm sacra est Hetrusca historia, & cõmentaria nostra, quæ non solum titularibus argumẽtis, sed præter eos etiam præcipuis authoribus, præscriptis limitibus, nominibus & locis adhuc perseuerãtibus, & historicis eiuscemodi innumeris argumẽtis constant. Itaq; non sunt neganda hæc carmina, quæ cum antiqua, tum etiam Virgilio congruunt. Ait enim in. 8 Æneid. Æneam Troium transmisso Minione cũ tasse equos & corpora nõ procul luco et castris Tarcontis existentis in aruis latis. Curato vero corpore, ait lotum fuisse Egelido amne vulgo verò Fredano, vbi in somnis admonitus fuit à Venere. Qui dicit à Venere, nõ negat etiam à Marte, vt inscriptio supplet. Hęc in. VIII. lib. Deinde in. x. repetit, q̃ cum Æneas discessit ab Euandro, supple habito etiam noctu oraculo, mane castris ingressus Hetruscis regem Tarcõtem salutauit, & datis dextris ab eo classem accepit, cui præsidebant quatuor duces, videlicet Massicus ex Massa vrbe maritima, nunc Senensium, item Toruus Abantis populi maritimi princeps, vbi nunc caput Albium vt Albiũ vulgo pro Abantium larine dicimus. Tertius fuit Osinius rex i. Lucumo Clusinus. Quartus verò fuit Asilas augur Pisanus, vt clare enumerat ibi Virg. Ergo inuenit ibi catulam prope Egelidum amnem cum bis binis catulis. Sed quia bello impedit⁹ Æneas oraculum de ædificando oppido implere nõ potuit, filius eius Ascanius suppleuit, ædificauitq; monopolim Ciuitam, à cane inuenta dictam Tuscanam per syncopã (nam Tu Escana à catula cane dicitur) & processu temporis Tuscus iunior fecit eam dypolim. Est igitur verissimum carmen.

A ANNIA QVAESTIO XXXIIII.

Tuscanella & Tusca. QVAERIS si Tuscanella & Tusca regia sint eadem, cum quia quidam dicunt Tuscanellos esse Tuscanienses, tum præcipue quædã vetusta inscriptio etiam Tuscanienses apud eos nominat. Responsio. Qui dicunt Tuscanellos & Tuscanienses esse eosdẽ, hoc docent quod nesciunt. Nõ enim Tussa, & Tussa Nana est eadem, nec valet à diminutiuo Nana, est Tusca Nana, ergo est Tusca. Nec valet quod ibi lapis quidam Tuscaniensem nominet, quia non Ci-
B uem suum sed para Tussæ insinuat, sicut Romæ inscriptiones sunt Hispanorum, Gallorum, non tamẽ Roma est Hispania vel Gallia, sed in ea fuerunt illi viri præclari. Sed vt erudite ostẽdatur Tuscã, & Tuscanellam non esse eadem, differentiarum inuincibilibus argumentis vtamur. Primo à tempore. Tuscanella enim post Troianum excidium cœpit sub Ascanio, vt supradictum carmen docet. At Tusca, ante Herculem Ægyptium sub Iano cœpta est, quia est pars para, id est, hastata & coronata, ante Tuscũ
C filium Herculis dicta. Secundo à deriuatione nominis, quia à cane Tuscanella nomẽ accepit. At Tusca, à Tusso rege filio Herculis Ægyptij, vt Berosus docet & Festus insinuat. Amplius à deo regio. Nam Vertumnus deus Tuscæ Tetrapolis fuit & regiæ intra limites Volsinienses. At Tuscanella nunquam Tetrapolis & regia fuit, sed primum sub Ascanio Monopolis Ciuita dicta rustica fuit, inde sub iuniore Tusco adaucta solũ Dypolis opulenta est, vsque ad hæc tempora, quæ solum cõstat Ciuita parte veteri, & parte noua. Item ipsa est intra limites Tussę
D Nanæ, & extra limites Volsinios, vt inter quos Larthes fluuius diuidit. At Tusca Vertumni Volsinos Focos & limites colit (vt ostẽdit Propertius). Item Fani Luciique ingentis monumenta esse decet, vbi regia Tusca. At non Tussæ Nanæ, aut Tuscanellę, sed para Tussæ sunt PAVLIS monumenta. Sunt & alia complura argumenta differentiarum, quæ quisque regionis expertus comperiet. Verũ quoniam linguæ

origo

origo plurimum ad arguendũ in historia valet, consequens est, ut ante fuerit Tussa Nana quàm ei vicina Tuscanella, quia Tuscanella est nomen Latinum & Tussa Nana est Barbarum & Etruscum, quod antecessit Græcam & Latinam linguam. Est autem Tussa Nana id quod Tuscanella, & Tuscanella id quod Tusca iunior & parua. Porro iunior & parua ad priscam & regiam refertur. Ergo Tuscanella ad Tussam Nanam se priorem refertur, quæ ex ruinis eius adaucta per interpretationem Tuscanella dicta est latina lingua posteriore, & Tussa Nana ad Para Tussã refertur, quia regia & coronata cognominat. Et antiqua prisca regia Tusca est, quã adhuc prisco vocabulo Para Tussam vocamus: Huius oppidi ager à Vetralla in Lyanũ Coriti Musarnãq; tendebatur. Argumẽto sunt limites quorũ q circa Corti Lyanũ est, dicit vulgo Vadus Tuscaniẽsis, ferme quarto miliario, aut paulo amplius distãs à para Tussa in agro eius, & alter iuxta Vetrallã adhuc para Tussus dicitur. Itaq; Vetralla oppidũ quod et forũ Cassij dicitur, ad ius vetus Viterbensiũ spectat. Quòd si vis aliam differentiam, vtiq; vbi Tusca regia, ibi aliæ partes Volturna, Vetulonia, Arbanum, & Faul. At Tuscanella non est vbi sunt ista, nec ex his vel minimum vestigium habet. Item Tusca est pars Etruriæ regiæ, vt ex superioribus patet. Ergo est cognomine Etrusca quia Etruscũ ab Etruria dicitur. At nõ Tuscanella est cognomine Etruria, sed Volturrena vt sępius probatũ est. Quare Tusca non est pars Tuscanellæ, neq; vbi est Tuscanella, sed vbi Volturna.

A
B
C

ANNIA QVAESTIO XXXV.

QVAERIS quomodo Galba Etruscus, ortum habuit ex Minoẽ atq; Pasiphaẽ, vt supra in quæstione xxx. insinuauit Sillius Italicus. Responsio. Repetendum est quod in historia Etrusca posuimus videlicet quod sacrato luco ingenti Pelasgi in fano Volturnæ vt Virgilius insinuat & hoc sub Tarconte secundo, pro societate inter Turrenos & Pelasgos, Tarcõ cõtinuit Pelasgos in officio. Et vt Manethõ

D *Galbæ origo.*

 dicit

A dicit,& tempus concordat, Tarconti successit Tyberinus pater, Ocni cōditoris Mantuæ. Quidam au thores Latini, vt Seruius refert super. 8. Æneid. putant hunc Tyberinum fuisse regem Tuscorum, alij Aboriginum, quē Glaucus filius Minois circa Tyberim occidit & illi nomen dedit, qui prius Albula dicebatur, Et hoc totum verum est. Nam Larthes Etruriæ non solum Tuscorum sed & Aboriginum, & totius Italiæ rex erat, vt Fabius Pictor scribit de origine vrbis Romæ. Hic ergo Tyberinus cœpit
B Pelasgos ab Etruria excludere. Nam teste Dionysio Halicarnasseo in primo lib. duabus ferme ætatibus, id est, quinquaginta annis cœptum est affligi et pelli à Turrenis & Aboriginibus genus Pelasgicum, ante Troianum excidium. Hoc autem tempore Larthes erat Tyberinus vt Manethon indicat, & tēpus
Manto. sic comprobat. Manto Fatidica filia Tyresiæ vatis Thebani, primum seruiuit sub Cleonte, inde sub Theseo, quæ paulo ante finem eius fugam in littora Asiæ iniit, moxq; in Tusciam ad Tyberinum naui
C gio vecta, ab eo grauida effecta peperit Ocnum, vt
Theseus. omnes Græci & Latini consentiunt. Porro Theseus fuit pulsus regno, ante Troianum excidium annis. XXIII. vt Eusebius notat. Quare tunc regnabat Tyberinus, quia ad eum venit Manto. Itaq; Tyberim, cognominabāt Pelasgi Thybrim, vt refert Seruius super. 8. Æneidos, id est, iniuriatorem, quia latrocinabatur contra eos circa ripas Tyberis & iniurias irrogabat. Nam Hybris Græce iniuria est Latina, vt ait ibi Seruius præposuerunt consonantē T, & dixerunt Tyberim de more. Quod & nos posui
D mus supra quæstione. VI. Causa verò huius discor
Minos. diæ primus fuit Minos, qui accepto quòd Tusci recepissent in societatem Pelasgos, tentauit et ipse imperio sociari. Vnde misit primum illis Aboriginibus qui erāt in Latio sub rege Fauno patre Latini, donum zonæ, iunctaq; cum illis amicitia, misit ad eos Glaucum filium, qui ab eis imperium peteret, & non accipiens, ab Agillinis ascitus, causam di

scordiæ

scordiæ præbuit quòd quasi iure participati impe- A
rij Cæriti amni patris Minois nomẽ indidit, quem
permutata prima litera i, Minio posteri dixerunt. *Minio.*
Et hoc est quod authores dicunt, & Seruius absol-
uit breuibus super. VII. Æneidos ibi: Picta scuta La-
bici. Cum inquit Glaucus filius Minois à Labica-
nis Latij Italiæ imperium posceret, nec acciperet,
quia nihil præstabat sicut pater eius ante præstite-
rat zonam eis mittendo cum antea discincti essent,
mox eis ostendit scuta picta, à quibus & ipse Labi
cus, & populi Labicani, & Romæ via Labicana. B
Sed quia de his satis in historia Etrusca diximꝰ, hoc
satis sit, quòd Glaucus ipse filius Minois interfecto
apud Tyberim Tyberino, ab eius successore Mezẽ *Glaucus.*
tio apud Agillam obsessus & captus, & in Etruria
captiuus filios genuerit. Hoc argumẽtum validissi-
mum est quòd Etruscus Galba fuit genere Minoi-
co & Pasiphaës, vt clare asserit Sillius. Ex quo pa-
tet quòd Etruscius Mezentius, dictus est Agillinus
à victoria & triumpho, vti & Scipio Aphricanus
& Cæsar Germanicus & huiusmodi. Et hoc tempo C
re bellantibus Turrenis contra Agillam eadem sub
mutauit nomen & dicta est Chære, vt Strabo nar-
rat in quinto libro Geographiæ.

ANNIA QVAESTIO XXXVI.

QVAERIS quæ & quot sint illa nomina quæ in
octauis paschæ ferme quinq; iã annis superioribus
cum Rabi Samuele & duobus aliis Talmudistis cõ
ferebam. Responsio. Quæ et quot simul difficile
essent memoratu, nisi forte successiue conferendo et
scribendo in memoriam redirent. Quorum vero D
memini sunt in primis quæ de oppidis Coriti re-
gis Turrenæ sedis, nunc vt supra ostendimus Viter
bi, spectabant, vt Corit Nyenta, Cortilianum, Cor
tenebra, Cort Nossa, & eiuscemodi, quæ adhuc
apud nos manent memoriæ Coriti. Item quid sibi
volunt ista, Ry Gomerius, Ry Osiris, Ry Atlaus,
Ry Ianus. Et inscriptione sub statua Cybelis Ry
Sipib. Item Mon et Mont, vt Mont Arune, Mont

A æranо, Mon Dyrimano, Mon Taliano, & eiuſcemodi multa. Nam cum Coritus ante Dardaniam conditam fuerit, quando non erat Latina vel Græca lingua, patet ad linguam Arameam & Ægyptiam, qua inuenitur vſa Etruria, recurrendum eſſe. Itaq; ſic interpretati ſunt omnia hæc vocabula, Kat Enakim, eſt congregatio gigantiũ. Etiam vt aiunt, apud Hebræos ſunt Kat Enaci, à nobis amnes dicti. Item Lurkij ſunt lingua Ægyptia vetuſta, gigantes comeſtores hominum. Apud nos domicilium Leſtrigonum iam deletũ, dicitur Lurkij. Rurſus apud

Kat Enakim.
Min. Mon. Mont.

B Ægyptios Min eſt vrbs. Mon vero municipiũ paruum, Mont vero vicus & colonia. Vnde & chemmin, Panos vrbem Diodorus interpretatur in. 1. libro. Ergo Mon Talianum, municipium Italianum dicimus. Nam i primam ſyllabam truncamus, vt q. XIIII. diximus. Sunt apud nos duo Mon Taliani. Item mont Arune vicus vel coloniæ camillariæ ſunt, quas Aruntes veteres vocant authores. Ry ſignificat apud Arameos ducem & regem, vbicunq; ponitur. Noſſa apud Arameos ſignificat locum ad

Ry.
Noſſa.

C auguria capiẽda aptum. Beatus vero Hieronymus interpretatur forte augurium, libro de interpretationibus. Hinc per ſyncopam de more Tuſco Cort Noſſa eſt Coriti locus auguſtus, in agro Etruſco iuxta Volſinienſem lacum. Illud deleuerunt Romani, cum ipſi vicino oppido Cort Enebradum excurrẽtes agrum eis iunctum Tarquinicẽſem, etiam ex improuiſo hæc duo oppida diruerunt, vt Liuius meminit. VI. lib ab vrbe condita. Non tamen ſunt Tarquinienſium, ſed Etruſcorum, vt ibidem dicit. En eſt munitiuncula parua vel oppidulum vt aiunt. En

En.
Enta.

D ta vero fortes & validani. Eber tranſitum ſignificare dicunt. Ergo Cort Enebra eſt coriti munitiũcula parua in trãſitu. Et quidẽ Etruſci Cort Noſſam nunquã reædificauerunt, ſed cort enebrã, quæ adhuc munitiunculam fuiſſe apparet, & à formicis deleta caſtrum formicarum vulgo dicitur. Sæpe enim etiam magnæ vrbes à munitis animãtibus deletæ ſunt, vt

Eber.
Formicæ oppidũ deleuerunt.

author

author est Plin. in. VIII. naturalis historię. cap. XXVII. Est autem non procul Cort Nossa, vt etiam significat Liuius loco supradicto. Porro Lyanū vt aiunt, rupem scissam significat. Cui etiam congruit interpretatio Papiæ, & Rabani qui vocabula Barbara non indocte exponunt. Est igitur Corti Lyanū rupes abscissa Coriti, quæ adhuc cum nomine perseuerat & paucis vestigiis, iuxta vadum Tuscaniensem & Musarnā vrbē. Item dicebant apud veteres Arameos distare inter Ny et No, quia Ny montē, et No fama pręclarum significat. Hinc Arno, est leo fama inclytus Hercules, & Corit Nyenta est Coriti mons & munitum oppidum, olim caput Lydorum agrestium. Hinc in Lyguria Entella arx munita erat & forte oppidum. Hic Coriti mōs & oppidū sæpe ab authoribus celebratur. Vnde super Æneida Seruius sępe ait Coritū fuisse regē Thusciæ. Et itē Coritū esse montē & oppidū in Tuscia. Est enim in iugo Cyminio alto, inter Capenam & ipsum nomen Cyminiū, & sunt vestigia arcis cum nomine vetustissimo Etrusco Corit Nyenta, id est Latine, quod Seruius ait, Coritus mons arce munitus & oppido

A

B *Arno.*

C

ANNIA QVAESTIO XXXVII.

QVAERIS quid sibi velint quidam iuniores qui extremas Coriti vrbes dicūt esse Cortonam, quam putant dictam à Corito coritonam, & per syncopā cortonam, & rursus coritum montem esse Cornuetum maritimū. Responsio. Vtiq; id sibi volunt isti, quod & Græci Samothraces, qui dicūt Dardanum conditorem Dardaniæ fuisse Samothracem. Ac propterea, quia sine certo authore & ratione atq; argumento historico, per opinionem quandam Barbaram loquuntur, vtiq; eadem facilitate contemnuntur qua proferunt iuxta regulam beati Hieronymi. Quin etiam & falsiloqui comprobantur. Nam ante Cæsares Romanos nō à vetusto Corito Cortona, sed Crotona mediterranea dicta erat, & tempore cæsarum positis coloniis Romanis dicta est Cortona, vt expresse asserit Dionysius Halicarn. in primo

D

Crotona. *Cortona.*

A libro, qui eo tēpore Romę fuerat. Non igitur á Corito Cortona dicta est, quæ id nomen sortita est á Romanis post obitum Coriti annis mille trecentis et amplius. Itaq; cū Virgilius dixit: Extremas Coriti penetrauit ad vrbes, Lydorumq; manum collectos armat agrestes, non intellexit Cortonam quæ hoc nomen nondum tenebat, sed Turrenam sedem Coriti, de qua supra dixit: Hinc illum Coriti Turrena sede profectum, vbi adhuc extant vestigia Lydorum agrestium et arcium municionumq; cum no-

B minibus Coriti. Qui verò Cornuetum existimant montem Coritum, etiam erronei probantur. Nam vbi Latina lingua est mons Coritus et oppidum, ibi Etrusca Corit Nyenta, vt locus ab interpretatione conuincit. Porro Corit Nyenta est in iugo Cy-

Coritus. Corit Nyenta. minio, et Volturreno regio, vt cernimus. Quare ibi est quærendum oppidum et mons Coritus et non ad mare. Similiter ab interpretatione Cor Nueti, quod vulgo Etrusco Cornetū profertur. Est enim Nuetum Etrusco & Arameo vocabulo teste Samu-

C ele nostro, id quod grauis aëris siue Grauiscū apud latinos. Quod etiā probatur inscriptione apud eos Etrusca, quę ait eos dictos Nuetinos á vicino fluento Grauisco, & aquis grauiscis. Porro mons Coritus, á Grauiscis vrbe distinguitur. Præterea in descriptione eorum dicitur quòd Nuetum dictū est, non Cor Nuetum. Quare non á Corito. Cor appositum est, sed á Latinis qui nouum castrum adiicientes veteribus Grauiscis, ab insigni Corno arbore Nuetum, Cor Nuetum dixerunt, quia Etrusci ab

Sutrium. insigni sæpe vrbes appellauerūt, vt Sutrium, á Suto

D & tribus .i. frumento triplicato Sutriū dixerūt. Est

Phescem. enim illorum insigne spica triplex. Similiter phescem, armatum equitem Aramee significat, vt Rabi Samuel exposuit. Ergo Phescennium nunc Ciuita castellana, phescennium ante dictum fuit ab insigni armato equite quem habet, cui videtur alludere Virg. in. 8. Æne. ibi: Hi Phescēninas acies æquosq; Phaliscos: Hi Soractis habēt arces, Flauiniaq; arua:

Et

Et cymini cum monte lacum lucosq; capenos. Hoc enim loco Virgilius Veientanæ Ciscyminiæ gentem populosq; commemorat, quibus præfuit Mesapus equorum domitor simul, & maritimus classis Thuscæ princeps, & ob id dictus Neptumnia proles. Quòd si quosdã expositores leges, inuenies ęqui uocatione captos, nihil de chorographia præcipuè Thusciæ cognouisse. Nam quidam lucos capenos putant dictos, qui circa Capenam Auẽrini Romæ essent, cum Capenates in Veientana Ciscyminia sint. Alij flauiana arua in Campania esse putauerũt, cum ad ætatem nostrã, circa Tyberis arua, in Veiente Flauianũ oppidum perseueret. Similiter alij dicũt Phescenniũ esse in Cãpania & non in Ciscyminia Thuscia, cum Plinius in tertio naturalis histor. capitulo sexto. Phescennium in Thuscia etiam enumeret. Sunt qui dicant & Soracte esse montem Arpinatum campaniæ, cum Acron & omnes Soracte montem Phaliscorum asserant, & experientia doceat. Legimus & quendam super vitam Othonis in Suetonio, dicentem se mirari cur Suetonius dicat Ferentinum Othonis oppidum esse in Etruria, cum sit in Campania, quasi Plinius insanierit, qui supradicto capitulo Ferentinum ponit etiam in Etruria. Ergo nihil de his miror, qui & si aliàs eruditissimi, tamen sæpissime capiuntur captiuncula æquiuocationis, quia de Topographia nihil intelligũt, & præcipuè Thusca. Igitur Cornuetũ, Sutriũ, Phescenniũ Thuscię oppida ab insigni nomen habẽt, sicut & Luna, Nepe, Perusia, Vetuletũ & eiusmodi. Vnde & Martialis, Caseus (inquit) *Etruscæ* signatus imagine Lunę. Et Nepe est noxium animal teste Festo, quod & illis est insigne, sicut & Perus, id est, Gripho Perusiæ, vt quæstione octaua dictum est. Et Vela est insigne Vetuleti simul & Veiuzi Labyrinthi, vt vidimus. Vnde Vetuletum quasi curule vetustum dicitur.

A B *Flauianum* *Phescenniũ* *Soracte.* C *Nepe.* D

ANNIA QVAESTIO XXXVIII.

QVAERIS quo pacto dixerim quosdam ita erare

A rare de Cortone ac Cornueti origine, sicut Samothraces Græci de filio Coriti Dardano & origine Dardaniæ. Responsio. Etiam græcos assero de Dardano & origine Dardaniæ, æque ac istos errare, & capi tũ æquiuocatione tũ tempore. Primo quidem decipiuntur æquiuocatione, quia vnos fuisse putãt qui fuerunt plures, Dardani, Iasij, Cybeles, & Cadmi atq; Armoniæ. Fuere enim vltimi Iasius, Cybeles, Dardanus, Armonia, & Cadmus Samothraces Græci, qui bellicosas nuptias celebrauerunt, minus centum annis ante Troianum excidium, quasi tempore Laumedontis patris Priami. Bellicosæ autem fuerunt, quia Cadmus iunior qui literas in Græciã (vt aiunt) attulit, postposita prisca vxore Armoniam sororem Iasij ducens, passus est certamẽ à prisca vxore ob zelotypiam Armoniæ, vt referunt Spinga, Palephatus, Xenophon in æquiuocis, & Archilochus in Epitome temporum. Fuit alia Cybeles phryga pauló ante istam meretrix, quæ puella primũ prostituta à quodam Atu, inde à Marsia concive suo, cum quo fugiens in Nysam ad Dionysiũ ab Apolline etiam cognita fuit, vt Diodorus ad longũ narrat. Dionysius autem Nysam condidit, vt notat Eusebius de tẽporibus, ferme annis .LXX. ante dictas nuptias bellicosas. Vnde hæ duæ Cybeles scilicet Phryx & Samothressa, longe post conditam Dardaniam fuerunt. At ante Troiam conditã tres aliæ fuerũt. Prima oĩm ante Ninũ fuit Vesta Iani vxor, vt Berosus indicat, cui proprium nomen, vt idẽ ait, & Diod. in IIII. lib. confirmat, fuit Titea magna deorum mater. Cognomina huic fuerunt tria. Primum terra. Vnde quidam è terra orti referuntur ab historicis in primo ortu generis humani, quæ res etiam multos priscos decepit philosophos, existimantes primos homines è terra, id est, putrefactione ortos, vt narrat Diodorus in primo libro. Secundum veró cognomen ab ignis sacrificij custodia Vesta Aramea origine magis quàm græca. Tertium cognomen, à præsidentia religionis & sacrorũ dicta Cybeles,

Plures Dardani. Iasij. Cybeles. Cadmi. Armoniæ.

B

Cybeles multæ.

C

D

beles, phœnico & Arameo vocabulo. Est enim Cybeles mater siue antistes & regina sacrorum. Vnde Etrusci cybelizare pro sacrare dicebant, vt patet in descriptione cognitionis Grauiscarum, de qua cum alijs titulis inuentis Etruscis diximus. Hæc igitur prima Cybeles magna. Secũda fuit regina filia eius, quæ idcirco magna mater dicta fuit, quia in gratiã matris educauit Titanas á Titea matre nominatos vt author est Diodorus in .IIII. lib. Fuit & Etrusca Cybeles, cui teste historia Latina, & subscriptione statuæ eius, atq; Beroso, pater fuit dux Sypus, nomẽ proprium Tyle, vrbs Veiuza, prædia cybelaria, maritus Iasius filius Coriti, socrus Electra Atlantis Itali filia, cognati verò Dardanus & Armonia vestalis, vt patet, vittata sacerdos, & non nupta vti Samothrax, cuius nuptiæ astante Iside Ægyptia celebratæ fuerunt Viterbi Veiuza vrbe. Et Samothracia, & Dionysius, & eum sequuti mendaces reperiuntur in historia. Dicunt enim, vt etiam Diodorus in sexto refert, quòd mortuo Iasio Samothrace post nuptias Armoniæ frater eius Dardanus cum cognata Cybele profecti sunt in Phrygiam, & condiderunt Dardaniam. O præclarum & impudens mendacium. Nam vt notat Eusebius de temporibus, & Spinga, Palephatus, ac Xenophon contestãtur, & Archilochus astipulatur, super quos etiam commentaria confecimus, Dardania condita erat ante nuptias Armoniæ Samothracis, ducentis annis & amplius, & iam concesserant naturæ quatuor primi Dardaniæ reges Dardanus, Erichthonius, Tros, Ilus. Non igitur Dardanus & Cybeles Samothrax condidere Dardaniã quæ plusq̃ ducentis annis condita fuerat á Thusco Dardano, quem teste Virgilio in .VII. Arunta vetus historia Thusca fert natum in his agris Turrenæ regiæ Coriti. Et ab ea profectus in Samothraciam inde in Phrygiam condidisse Dardaniam. Iure ergo dixi Græcos de Dardano filio Coriti, & origine Dardaniæ decipi falliq; tempore, vt dixi, & æquiuocatione nominum

Dardani

Cybele & eius genus.

Dardania.

A Dardani Cybelis & huiusmodi. Nam vnos solos suos fuisse, vt pueri existimant, quos ante fuerunt alij, à quibus furati magis quàm mutuati fuerunt historias, vt de Hercule, Atlante, & alijs fecerunt, & Herodotus in secundo libro asserit.

ANNIA QVAESTIO XXXIX.

Isidis aduētus in Italiam. QVAERIS Qui anthores sint, qui tradant venisse in Italiam Isidem Ægyptiā, quam dicūt Cererem legiferam, frugiferam, sororem Osiridis, & qui sint qui explanent, vnde venit, vbi primum appli-B cuit, vbi primùm panes confecit. Responsio. Plinius in. VII. naturalis historiæ sic dicit capitulo vltimo. *Ceres.* Ceres frumenta inuenit, cum antea glande vescerentur. Eadem docuit molere & panes conficere, in Attica, Italia, & Sicilia, & ob id dea iudicata, & eadem prima leges dedit. Ergo venit in Italiam & docuit frumentariam, molendinariam, & panificā, cum ante glande vescerentur. Vnde verò venerit, et vbi primum in Italiam appulerit, certum est in hi-C storia Latina, quòd ab Ægypti parte Marmarica et Libyca, vbi docuerat, in Tyberim adnauigauit, & primum Romæ in vico Thusco in continentē descendit, quæ loca tunc pascua bobus erant. Vnde Festus. Argeus inquit campus dictus est Libyssus, qa Ceres illo primum fruges è Libya aduexit. Vnde *Libyssus campus.* & Libyssus campus dictus est, & ipsa Libyssa. Sane vt ait Fabius Pictor, vicus Thuscus Romæ antea campus Argeus ab Argiuis principibus, sed pri-D us Libyssus dictus erat. Quærendum est item, quo tempore ab Italia in Ægyptum rediens, fuerit Isis, id est, dea Ceres habita, vt Plinius asserit. Et respō dent tres authores Plinio, videlicet Berosus in quinto antiquitatum, Palephatus, & Eusebius de tem-*Io.* poribus primi Cecropis, quòd Io iudicata fuit Isis id est dea Iuno & Ceres, anno trigesimosexto quā Dardanus conderet Dardaniam. Vnde etiam secundum Eusebium, alios probatiores afferentem, Io profecta est in Ægyptum, & dea Isis iudicio omniū probata, anno. XLIII. Cecropis, à quo ad Dardaniam

conditam

conditam sex & triginta numerat annos. Regnabat A
ergo Iasius in Italia frater Dardani, nondum à Dardano peremptus. Quod etiã Berosus vidit dicẽs in v. libro Iasium simul cum Cecrope cœpisse Italiæ imperare. Quare. XLIII. anno Iasij simul & Cecropis rediit Isis in Ægyptum, postquam à Libya venit in Italiam & Tyberinum campum, ab eius aduentu Libyssum dictum. Vbi verò panes confecerit, et obtulerit, etiam ipsi mendaces Græci nedum latina testimonia, asserunt, et dicunt, quòd primos in nuptijs panes obtulit in gratiam Iasij. B

Iasius.

ANNIA QVAESTIO XL.

SATIS aperte omnes concedunt Isidem venisse ab finitima Ægypto Libya in Libyssum Latij campum, & interfuisse nuptijs Iasij & Cybelis, vti etiã veracissimus Berosus Chaldæus exprimit. Sed vbi habes, quòd hos primos panes Viterbi confecerit? Responsio. Habeo ab historia, cognomine, titulo, inscriptione, & eiuscemodi argumentis. Nam rex Iasius vtiq; in regia sede regias celebrauit nuptias, quæ patris Coriti Turrena sedes erat. Hęc aũt olim C
regia Turrena nunc est Viterbum, vt inexpugnabiliter ex superioribus patet. Viterbi igitur primi panes ab Iside confecti sunt. Item Vetuloniæ celebrauit Iasius nuptias & panes obtulit primos Isis, vt in v. antiquitatum Berosus asserit. Porrò vt probant superiores quæstiones, Vetulonia est Viterbum. Rursus Libyssa loca in Italia dicta sunt, vbi primum constitit Ceres, vt ex dictis authorum elicitur. At Romæ constitit primum in campo Libysso, tunc nullo ibi rege, aut vrbe regia existente. Quare si circa Vetuloniam Libyssa regio est, vtiq; vt D
in regia vrbe Iasij morata est. Est autem regio Libyssilla quam lapis excisus Libyscillam profert. Quare ipsa Libyssa Ceres, Vetuloniæ regiæ quæ nunc Viterbum est, primos panes obtulit. Rursus à subscriptione statuæ Cybelis, quæ omni authore & historia certior est, ita probatur. Veiuzum oppidum Viterbum est vt ex superioribus patet. Porrò sub-

Isis Viterbi panes primos confecit.

A subscriptio, ita dicit. *Veiuzo* hospita Isis hospitata est epulatrix, in domo Tyles nouæ sponsæ ducisq; Sypi, anno ætatis eius. xv. *Ergo Viterbi* epulo nuptiali constitit, & panes obtulit. Sunt etiam argumēto Sypalis *Vetuloniæ* regio à Sypo patre Cybelis dicta, & prædia eius adhuc Cybelaria dicta, & Iasinellæ thermæ, & Cybelarium excisum marmor, vbi hæc ad sententiam scribuntur. Iam longe ante Coriti cum Electra filia Atlantis Itali nuptiæ exactæ fuerant, cum Isis maxima frumentaria panifica
B concessit ad nuptias Iasij & Cybelis in agrum fontemq; Cybelarium, vbi regia Cybelis erat. Quare pluribus diebus celebratæ sunt nuptiæ, cùm cœptę in *Veiuza* vrbe finitæ sint in Cybelis prædio, vbi tunc eorum sacræ statuæ de more ad memoriam suę fossæ, nuper astante Sanctissimo Pont. Max. Alexandro. VI. cum tota curia inuentæ indicio Leporis, effossæ sint, & iterato in Veiuzum palatium translatæ ad memoriam.

Statuæ inuentæ.

C

CL. MARII ARETII

VIRI PATRICII SYRACVSANI, DE SITV *insulæ Siciliæ, Libellus.*

SItum insulæ Siciliæ scripturus, oppidorum, ac ciuitatum, quæ à Sicanis, & Siculis primis conditoribus constructæ, licet cæteras antiquitate præcedant, eo quod aliquid haud re-
D peritur monimenti, nullus enim illis scribendi vsus, quo rerum gestarum memoria superesset, nullam faciam mentionem, verum de expulsione, eorumq; successoribus, Polybium, Thucydidem, & Strabonem imitatus, qui hoc ordine, de Sicilia plura memoriæ commendarunt. Sicilia insula Scylleo freto, Siculo pelago, Africa etiam, ac Tyrrheno clauditur. *Eius* tria promontoria, quibus Trinacria, & Triquetra appellata. Pelorus vnum, ad Ita-

ad Italiam,& aquilonem vergens, contra Scyllam, A decem miliaribus ab Messana distat, à Peloro Annibalis nauis gubernatore,nomen,sortitum,qui eò de latus dum inuium pelagus, seseq́ delusum putaret, illum interfecisse fertur. Est in promontorio turris recens,non quod maris defendat angustias,sed procul venientibus, quà transeant, vadum ostendat. Scylla scopulus in continenti, vbi oppidum Scyglum, Scyllæum à Plinio appellatum. Charybdis vorticosum mare,Galofarus quasi Calofaros,à nostris nuncupatum. Ibi enim faces noctu accenduntur,nautis portum petentibus signum. B Vorticibus terra ipsa,qua Messanæ portus,efficitur (brachium sancti Raineri hodie) resistit. Vtrunque nauigiis exitio. Mulieres has,& meretrices fingunt,in monstra, canesq́ marinos versas, quorum audiri latratus, ac morsibus attrahi naues. Alteri Pachynus ab aëris crassitudine nomen, nunc Caput Passarum, à Pachyno ipso deductum nomen(omne promontorium caput nautæ vocant). Cuius duo sunt, ad ortum vnum,alterum quod ad austrum spectat. C Pachyni inter vtrunq́ portus. Ad meridiem Odyssiam,siue Vlyssiam Ptolemæus collocat. Cicero Odyssæ portum, nos portum de Palis vocamus. Tertium est Lilybæum, Africæ & Libyæ oppositum,à puteo, cui nomen tunc Libybæo,nostra ætate Caput Boei,pro Libybæi,dicunt, centum miliaria non amplius, à Mercurij promontorio, haud longe à Carthagine ad orientem, quod hodie Caput Bonum nominant, remotum. Strabo licet, & cum eo Plinius, aliter sentiant. Memoriæ proditum,quendam è specula prospicientem naues Carthaginis portu egredie͂tes Libyberanis renu͂tiasse. D Strabo à Peloro ad Cumas tractu͂ esse igneu͂ tradit. Trinacria igitur sub quarto sita climate, vt continens primum,ita maris dein auulsa impetu, insula facta:ac in valles tris à nostris discreta,singulæ singulum adsignantibus promontorium. Nemorum vna, quorum plena, quæ Pelorum complectitur.

Altera

A Altera Nothi vallis frumentarijs tum campis, tum nemoribus læta, pecorumq; fœcunda Pachynū continet. Tertia Mazaræ frugiferarum arborum prope impatiens, messibus armentisq; abundans, Lilybæum sibi vendicauit promontorium. Ambitus haud indiligenter facta mensione, sexcentis ac sexdecim miliaribus definitur. A Peloro ad Pachynum centum quinquaginta. Hinc ducentis & quatuor ad Lilybæum. Rursum ad Pelorum ducentis sexaginta duobus. Fretum, quo á continenti diuisa, quodue su-
B per nantem bouem Herculem transijsse in fabulis scripsit Diodorus, tribus ferè millibus passuum, á turri quam supra diximus, ad scopulum Scyllæ, cōtinetur. Latera duo concaua, tertium autem á Lilybæo ad Pelorum proueniens, quod cæteris est maius, curuum. Prima omnium Romanorum prouincia Sicilia, ac cella penuaria, Romanæq; plebis nutrix. Populi omnes, præter paucos qui paruos vicos habitant, & in Valle Mazaræ potissimum, Græco adhuc sermone vtentes, lingua, moribus & insti-
C tutis hodie non differunt, apud veteres suæ cuiusq; ciuitatis legibus agebātur. Verum qui primū eam incoluissent, nemini compertum. Cyclopes ipsos (Hi fabricam ferream, vt author est Plinius, inuenerunt) & Lestrigones indigenas tradunt, minimeq; aliarum gentium aduentibus, & hospitijs mixtos, Ætnam, eiusq; campos habitasse. Omnes enim qui successere, classibus aduectos, multi probant, horum autem nulla memoria, liber nullus est, qui dodoceat originem, nisi quòd his monstris Siciliam
D detentam crudelissimis, carnemq; edentibus humanam, memorant. Cyclopes á rotundo oculo, á latrocinijs dicti sunt Lestrigones, Eorum cāpi vt apud Strabonem legimus, inter Catinam & Leontinum á Pelago surgentes. Post hos Æolum, atq; Oenopionem Orionis patrem, in Sicilia regnasse, pariter & Italum, de cuius nomine Italiam dici, fabulosis prædicant narrationibus. At Sicanos (quorum rex Sicanus, Cereris coniunx) Hispaniæ citerioris populos

(ij Si-

(q Sicorim amnem, à quo nominantur, nunc Sergã, iuxta Ilerdam tenent) suis sedibus extorres, inq; Siciliam appulsos, terram aspectu pulchram, salubrẽ cœlo, felicem ac cultu fœcundam, primos omnium inhabitasse constat, eamq; potissimum partem quæ ad occasum pertinet, nomenq; illi Sicaniæ indidisse. Item Troianorum multi post captam Troiam, vbi nauibus illuc profugi deuenere, dictiq; *Elymi*, loca iuxta Sicanorum fines, nullis positis ædificijs insidentes, Erycem & Egestam statuêre ciuitates. Phocenses quibus accessere, Libyam primũ, mox in Siciliam delati. Eryx in montis vertice (montem Sancti Iuliani hodie vocant) Drepanum prospiciẽtis per id tempus ab Troianis, qui Ilio euerso in Sicilia suas fixerunt sedes, conditur. Fabulæ ab Eryce *V*eneris filio conditore, qui ibi fanum, quod toto ferè orbe veneratione, ac mulierum frequentia notissimum fuit, faciendum, matriq; dicandum curasset, eam dici fingunt. Fani ædificium Romam ante portam Collinam transuectum, vocatumq; Veneris Erucinæ templum, porta à sale hodie Salaria nominatur. Horum quoq; Egesta, siue Segesta Troianorum ædificium, sicuti Eryx, & quod à comitibus Amphilochtere erectum, fabulosum puto, Ciceronis accedens opinioni qui in Verrem, Segestam peruetus oppidum, Æneam à Troia fugientem, atq; in hæc loca venientem condidisse, ait. Quod cum maritimum, nec procul ab Eryce ad mare Tyrrhenum, Diodorus & Thucydides collocassent, id esse credimus, quod dirutum penitus, Conterrana vocitatur. Ad leuam hodie diui Viti fanũ in scopulo quotidianis miraculis insigne. Quo mortales confugiunt, canum rabiosorum morsibus accepto vulnere, mortis periculum euasuri. In dextro littore Segestanorum celebre emporium, quod Strabo triginta à Panhormo miliaribus disiunxit, falcato sinu inflectitur: Castrum ad mare de Gulfo hodie vocatum. Erat Segeste ex ære simulachrum Dianæ, tum summa atq; antiquissima præditũ reli-

A gione, tum ſingulari opere artificioq; perfectum. Cuius in baſi P. Scipinis Africani nomen incisum, virtutis & victoriæ monumentum. Quod dum C. Varris miniſtris exportaretur, Segeſtanas matronas & virgines omnes magno cum luctu & gemitu, multis cum lachrymis & lamentationibus conueniſſe conſtat, thure odoribusq; incenſis vſque ad agri fines proſecutas eſſe. Æmilio Senſorino Segeſtanorum tyranno Aruntius quidam, Paterculus nomine, equum ex ære factum, in quo cruciandi inclu-
B derentur, obtulit, qui ab ipſo tyranno in æreum inieсtus equum, periјt: hæc Plutarchus in Paralelis apud Ariſtidem ſe legiſſe ait. Iuxta emporium de quo diximus, fluuius in proximum Tyrrhenũ mare effunditur: quo riuus calidus prope oppidum ruinis affectum, Calatamet nunc dictũ, vbi thermæ ſunt hauritur. Fluuium Bethim, oppidum Scheram antiquitus appellari coniectura docet. Calataſimis ſupra fluuium ad orientem oppidum, recens nomen, vt reor. Quo haud procul Cereris templum,
C cui ſtantibus columnis, parietes omnes deſiderãtur, Sererisq; nomen hodie. Mons Bonifati (vulgò Bonifacij) oppido imminet, in vertice vrbs eſt diruta, quæ an ſit Aceſta, Aceſtienſes ſiquidem populos Caius Plinius citat, dicere quis poſſet? Quis Alcamenis vicinum oppidum, condiderit, niſi velimus ab Alcamo Thrace, qui vt Dares Phrygius ſcripſit, Priamo auxilio venerat, conditum, incertum omnino eſt. Nec de Corilione, ſeu Coniglone, atq; Partanna oppidis, niſi pars Ennæ, quaſi ſtatutum
D eſſet ab Ennenſibus ſit legendum, aliqua ſit coniectura. Aliquot deinde poſt annis Siculi, qui Latium inſederũt, duce Siculo, quum domi potentes eſſent, virtute ac militari diſciplina cæteris omnibus præſtarent, ferti cum manu in Siciliam traiecere, pro certo habentes facile fore totius inſulæ imperio potiri. Dionyſius tamẽ Halicarnaſſeus fugam his cauſam aduentus fuiſſe autumat. Qui quibus prælijs, quóue labore voti compotes, nec vnquam memini

me

me legere: omnes enim quorum de Sicilia aliquid A
ſcripti relictum eſt, à Siculis Siciliam occupatam
Sicanis prælio victis, atque ad eam miſſis partem,
quæ ad meridiem & occaſum pertinet, eorumq́; an-
te Græcorum aduentum annis propè trecentis fuiſ-
ſe, proq́; Sicania Siciliam appellaſſe, tantum protu-
lerunt. Siculos eam plagam mediterraneam vbi Cē
turipis eſt (Trinacrini quibus vicini, & genere co-
gnati) occupantes, quamuis ob temporum homi-
numq́; ignauiam, quæ & quando omnes (vt ante
dictum) lateat, oppida tamen, & vrbes ſtatuiſſe, B
veriſſimo conſtat argumento. Nam à ſucceſſoribus
non condita quidem, ſed his pulſis eorum oppida
detenta, Polybius & Thucydides teſtimonio
ſunt. Græci poſtmodum nauibus profecti, omiſſa
protinus deinde nauigatione, vt iidem autores ſcri-
pſere, Motiam, Soloentem, & Panhormum vrbes
Elymorum finitimas conſtruunt, eorum freti ſocie-
tate. Igitur Motia ab his conditur, quæ vbi loci
fuerit argumento, & coniectura vtentibus, tan-
tummodo conſtat. Porrò inter Pachynum & Li- C
lybæum parum à mari diſtat Modica, Motucam
quod Ptolemæus vocat, oppidum noſtra ætate
haud quidem ignobile. Item alterum in media fe-
re Sicilia euerſum penitus, hodie Moxinis, quorum
neutrum, quum Diodorus libro. 13. Motiam nec à
mari, nec à Panhormo multum ſeiunxiſſet, ſinumq́;
dixiſſet habere maritimum, & Thucydides Elymis
finitimum ſtatuiſſet. Motiam eſſe arbitramur, ſed
tumulum, qui nec procul eſt à Panhormo occaſum
verſus, quem Mundellū dicunt. Sunt etenim haud D
procul ruinæ in prædio (Feudū recentiores vocāt)
cui Capacis nomen. Soloenti iiſdem erectæ vrbi, vt
autor eſt Thucydides, quæ Panhormum haud mul
tum refugit ad orientem (Solanū noſtri vocant) præ
ter turrim ad nauium factam commoditatem: quæ
vt frumēto onerentur, in ea conueniūt loca, domus
nonnullæ ſunt. Sunt quoq́; pauca veſtigia in montis
cacumine, montem Catalfarum nominant. In eius

A mari thynnorum ingens captura. Eius campi Eleu-
thero fluuio, vbi pons ruptus (sic eum vocant) ad
dexteram iacētes infunduntur. Vrbem Panhormū
ab eis conditam supra dictum est, cuius ea tantum-
modo pars est, qui Cassarus dicitur. Noua deinde il
li addita fuit, qua vetus à maris littore diuisa, Nea-
polis nomine, vt Polybius est autor. Felix in præ-
sens vrbs, omniumq; maxima Siciliensiū, in amœna
ac fœcunda valle sita, ad septentrionē spectat, pela-
goq; abluitur Tyrrheno, muris septa perquàm altis,
B quod opus est Federici regis: Plures quibus cæmen
ticios aggeres latis fossis cinctos augmēto ac ciuiū
securitati in præsentiarum addunt. Secundum mare
arx est, quæ nostra tēpestate amplificata, quod Ca-
strū ad mare nominant. Huius arcis præfectus ho-
die Hieronymus Fuxa Panhormita, homo patrici-
us, qui dies octo æstiuo tēpore agit sine potu. Tres
itē antiquæ ciuitatis portæ, & veteres muri multis
cū turribus lapide quadrato constructi, & nunc ma
nent. Patitillorū vna, vbi lapides literis inscripti,
C quibus Noæ tempore fuisse Panhormū planè con-
stat: Obscura altera nominata. Tertia est quæ Bos-
uemis porta ab ipsis nuncupatur, ad eam vergens
vrbis regionē, quam Brigariā, Vulgariā antiquitus
vocant. Supra murum ad occidentem Rogerius co
mes Tancredi filius, victis Pœnis Turrim Rube-
am, quam vocant, faciendam curauit: Alteram Chi
rimbrim nomine, Vilielmus Rex, cognomēto Ma
lus: Tertiam demū (Turrim Pisanam hanc vocāt)
qua palatiū perfectum, Vilielmus filius quē Bonum
D appellarunt. Intus sacellū marmoreum ædificium to
tum, diuo Petro dicatū, pulcherrimum & religio-
sum, cuius parietes Porphyrite Pariòq; marmore,
vermiculatis ad hominū, & animaliū effigies cru-
stis, punctisq; aureis vestiti, pauimentumq; stru-
ctum. Ibi subterraneus carcer, quò primariæ nōnul-
læ mulieres anno millesimo post Christum ducen-
tesimo quadragesimosecūdo, Mense Martio, quòd
plurimi reguli tumultum fecerant, ab Federico Im-

peratore

peratore conjectæ, nec vnquam deinde visæ, quæ antiquo vulgi prouerbio, Donnæ quæ male venerunt, vocatæ sunt. Ducentos post atque nonaginta quinque ferè annos, quum locum fabricandi gratia homines confoderent, tria earum cadauera nulla putredine vitiata, integris cum vestibus, sericisque Calanticis inuenta sunt. Templum quoque est ingens Panhormi, exteriores parietes multo pulcherrimi, à Gualterio Archiepiscopo Vilielmi regis adfine dedicatum: Ibique quatuor sunt ex Porphirio marmore sepulchra, opus sanè cũctis spectabile, Siciliæ reges in quibus sepultos aiũt, quorum medium locũ tenet marmoreum quoddam, vbi Constantia regina condita. Sacellum item diuæ Christianæ parietibus marmoreis, atque auratis laquearijs extrũctũ. Ipso in templo cautum est in statutis, ne priuatorũ quisquam sepeliatur. Regibus namque duntaxat & Episcopis concessum. Propè est ad orientem fermè celebre Hospitale, nec multum ante patrum nostrorum memoriam ædificatum. Cuius ministris curandi ægros, atque infantes alendi, quos vel paupertas, vel mulierum verecundia clàm exposuerit, maxima cura. Altera parte est locus, quod Toccum appellatur, vbi aut vetere consuetudine, aut regia gratia aureas coronas reges accipere consuescere, ipsi Panhormitæ euulgant, adducuntque illos, qui ibi regio diademate donati, Rogerium, vtrunque Vilielmũ, Tancredum, Henricum Imperatorem Cæsarem, Federicum filium, Manfridum, & Petrum Aragonum regem. Insignis erat Panhormi regia ab Andrea Claramonte, tempore quo plures reguli à regia fide defecere, ipsius defectionis autore, extructa (Sterium tum vocarunt) quæ nostra ætate in mercium horreum, Doanam hodie appellant, vbi portitores ad regis vectigalia exigenda disponuntur, mutata est. Curia item est prætoria, vbi duę statuæ ex marmore antiquissimæ, nec cui quidem dicatæ, scire possumus, sunt enim nudæ, atque alterãm manum mortalium incuria mutilæ. Et propè fanum

A vetus, sacrum è marmore, punctisq; aureis, licet ve tustate deletis, factum. Marturanam Panhormitæ vocant, ibi virgines plures Deo perpetuò dicatæ. Auctæ postea ciuitati Tancredus primi Vilielmi spurius pomerium protulit. Et Rogerius Comes ædem, quæ diuo Ioanni sacrata est, eorum hospiti um, qui Elephantia vitiati, trans Oreti amnis hosti um, (flumen Miraglæ Panhormitæ vocant) vbi pons est lapideus insignis, ædificauit. Flumen in Pã hormitana valle oritur, inq; agro Parco nomine.

B Ipsa Panhormi vallis pluribus irrigatur fontibus. Inter Soloëntem & Panhormum fons est, Buccuri nomine, cuius latices emolliẽdi aluum, purgandiq; virtutem habent Et fons Misselemire (vulgò Misil meli) ferè ad orientem in planitie ortus. Et ex rupe multis vndiq; factis scatebris, qui quod stagnum propemodum facit, Mare dulce nominatur. Et iu xtà fons Ambler nomine. Inq; montis regalis radi cibus Sanctæ Dominicæ fons magnus, præter quẽ in ipsis quoq; radicibus duo, maior & minor Ga

C briel, quibus maior est, quem Nixum vocant, quo Zizæ ager infunditur. Ziza Punicum nomẽ. Estq; suburbana domus hortis ac viridarijs amœna. Afroq; more extructa. Sunt pręter hanc duæ, maior & minor Cubba, eodem artificio, eademq; Pœno rum colonia, quibus tum Sicilia occupata, ædifica tæ, habentq; hortos ad omnem vsum fermè & vo luptatem ex omni parte consitos, ac fontium etiam riuulos, loca quippe amœna, & voluptuosa quibusli uis tristissimis prorsus exterminandis curis perquã

D apta. Sunt præterea fontes Baida, Xarabus, Sicchæ ria, Ainisindis. Et iuxta mœnia Chamberlingus versus occidentẽ. Intus quatuor Bonriposus, Guil la, & tertius sine nomine, sub porta obscura in Pilã influens, ac demũ celeberrimus, omniumq; lõgè no tissimus Garrapphus. Panhormi Thynnorũ multi piscantur. Diocles Panhormita cognomento Phi mes, illustris summusq; orator fuit. Antonius Bono nius Panhormita, nobili ortus genere fuit, homo

quidem

quidem bonarũ literarũ valde peritus, Alfonso regi gratissimus. Dulciũ arundinũ, quarũ ex recocto succo fit saccarũ, fertiles in Panhormitano agro fiũt messes. Quod sic faciunt: Principio campũ non multũ à mari remotũ (Pruinæ sed enim messibus officiunt) bene pastinant, inq; pauló eminentiores dispoñũt sulcos. Martio deinde, mense arundinũ dulciũ nodos, qui ad summũ pertinent, folijs librisq; exutos ita conferunt, vt sulcorum latera tribus aut quatuor cũ geminis frustis vno ictu perforentur. Sicq; implent omnes campi sulcos. Irrigatur terra æstate, simul & à luxuria assiduè purgatur. Brumale demũ prope solstitium, radicibus tantũmodo pro altera satione (biennium durat) relictis, franguntur arundines. Quarũ ex maturis dulcissimisq; nodis in minuta incisis frusta, eo artificio, quo oleum, elicitum succum vno ex tribus in hypocausto dispositis aheno purgatur, ac vili percolatur panno. Colati mox succi partẽ (sic enim recoquunt) in alterũ conijciũt ahenũ, & hinc rursus in tertiũ reponunt confestim, verberantq; feruentem, vnde extractum subnigrũ erit saccarum. Idem deniq; itidem semel, iterum & tertium si fuerit recoctum, candidum elegantissimumq; fiet. Altera verò illis ex radicibus messis, nisi mense Maio stercoretur campus, vix emerget. Quatuor miliaria ad occidentem à Pãhormo abest Mons Regalis ciuitas nec in vasto colle sita, quam Vilielmus rex Bonus statuit. Ibiq; nobile templum diuæ Mariæ Dei matri fecit, cuius pars quæ à medio ad altare vsque surgit, albo marmore, Porphyrito, ac Lacedæmonio, guttisq; aureis & lineamentis ad diuersarum rerum imagines quum esset structa, non vlli quidem in toto ferè orbe comparandũ. Vbi ipsius Vilielmi conditoris sepulchrũ. Et hos, qui modò Carinim, Cætariam olim tenuisse non longè à mari situm oppidum existimo. Vltra Panhormum plurimæ gentes agũt. Earum oppida, quæ ad orientem pertinent, Ciminna Soloenti proximum, Caccamus, & multò remotiora Barra- A B C D

A franca, Calataniſſetta, quod à Petrapertia oppido Himeræ amnis vada dirimunt: Bonuicinus noſtra propemodum tempeſtate erectum oppidum. Caſtrum nouum propinquius. Et Vicaris, quod mediterraneum quanquam & Himeræ vicinum Ptolemæus & Thucydides collocaſſent (Hyccaram ipſi vocant) Diodorus tamen ſcribit ab Athenienſibus Hyccaram maritimum vicum expugnatum, Laidemq́ puellā, quæ in Pelopōneſum deinde adducta formoſiſſima meretrix fuit, inter captiuos ca-

B ptam. Et oppidulum, Mezuinſiſus nomine, prope Vicarim ad occidentem. A Panhormo haud longè Fundus (hodie Feudum, à fide dictum) cui Cifala nomen oſtenditur, aquæ vbi calidæ ægrotis admodū ſalubres. Nūc de Græcis dicendum, qui ad Siciliam adpulſi, leges ac viuendi ritus, moresq́ homines docuere. Theocles Athenienſis vento in Siciliā fortè delatus, viſa terræ virtute, & ſolitudine (non enim tota plena id temporis) Athenas reuerſus eſt, atq́ Chalcidenſiū ex Euboēa, Ionūq́ & Dorienſiū,

C Megararium pariter magno numero comparato, illuc rurſus nauigans, Naxū obtinuit, aramq́ Apollini conſecrauit Archegeto, vbi antequam è Sicilia oracula petituri ſoluerent, ſacra facere conſuerant. Vrbe (locū vbi tum erat, Schiſon vocant) poſtea à Dionyſio inferiore tyranno euerſa, Andromachus Timęi hiſtorici pater, homo diues, vt Diodorus tradit in Philippo, Taurū collem propinquum, ijs qui excidio ſupererant, coadunatis inhabitauit, vocauitq́ Tauromenium. Quæ inter Catinam & Meſ-

D ſanam aperto pulſatur mari, & ſole inſpicitur oriente, vbi pars vetuſtiſſimi Amphitreati adhuc extat: Ac duæ ciſternæ, quarum altera ruinoſa, altera duabus cū fornicibus octo quadratis ac cæmētitijs fulcitur columnis (Stagnonem ipſi vocant) cuius longitudo centum ferè, & triginta pedibus, trigintaſex latitudo, ac triginta demum altitudo cōtinetur. Ad dexteram Tauromenius amnis, Vibius ſequeſter eſt autor, nunc Cantaræ fluuius nuncupatus. Ibi

enim pons erat, quem Alcantaram Punici vocant, A Timæus orator & historicus Andromachi, quem suprà nominauimus, fuit filius. Altero post Naxum anno Archias Corinthius, quem ab Hercule traxisse originem aiunt, eam Syracusarum partem, quam insulam vocamus, Nason & Ortygiam nonnulli, pulsis Siculis insedit, eamq; suæ gentis colonia auxit, amplificauitq;. Quicquid autem de Archia & Myscelo scripserit Strabo, fabulis mixtum pro certo habemus. Vrbem igitur Syracusas maximam B pulcherrimamq;, ac triplici septam muro, opibus et viribus potentem fuisse, multi sunt testes. Ea capta prædæ tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum qua viribus æquis certabatur. Et Dionysius tyrannus centum viginti peditum, equitumq; duodecim millium exercitum, ac naues ad quadringentas ex vrbe vna eduxit Syracusis. Quæ cum manu munitissima, tum loci natura erat: & portus adhuc habet duos, qui quum diuersos inter se aditus habeant, in exitu sunt coniuncti, quorum coniunctione insula ipsa disiungitur. Ea tanta C fuit, vt ex quatuor tūc vrbibus cōstaret, quarū vna ea est quā dixi insula, quę duobus illis portubus cincta (magnum & paruum vocant) quæq; impræsentia, cæteris solo adæquatis tantummodo stat. In faucibus portuum, vbi nunc Castrum Marker est, arx erat tyrannorum, Hieronisq; regis domus, qua prætores postea vti solebant, thesauro plena, ac vt Plutarchus ait, armorum copia ita munita, vt hominū septuaginta millia illis armarentur, ibi mea tempestate, & pons lapideus (quo insula ipsa adiungebatur) & obrutum propter temporum iniuriam, ac vr- D bium euersionem, arcis inuentum ædificium, multæq; statuæ, & caput è marmore his literis inscriptum. EXTINCTORI TYRANNICAE. Hanc arcem quia tyrannorum receptaculum, à Timoleone Corinthio deletam, quis restituisset (prætores enim, vt à Cicerone probatur dein vti solebant) mihi haud compertum quidē. Fuit iterum ab Romanis euersa

A & in ruinis castrum Marker, de quo suprà dictum est, erectum. Nec eorum quidem accedo opinionibus & argumentis, qui Labdalum, de quo statim fiet mentio, tyrannorũ fuisse receptaculum adfirmãt. Habitare in ea insula (est enim locus quem vel pauci possunt defendere) M. Marcellus Syracusanũ neminem post vrbem Syracusas captam permisit. In ea insula ædes erant complures, sed duæ quæ longe cæteris antecellebant: Dianæ vna, quæ modò diruta nihil exhibet, præter vestigia pauca, domo inclu-
B sa, in ea regione, quam Resalibram dicunt, contra Sancti Pauli ædem. Altera Mineruę, ante C. Verris aduentum ornatissima, nunc Antistitis sedes tredecim ex omni latere striatis ex lapide vastis cum capitulis, abacisq́ & trabibus, columnis suffulta. In qua pugna erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta, quibus tabulis interiores templi parietes vestiebãtur. Viginti præterea tabulæ pulcherrimæ pictæ, in quibus erant imagines Siciliæ regum & tyrannorum, quæ nõ solum pictorum artificio dele-
C ctabant, sed etiam commemoratione hominum & cognitione formarum. Erat & Medusæ caput pulcherrimum cinctum anguibus, valuæ item magnificentiores ex auro atq; ebore, & in eis bullæ auro graues, & miro artificio cælatæ. Eius tectum anno post Christũ Deũ millesimo cẽtesimo corruit: quãobrem qui sacris faciũdis in altari incumbebant saluis tantum, mortales omnes quorum ædes ipsa ferè plena erat, periere. Arx est pulchra in ipsius magni portus introitu, à Georgio Maniacho lapide quadra-
D to ædificata, castrum turris Maniachi nominata. In maiore porta duo erant ænei arietes, hodie in ædicula Castri ad mare Panhormi positi sunt. Atq; altera parua in parui portus ostio, quam quia recens ædificium est, Casam nouam vocant. In hac insula est fons, cui nomen Arethusa, tunc incredibili magnitudine, plenus piscium, qui fluctu totus opertus fuisset, nisi munitione, ac mole lapidum à mari fuisset disiunctus, dum hinc atque inde dulcis salsave præ-

da arundine capiebatur. Arethusam nympham, Dianæ comitem, poëtæ assignant, quæ ab Alpheo Peloponnesi fluuio adamata, ac subter mare vsque ad hanc insulam fugiens, in fontem sui nominis mutata est. Diodorus fontem Arethusæ, nymphas Dianæ produxisse, eiúsque pisces sacros fuisse, refert: quæ omnia fabulosa. Eius ante os Alpheus ipse mediis in fluctibus placidus emergit, quem Oculum Zilicæ nostri vocant. Arethusa ergo, quamuis nõ ea magnitudine, è rupe tamẽ veluti è ciuitatis latere vsque in hunc diem in portum magnum effunditur. A quo non multum distat Alpheus, qui, vt dictum est, ante ipsius os è salsis vndis caput erigens, impetu cum magno ita erumpit, vt aut cymbas, aut nantes homines sese vix adire permittat. A B

Est & alter fluuius in portum magnum influens, vulgo Alpheus dictus. Hic Anapus est, de quo Thucydides aliiq; plures meminerũt. Ortus eius ad fontem Gufferam, iuxta Baxemam recens oppidum. Hic vallem, qua ab eo quod diximus oppido, Paciorus, nunc Palazolus, diuiditur, præterfluit, aditq; Cacyrum, hodie Cassarum (sunt hæc mediterranea à Ptolemæo citata oppida) & Ferulensibus, recentioribus vti reor, ad læuam relictis populis, Sortinum, cuius ab his qui de Sicilia scripsere, nulla facta mentio, abluit. Fontibus denique pluribus absorptis, agrum Syracusanum ingreditur, quo Cyanes latices celeberrimi, notiq; fontis duobus propè ante ostium miliaribus hauriuntur. Æneus fluuius, haud procul à Netho ciuitate Fundum (nunc Feudum dicunt) cui nomen Cardinalis patris mei, domúsque Aretiorum multis ante interluit: Statimque, vbi ad eius finem ventum, in profunda valle facto stagno absorbetur, peritque totus, simul ac per vndecim ferè miliariûm spatium in Syracusano agro iuxta Anapum, non longe ab ipso fonte Cyane, rursus ex immensæ profunditatis emergit lacu, inq; Anapum clemẽter, ac mirabili lenitate decurrit. Lacũ, quam Piscinam prius, deinde C D

Pismam

A Pismam nostri vocarunt, in eo loco: Vnde Ditis cū abrepta Proserpina exiuit, existere antiquitus puta uere. Quapropter Syracusani ibi dies festos anniuer sarios agebant, celeberrimo virorum mulierumq; cōuentu, propter huius opinionis vetustatem, quòd eorum in his locis vestigia & propè incunabula de orum reperiri dicebant, autor idoneus est Cicero in Actionibus in Verrem. Fontem item Cyanen, hodie Cyrini Pismam appellatum, nympham ipso Anapo dilectam fuisse, inq; sui nominis fontem resolutam tradunt. Tres, præterquam de quibus diximus, fontes in Syracusano agro Plinius commemo rat, Temenitem, Archidemisam & Mergeam, quorum cum recetioribus non faciunt nomina. Iouis Olympij fanum mille & quingentis ab Syracusis passibus, cum oppido Olympico euerso nunc, è par uo tumulo Anapum respicit, vbi Athenienses, mul tis post annis, deinde & Romani, vt Thucidides et Liuius scripserunt, castra posuere, cuius adhuc extant columnæ. Nec longe ab Olympico Acarnaniam, quæ in præsentia nihil penitus ostendit, vrbem statuit Cicero. Locum hodie in ea, qui Pantanus di citur, regione, Carranum vocant. Per paludem ad Olympicum, quam Lysimeliam Thucydides, nos Pantanellam appellamus, via magnis instructa lapidibus nostra ætate reperta, cuius lapides Carolo Quinto imperatore regnante vrbi muniendæ maxi mè profuere, pergebant. Palus hybernis aquis, multoq; cœno fœdata nullum præbet adeuntibus adcessum, donec veris nouæq; æstatis calore desiccata.

D Trans Anapi ostium via Elorina, nunc calorina di cta, ad meridiem, & Plemmyrium promontorium distenditur, Plemmyrium, de quo Virgilius meminit, promontorium, & ibi oppidum eodem nomine, quod Gylippus Corinthius Syracusanis ab Atheniēsibus obsessis auxilio profectus, ibi enim ho stes munitiones fecerant, hostiliter depopulatus est: promontorium hodie Massaoliuerem contra insulam, portus magni hostio diuidente, appellant. Al-

terum

terum iuxta promontorium Raiſcanſir Afro nomi A
ne.In ipſo portu Plemmyrium ſpectat parua inſu-
la.Supra ſexto propè miliario longum promõtori-
um,modò Logína,& ſtatio parua.Et mediterrane-
us ager,Lõgarinus nuncupatus.Ibiq; nec à mari re-
motæ Therſones, hodie Thireſæ ruinæ. Giartis
ager,quem Dionyſij tyranni fuiſſe,Plutarchus ſcri
pſit in Dione,qui tum campeſtrium rura, tum ſal-
tus,ac vertices montium, iugumq; ad occidẽtem ex
tenſus continet, nunc Caua Georgiæ nuncupatus.
Altera Syracuſarum pars, cui Neapolis nomen eſt, B
inſulæ propinquior,de qua, quod poſtremum ædifi
cium,poſtremo verba facienda duximus.Eſt igitur
parum eminens ager,duas qui Syracuſarum vrbes
Achradinem & Ticham complectebatur, Neapoli
ab inſula diuiſus.His duabus vrbibus nulla vel pau
ca Romanorum prouidentia remanent antiquita-
tis veſtigia. Ager poſt ruinam,ac damnum à Cn.
Pompeio factum. Terratichæ, Terrachati poſtea
vocatus eſt.Nunc vt quomodo paulò ante inſulam
ſic Achradinam & Ticham ſequar.Achradina igi- C
tur mari propinquior,cuius murus fluctu ablueba-
tur,author eſt Liuius.Forum,in qua maximũ, vbi
C.Verres filij nudam,ſuamq; in equo ſtatuam poſu
erat.Ibiq; Concordiæ ara, vt idem Liuius ſcripſit.
Pulcherrimæ item porticus,ornatiſſimum Prytane
um (locus ad quem iudices conuenerant) & in hoc
Sappho erat,quæ epigramma Græcum habebat in
baſi.Ampliſſima erat Curia,locum ipſum Buleute
rium vocabant.Templumq; egregium Iouis Olym
pij.Erat præterea turris in extrema parte vrbis,quę D
ad ſeptentrionem ſpectat, quam Galeagrã antiqui-
tas,noſtri Scalam Græcam vocant.Et ſub hac Tro
gilum oppidulum ſuburbanum, locus in præſens
Targia dicitur, vbi turris proximis annis ædifica-
ta,atq; Trogilorum portus,de quo Liuius fecit mẽ
tionem, Statio, hodie Stinctinus dicta. Tertia eſt
vrbs,quę quod in ea parte erat,vbi fanum Fortunę
fuit, Ticha nominata eſt, in qua locus eminens &
præruptus

A præruptus á ſuperficie Epipolæ dictus. Et ibi arx Laodalum, quod Liuius Exapylum vocat, noſtri verò Montem Bellifim, modò eruta ingentem lapidum aceruum, veluti ſui imaginem oſtendit. Iuxta Epipolas locus erat, cui Pentapylum nomen, vbi illuſtre Dionyſij horologium fuit, Gymnaſium quoque erat ampliſſimum, quod ſuperioris domum Dionyſij fuiſſe, libro duodecimo ſcripſit Plinius. Ædes præterea Æſculapij, et in ea Pæanis ſignum præclarè factum, ſacrum tum & religioſum. Ariſtæi alterum

B in ęde Liberi. Iouis quoq; imperatoris in ea tēplum erat, vbi notiſſimum ſimulachrum. Etenim tria Iouis imperatoris ſigna vno in genere ferebantur in orbe terrarum, vnū illud Macedonicum, quod Romæ in capitolio poſuerat Flaminius, alterū in Ponti ore & anguſtiis, tertium quod in hoc tēplo erat. In radicibus ipſius Tichæ Timolionis Corinthij ſuburbana domus, illi á ſenatu populoq; Syracuſano tanquam de republica bene merito donata: Vbi iam ſenior & cęcus ipſe habitauit. Domibus modò

C ruinoſis, templum eſt paruum Diuo Petro dedicatum, atque fons perennis, noſtri Trimiliam vocāt. Portæ Agrariæ propè erant, quas iuxta ſepulchrorum copia. Pyramis porta vergebat ad meridiem. Quarta autem erat vrbs, quæ quia poſtrema, vt ante dictum eſt, ædificata, Neapolis nominabatur, & in eo loco, qui nunc Muragli dicitur: Quam ad ſummam Theatrum in hunc diem eſt maximum, ex ipſo ſaxo inciſo, factum: cui nil quidem deſideraretur niſi ſcæna deeſſet, ex cuius fundamentis ſuperiori

D anno lapides extracti. A quo haud procul Amphiteatrum, oualem formam continens, quod euerſum iam, pauca oſtendit veſtigia, id tum Granatorū foſſam, tum Coliſeum nuncupant. Fons qui Theatrū abluit Galermis, qui Amphiteatrum Paradiſus hodie vocatur. Hi maximo hominum labore ampliſſ. cæciſq; factis meatibus, in hæc loca erūpunt. Duo item tunc templa egregia. Ex his vnum Hiero ſuperior Cereri, alterum Libero dicauit. Signumq; erat

Apol-

Apollinis, qui Themistes vocabatur, pulcherrimũ & maximum. Columnarum capita quæ Syracusarum in templis erant, Romæ in Pantheonis templi vestibulo, nũc Diuæ Mariæ vulgò rotundæ, vt Plinius cẽset à M. Agrippa posita. Menetides erãt portæ, per quas ab Anapo Achradinam Dionem ascendisse narrat Plutarchus. Et Plinius signum fuisse Syracusis claudicantis pueri, cuius vlceris dolorem etiam spectantes sentire videbantur. Lautumiæ, quas Taglatas nos vocamus, sub terra carceres, quæ vt Varroni placet, & Lapidicinæ dicuntur. Opus est ingens ex saxo in mirandam altitudinem depressum, & multórum operis penitus excisum, in has si qui publicè custodiendi erant, etiam ex cæteris oppidis (author est Cicero) deduci imperabantur, sunt adhuc quinque insignes, omnes carentes testudine præterquam vna ad meridiem conuersa, Syracusanis Antrum Sancti Nicolai nominata, vbi carcer ille qui à Dionysio tyranno factus fuit. Alterum huic adhæret Antrum (Grotta quæ Fauellat hodie dicitur) eo factum artificio, quo loquentibus Echo ita dictiones singulas, & syllabas accentúsque omnis reddit, vt quenquam serio inclusum omnino crederes. Tres item specus in hac vrbe memorabiles sunt, dictúque mirabiles. Vna in Diui Ioannis æde, quæ cæteris est maior. Hæc viis latis, multisq; transuersis, vti oppidum subterraneum, diuisa continetur, cuius in parietibus sepulchrorum multa ex inciso saxo sunt. Altera ad Diuæ Luciæ martyris fanum, quod locum esse vbi ipsa tormẽta passa fuit, Syracusani volunt, quæ non natura quidem, sed mortalium manu & artificio factæ sunt. Tertia autem est specus in templi ortis quod deiparę *Marię Iesu* dicatum, eo per angustum hiatum passibus propemodum duo de viginti descendentibus, perq; cæcum rursus callem triginta ferè orientẽ versus pergentibus lacus aquæ dulcis occurrit. Est Syracusis loci natura cœliq;, vt nullus vnquã dies tam magna turbulẽtaq; tempestate fuerit, quin

A (margin, beside line 1) · B (beside "res, quæ vt Varroni placet") · C (beside "Fauellat hodie dicitur") · D (beside "ipsa tormẽta passa fuit")

A quin aliquo tẽpore solẽ eius diei homines viderẽt, quod & si Cicero ipse affirmat in Verrinis Actionibus, nos tamen non semper id vsu venire dicimus. Syracusarum ædificia omnia, publica, priuata, sacra & profana, quibus *M. Marcellus* postea quàm vrbem illa tempestate fermè omnium pulcherrimã subiectam oculis vidit, humaniter pepercit, præter pauca, quæ Romam asportata sunt, in ædem Honoris & Virtutis. Cn. Pompeius penitus delenda curauit. Insulam dein, quam nunc habitamus, Augu-
B stum restituisse Strabo commemorat. Supra ad meridiem duodecimo ferè miliario, vltra Lõgarinum agrum (de quo diximus) Cacyparis est amnis, autor est Thucydides, Cassibilis hodie nuncupatus, & statio vicina quas Fontanas Blancas appellant, Plinius Naustachmum portum. Enimuerò nullus inter Syracusas & Pachynũ, præter stationes reperitur portus, Erineus vltra sex miliaria fluuius, *Mirãda* nũc dictus, qui campis, vbi arũdines fiunt dulces, quum hauriũtur latices, nullum prorsus in præ-
C sentia facit ostium. Ad eius fontes Auola oppidum quò ex alto colle Pachynum prospectat. Et Syracusanorum victoria insigne Asinarum tum flumen, nunc Falconata. Athenienses quoniam, & Nicea eorum dux, hinc à Syracusanis intercepti, præter qui capti, atq; in Lautumiis labore cõsumpti, ad vnum omnes trucidati, ob quam caussam eo in loco ad nonas Calendis Iunias diem festum celebrant quotannis. Oritur iuxta Nethum antiquam vrbem, hodie Nothum. Quæ ab Auola, de quo diximus oppido,
D sex miliaribus, ab Syracusis autem quatuor & viginti, supra Pachynum octo ferè miliaria, natura ipsa ab omni parte munita, distat. Flumen ipsum omnium ferè arborum probatissimos præbet fructus. A quo Elorina ciuitas ad Elori amnis ostium deleta penitus, sex miliaria abest. Elori ostium Pachyno proximum hodie Labisum. Pachynum hunc fuisse amnem aliqui autumãt. Ac rursus parte ex alia quæ ad septentrionem pertinet, Bidenos populos

parum

parum à Syracusis remotos statuit Cicero, oppidũ tenue Bidis nomine, nunc Bigenis ager inter Tapsum & Euryalum, vbi Pyramis est semidiruta. Euryalum tumulus, & in eo arx, vt author est Liuius, Belueder nunc dicta, quæ vtrunq; mare prospicit, Tapsi hinc, illinc Syracusanũ portum. Contrà mõs est præceps, ex rupe vtrinq; excisa, cuius frons ad ipsum Euryalũ, dexterum latus ad Anapi amnis vada, læuũq; ad Tapsum vergit. Vertex Lepas à Thucydide, hodie Mõs Crimitis nominatur. Et Leo locus erat, vt idem autor ait, vno ferè miliario ab Epipolis, Liuius Leontiam vocat, munitum locum, quinque milia passuum ab Exapilo, locus in præsens nec vestigia, ruinæq; vllæ vbi fuisset, demonstrãt: quapropter, sicut & cæteri de quibus aliquod haud potest fieri argumentum, relinquitur. Tapsus in præsentia insula de Manchisi dicta, peninsula: vbi antiquitatis nihil extat, portu ab occasu munita, quatuor ab Achradina distat miliaribus. Idem Thucydides iuxta Syracusarum muros Sicam oppidulum collocat, modò agrum esse Sineccham nomine, qui prope Sicham est, ipsa docemur coniectura. Officinam C. Verres maximam fecit Syracusis, artifices in qua ferè omnes, cælatores, ac vascularios conuocari iussit. Lex fuit Syracusis, autor est libro vndecimo Diodorus, quam Petalismum appellarunt. Causa ferẽdi legem Tyndaris diues iuuenis, & incautus, variisq; illecebris potens: Hic conuiuiis & commessationibus aduenas cunctos, ac seditiosos ita sibi aggregauerat, vt senatui suspitioni fuerit, veluti qui ex industria illorum vteretur cõsuetudine, vt pessimis confisus viris publicam occuparet libertatem. Inclinatis ob id iam omnium ad credendum animis, hominem obseruant, eundemq; nequissimorum quorumcunq; stipatum agmine circumsistunt: Tum comprehensum nituntur socij eripere, quibus, quum dispares essent viribus, trucidatis, vinctum coniectis catenis temerarium, ac damnatũ pœnam sequi oportuit. Et confestim procerũ

A consilio aduocato, Tyndaridis inuidia te audacia, ac cōmuni periculo recitatis, quibus ille merita affectus pœna, legem conscribunt, vt eius qui tyrannidis suspicionem tulisset, oliuæ folium inscriptum nomine illi daretur, scire propterea se exulatum ire quinquennium oportere. Lex ab oliuæ folio, Petalismus appellata, Atheniensium exemplo, qui quod in latere nomen scribebant, Ostracismum eandem vocarunt. Petalismo igitur lege multi ex primoribus quum in exilium acti, eorumq́ diminutus nu B merus, atq; ob hanc causam in plebeiorum arbitrium, qui ciuitatis statum multifariam distractum, cæca confusione atq; multiplici miscebāt seditione, esset respub. declinata, eandem confestim abolere. Altera quoq; lex Syracusis, vt refert Cicero in Verrinis Actionibus de religione, quæ in annos singulos Iouis sacerdotē sortito capi iubebat: quod apud Syracusanos amplissimum sacerdotium putabatur. Cum suffragiis ex tribus generibus creati erant, res vocabatur ad sortem, vt quot essent renuntiati, tot C in hydriam sorte coniicerentur, cuius nomen exisset, vt is haberet sacerdotiū. Hieronia præterea lex, de Hieronis nomine dicta, quæ decumas vendendas, vt idem author scripsit, iubebat. Mos fuit Syracusis, vt si qua de re ad senatum relatum erat, diceret sententiam qui vellet, nominatim nemo rogabatur, & tamen vt quisq; honore, & ætate antecellebat, ita primus solebat sua sponte dicere, idq́; à cæteris ei concedebatur: si quando tacuissent omnes, tūc sortitò cogebatur dicere. Magistratum annuum, quem Famulatum vocarunt, quemq́ trecentos fer D mè post annos, vt in Philippo scripsit Diodorus, ipsi Syracusani abolere, Timoleon victo inferiore Dionysio instituit. Ac etiā de viris illustribus, aliqua dignis memoria, quos vrbē Syracusas peperisse reperimus. Lygdamus Syracusanus tertia, & trigesima Olympiade victor fuit in stadio, cuius ossa medullis carere fama vulgauit. Asylus & Hisbio, ille septuagesimaquarta, hic nonagesimanona Olympi

ade in ſtadio quoq; victor. Hermocrates dux & orator ſummus. Callicrates animo, & militari arte præſtantiſſimus: Is & Lamachus Athenienſis Syracuſis ſingulari certamine icti cecidêre. Heraclides homo bellicæ virtutis peritus, leuis tametſi & inſtabilis. Eurides vir clarus & illuſtris. Menandrum Syracuſanum ephebum ab elephante adamatū refert Plinius. Mentorinſia cum claudo Leone cōgreſſus, blandientis ex illius pede ſurculum extraxit. Zenagoras qui ſextum remorum ordinem inuenit. Diocles legum lator, legem conſcripſerat, in qua nequis forum cum armis adcederet, cautum erat: verum cū eſſet domi gladio adcinctus in hoſtes impetum facturus, audito parui momenti tumultu domo egreſſus eſt, cui quidam ex ciuibus, Tuam, inquit, ipſius negligis legem: At Diocles, Minime ait, imô eam ipſam confirmabo, & ſtricto gladio necem ſibi ilico conſciuit. Theocritus Syracuſanus, quem Vergilius imitatus eſt, Bucolico carmine illuſtris. Epicharmus poëta comicus, trium literarum inuentor, zita, xi, pſi, quem Plautus eſt imitatus. Horatius in Epiſtolis: Plautus (inquit) ad exemplar Siculi properare Epicharmi: huius ſententia, vt Cicero ſcripſit in Tuſculanis quæſtionibus: Emori nolo, ſed me eſſe mortuum nihil æſtimo. Eius ſocius Phormus Geloni gratiſsimus, Dinolochus Epicharmi diſcipulus. Et ille Philemon, qui vnum ſupra centum vixit annum. Eiusq; filius Philemon vterque poëta. Corax, Latinè Coruus, orator præſtantiſsimus, is Tiſiam Syracuſanum pacto docuit precio, cui diſcipulus petenti mercedem, Si tibi Corax, ait, perſuaſero, non ſoluam: ſin minus, veluti qui à te artem minimè edoctus, etiam non ſoluam. At Corax. Si tibi, inquit, Tiſia perſuaſero, certè ſoluas: ſi verò id efficere nō potero, dignus ero mercede, quòd me doctiori diſcipulo id perſuadere nequeo: Quibus Iudices (quod prouerbium fuit) Mali Coracis malum ouum. Antiochus Syracuſanus (vt Dionyſius Halicarnaſſeus refert) hiſto-

A historicus, qui Italicos vetustissimos cõditores scripsit. Lysias Gorgiæ discipulus, orator summus, Bion autem orator: Et Cimias philosophus, Nicolaus, vt ait Diodorus libro tredecimo, qui duobus filiis orbus, pro victis Atheniensibus, quorum manibus interfecti erant liberi, orationem, vt illis parceretur, habuit. Et poëta diuinus Sophon, cuius poëma Platoni admodum placuisse ferunt. Philemon Alexandri tempestate comicus poëta, à quo nonaginta sunt editæ comœdiæ, qui vbi totidem vixit B annis, risu vehemẽti animam effudit. Sosiphanes Syracusanus Philippi *Macedonici* ætate, ex septẽ *Tra*gicis vnus. Theodorus orator qui de re militari scripsit. Themistogones historicus, à quo de Cyro plura edita. Athenagoras orator: Et Acheus poëta Comicus. Duo præterea fratres Epicydes, & Hippocrates, & armis et literis præditi. Dion vir illustris, Platonica disciplina eruditus. Cuius soror Aristomacha, Dionysij superioris tyrãni coniunx. Dionysius Syracusanorum tyrannus à puero institutis & C artibus ingenuis eruditus, musicorum studiosus, quem acrem fuisse & industrium, natura maleficum & iniustum, eiusq; in victu maximam temperantiam cumq; fugitiuis barbaris & facinorosis vixisse, apud Ciceronem scriptum accepimus. Mater eius quum prægnans eum in aluo contineret, somniauit se peperisse Satyriscum: cui interpres portentorum (Galliatæ hi in Sicilia dicebantur) responderunt, eum quem illa peperisset, clarissimum fore. Itẽ paulò antè quàm regnare cœpit, in agro Leontino quũ equum flumine summersum maxima contentione D non potuisset extrahere discessit. At quum aliquantulum progressus esset, hinnitum exaudiuit, atque equum alacrem aspexit, cuius in iuba examen apũ consederat. Quinque & viginti compleuerat annos, cum tyrannidem occupauit, regnauitq; duo de quadraginta. Filias Dionysius, ne tonsori collum committeret, tondere docuit: adultas verò, ferrum earum manibus remouens, cãdentibus carbonibus

capillum

capillum & barbam adurere. In carcerem demum A
quodammodo ipse se inclusit, atq; ex turri alta con-
cionabatur. Hic tunicam & gladium, quum pila lu-
dere vellet, adolescentulo quem amabat, tradidisse
dicitur. Cui quidam familiaris iocans: Huic, ait,
vitam tuam committis? Ille vtrunque iussit interfi-
ci. Damocles assentator propter eius opes, atque re-
rum abundantiam beatum Dionysium assiduè in
sermone commemorabat. Cui Dionysius: Vis ne
igitur, inquit, ô Damocle, sic te esse beatū? Quumq;
ille velle dixisset, hominem Dionysius in aurea B
sede collocari iussit, mensasq; construi exquisitissi-
mis epulis, pueros delectos consistere, iussitq; rur-
sus fulgētem gladium à lacunari seta equina appen-
sum demitti. Damocles itaque gladium suspiciens,
nec plenum artis argentum, nec pulchros admini-
stratores aspiciebat, nec manum porrigebat in men
sam. Exorauit deniq; tyrannū, vt abire liceret, quòd
iam beatus nollet esse. Damonem & Pythiam ea
amicitia coniunctos ferunt, vt quum alteri Diony-
sius diem necis destinasset, alterum vadem mortis C
acceperit, donec ille caussa commendandorum suo-
rum profectus reuerteretur, qui vt vadem suum li-
beraret, præsto fuit ad horam morti destinatā. Quo-
rum fidem admiratus tyrannus, eos dimisit. Atque
vtinam ego, inquit, tertius vobis amicus ascriberer
Aristides filiarum vnam in matrimonium petenti
Dionysio respōdit: Mortuam mallem, quàm tyran-
no filiam nuptam aspicere. Anus quædam, quū diis
immortalibus pro Dionysij vita preces assiduas
funderet, quumq; eam Dionysius interrogaret, cur
sola ita faceret, Ne tibi, inquit, extincto deterio- D
rem tyrannum suffectum videam. In Acarnania
vrbe Iouis Olympij signum grauis ponderis aureo
pallio vbi spoliauerat, atque laneo induerat, illud
neutri dixit, idq; vtrique esset aptum tempori. Idem
è fano quodam quum mēsas aureas, quæ bonis diis
inscriptę, subtrahi iussisset, dixit bonitate deorū vti.
Aureas pateras, quas porrectis manibus simulachra

A quædam ſuſtentabant,ſubſtulit: Admodum, inquiens,vnumquenque decere quòd dij porrectis manibus offerunt,accipere. Apollinis ſimulachrum Epidauri abſque barba,barbatúmque Æſculapij,quem Apollinis filium fingunt,videns, auream barbam illius allectus pondere, accepit : non licere affirmans imberbem patrem,filium verò barbatum eſſe. Locris Proſerpinæ fano ſpoliato quum ipſe ſoluiſſet, ſecundo vento ſpirante: Videte, ait, nauigationem, quæ à diis immortalibus ipſis ſacrilegis conceditur. B Ariſtippus philoſophus & facetus, cuius conſuetudine tyrannus vtebatur, ad Diogenem philoſophum,qui vitam agebat ſolitariam, vnà cum Dionyſio acceſſit. Cui, quia olera lauantem offenderat, ſubmiſſa voce: Si Dionyſio, ait, obſequutus eſſes, olera non comederes. At Diogenes: Si olera, inquit, comederes, Dionyſio non obſequutus eſſes. Dionyſius pedibus tractum tyrannum,non inſidentem equo, vt ait Liuius, relinquere tyrannidem debere,dicebat. Dionyſius item huius *Dionyſij* C filius,philoſophus quoque & tyrannus,qui Syracuſis expulſus Corinthi ludum aperuit,puerósque docuit. Ad vltimum verò ſordidiſſimam agens vitam, popinas & lupanaria dum frequentaret,de minimis quibuſque rebus vulgo inſertus diſceptabat. Niſcæus,qui eo tempore, quo alter Dionyſius exulauit, principatum Syracuſis obtinuit. Et Cephalus, vt ſcripſit Diodorus, per id tempus legum conditor. Agathocles humili progenie ortus,rex deinde Syracuſanorum. Cuius filius Eudoxus Poëta comicus. Callias hiſtoricus, is qui ipſius Agatho- D clis geſta ſcripſit. Philiſtus Poëta, & hiſtoricus,homo diues, Dionyſij ſuperioris amicus,qui armis,nedum literis inſignis, quem doctum hominem & diligentem fuiſſe teſtatur Cicero in libro quem de *Diuinatione* ſcripſit. Philiſcus philoſoph9. Mominus quoque philoſophus. Hiero rex prudens & ſtrenuus. Polydorus legum conditor. Polyænus orator, eiuſdem regis tempore. Et ipſius Hieronis gener

Andro-

Andronodorus orator, cuius vxorem Damaratam, A
interfecto Hieronymo, Syracusani trucidarunt. Scopias (vt Vitruuius scripsit) Syracusanus Mathematicus multas res organicas & Gnomonicas, numero naturalibusque rationibus inuentas atque explicatas, posteris reliquit. Hippocrates & Epicydes, duces perquam strenui, vt apud Liuium inuenimus. Archimedes insuper vnicus spectator coeli syderúmque: Is, vt Cicero in Tusculanis quaestionibus tradit, lunae, solis, & quinque errantium
motus in sphaera alligauit. Bellorum item machi- B
nator, tormentorumque vnicus inuentor. Hic quum se terrae globum mouere posse gloriaretur, rogante Hierone rege, procul assidens nullo corporis nixu (autor & Plutarchus) nauem onerariam adduxit. Hiero praeterea, quum auream coronam votiuam diis immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locauit faciendam. Opifex autem ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbauit. Postea quàm iudicium factum est,
dempta auri parte, tantundem argenti coronae ad- C
dit. Indignatus Hiero, neque inueniens qua ratione id furtum reprehenderet, rogauit Archimedem, vt in se sumeret sibi de eo cogitationem. Tunc is, quum haberet eius rei curam, casu venit in balneum, & eò quum descenderet (Balneum paruo dolio erat simile) animaduertit quantum corporis sui in eo insideret, tantum aquae extra effluere. Qua de re quum eius rei rationem explicationis ostendisset, domum reuersus duas dicitur effecisse massas aequo pondere, quo & fuerat corona,
vnam ex auro, alteram ex argento. Quae quidem D
licet aequo pondere, non tamen aequo corpore, etenim maioris erat corporis argentea, quum sit aurum maioris ponderis. Quúmque ita fecisset, vas amplum ad summa labra impleuit aqua, in quo demissa argentea massa, multum aquae extra vas effluxit: qua exempta, vas iterum impleuit, in quo rursus aurea massa demissa, vti minoris erat corporis,

A quãquam eodem pondere, non tãtum effluxit aquę. Quum id esset, rursus auream pleno vase demisit, ac ea exempta, repletoq; vase, coronam quam opifex fecerat demisit, inuenitq; plus aquæ in coronam, quàm in auream massam eodem pondere. Et ita ex eo, quòd plus defluxerat aquæ in corona, quàm in massa, ratiocinatus reprehendit argenti in auro mixtionem, & manifestum furtum. Archimedes persæpe balneum ingressus super vncto corpore vnguento, Geometricas figuras, liniamentaq; sui ipsi-

B us oblitus, digito describebat. Amicos item, vt sphæram cum cylindro post mortem sepulchro imponerent, orasse fertur. Quod aliquot pòst annis ad Agragarias portas cum cylindro & sphæra, in cuius basi epigramma erat, se Cicero reperisse gloriatur. Postremò captis Syracusis in tanto tumultu Archimedem intentum formis quas in puluere rescripserat, ab ignaro milite quis esset, interfectum esse constat. Cui M. Marcellus sepulchrum faciendum curauit. Vilielmus Pernus Syracusanus proa-

C uus meus maternus, vir Patritius, iuris consultissimus, à quo plura edita. Est Thesta mulier Syracusana superioris *Dionysij* soror, Polyxeni (qui vnus ex primoribus) coniunx, fratri arguenti quòd viri fugam minimè nuntiasset, respondit: Adeóne *Dionysi* vilis & abiecta visa tibi sum, vt si coniugis mei fugam ipsa præscissem, eiusdem nauigationis comes & fortunæ particeps esse voluissem? Apud Plutarchum in Apophthegmatibus, interrogatam Hieronis vxorem cur sibi, quod os fœteret, nunquam nuntiasset, viro respondisse legimus: Ita om-

D nes olere viros existimabam. Et duæ quoq; Syracusanæ mulieres animo etiã in morte præstantissimæ, Hermonia inferioris Gelonis filia Themistis coniunx, quum seditiosis, qui omnẽ prorsus regiã stirpẽ tollere conabantur, alteram puellam regali cultu ornatam à nutrice expositã intueretur, puellæ haud interitum pertimentis admirata fidem, exclamauit se esse, & non illam Hermoniam, quo vtraq; vnius

horæ

horæ mométo periit. In Paralelis refert Plutarchus, A
autorem adducens Cyanippum, Dositheum Syracusanum Baccho sacra facere negligentem, ebriumq; ob hanc caussam factum, Cyanem filiam inuitam violasse, eandem patris annulum, criminis indicium, subripuisse. Pestilentia postea sæuiente, vt impietatis autor diis immortalibus immolaretur, responsum esse á Pythio, Cyanem idcirco patrem violatorem necasse. Septimo pòst anno Theocles & Chalcidenses è Naxo profecti, Leontinum vrbem ferè omnium fœcundissimam, & Catinam prælio B
perdomitis Siculis tenuere, Polybio nihilominus quinto post Syracusas anno id fuisse placet. Leontinum igitur, modò Lintini, populosa ciuitas & diues, muro tunc cincta (Nam quæ deinde addita, nouam ciuitatem appellarunt, autor est Diodorus in historia Philippi) paludibus fœda & humidior, duobus collibus, tribusq; contenta vallibus, Catinã atq; Ætnam respicit montem. Ibi turris adhuc tribus angulis ædificata ad nostrum vsq; tempus, quasi posteris seruatum monimentum. Et murus ruinis quoq; actus, domus Gorgię philosophi. Vrbi al- C
tus imminet collis, Hieropolis nomine: Hieronis Polum hunc antiquitas appellabat: cuius in verticis planitie plura plumbea frustula aratoribus inueniuntur. Campi porrò omnium quæ ad victum humanum pertinent, rerum, longe feracissimi. Tritici enim, omnisq; leguminum generis lætissimas ferũt segetes, ita vt ibi arare terram, ac frumentum ab ea mortales extorquere Cererem docuisse crederent. Quare Leontini rei frumentariæ principes appella- D
bantur. Ibi quoq; armentorum copia & pecudum, aucupii etiam maxima commoditas. Circa Leontinum fluuius prolabitur, qui ex duobus fit fontibus, quorum vni Gleppi nomen, alteri Passanito propè Francum fontem oppidũm, & Hidram ab Ptolemæo citatum oppidum, vbi turris tantum hodie rotunda, sex ferè miliaribus ad occidentem á Leontino, nostri Cadram vocant. Et fons hic, de quo dixi-

A mus,oppidum Militellum,haud antiquum quidem alluit.Iuxta Leontinum ex his vnus fit fluuius,vbi pons,quem Reginæ pontem vocant,cuius ferio(ad missis prius maris fluctibus) obturato ostio,lacus, qui Pantanus nominatur,piscosus admodum efficitur. Vltra pontem,lacus est alter milia propè duo à ciuitate manufactus, non multum ante patrum nostrorum memoriam,cui Bifarium nomen. Ex quo piscium,quos mari captos minutissimos eò alendi
B gratia conijciũt, incredibilis multitudo expiscatur, ac in omnes fermè Siciliæ partes mittitur. Aliasq; complures habet Leontinum paludes, quibus perniciosa propemodũ cœli temperies. Hic nundinæ ab omnibus ferè Siculis magna hominum ac mercatorum frequentia circiter calendas Maias celebrantur. Locus erat antiquitus in Leontino agro, Phoces nomine,& Bricinnia arx. Gorgias Leontinus philosophus & orator summus,Socratis magister,qui vt ait Cicero,in Rhetoricis omnibus de rebus oratorem optimè posse dicere existimauit, cen-
C tum & septem compleuit annos,nec vnquam à suo studio,atq; opere cessauit: qui quum ex eo quæreretur,cur tam diu vellet esse in vita: Nihil habeo, inquit,quòd incusem senectutem. Hic primus hominum,& auream statuam, & solidam Delphis in tẽplo sibi posuit. Herodicus Gorgiæ frater medicus quàm celeberrimus. Icetes à Syracusis oriundus,Leontini ortus,Leontinorumq; princeps,vir admodũ inquietus & audax.Supra Leontinum, Hidra oppi-
D dum,de quo pauló antè diximus.Nec plus sex milia Boccherius recens oppidum,vbi fons aquæ lacteæ,quem Birigeim vocant.Bideni antecedunt populi,quorum oppidũ nunc Bizinis haud ignobile: Et proximũ Licodia. Cæterũ altera ex parte Murgantium,octo ferè milibus passuum à Leontino ad Symethi amnis ostium,ciuitas affecta cladibus tota,à Murgentinis Asiæ populis vt erecta,ita à Carthaginensibus postea deleta:Murgus nostra tempestate nuncupata,turrim tantũ frumenti emporium

in ipsius Siculi maris littore continet. Symethi ortus ex quinque fontibus. Nomina autem recentiora Mucuba, Luchula, vbi casæ. Canaliscalcagnus, & Fons ferratus, quibus vicina est Nea vrbs antiqua. (Neam Diodorus libro vndecimo vocat, Menas Ptolemęus, nos Minium. Populos verò Menaninos Plinius, Cicero Menenos, qui potior est autor) in alto est sita colle, eandemq́ʒ á Durentio ciue in planitiem translatam volunt, locus nunc Burgus dicitur, inter hanc Symethiq́ʒ vada, Stagnũ Palicorum ipsis dijs Palicis sacrum, Symetho tamen quàm vrbi propinquius, cui iusiurandi numen inesse antiquitus credebant. Thaliam nympham iuxta Symethum ab Ioue compressam ferunt, terraq́ʒ absorptam, ne in iram incideret Iunonis, maturi demum partus tempore duos peperisse Palicos. Stagnum, de quo Aristoteles mentionem fecit in eo libro, quem de mirabilium auditu scripsit, quamuis non vastum, quòd sulphureum assiduéq́ʒ feruens, ac magno cum impetu vbi emerserit, passibus duodecim non amplius hiatu quodam absorbetur, horribile tamen vbi fanum erat olim. Pœni Siciliæ dominãtes Naphthiam, quod est malus odor, nomen huic indidére. Et iuxta alij quoque exigui visuntur crateres. Palica item oppidum, quod Paliconiam hodie vocant, ab ipsis Palicis nomen, Stagnum haud multum refugit, ab eodem Durentio, vt idem Diodorus scripsit, conditum. Duo præterea fluuij ad diuersorium Gutterram Symetho hauriuntur, vnus Buffaritus, recens nomen, qui non longe á Plutia oppido: Cicero de quo in Verrinis Actionibus fecit mentionem. Alter ab ipsa Paliconia capit initium. Plutia, nunc Plaza, vrbs populosa, & amœna arboribus, ac viretis referta. Hanc & oppidum haud multum remotum Daidonẽ, Cisalpinos Gallos (nunc Lombardos) á Placentia vrbe adducta colonia, habitasse, quòd eorum vtuntur sermone, ipsi credunt. His opulẽtissima, satisq́ʒ prospera vicina est ciuitas (Calatagironem hodie vocãt)

celso

A celso in monte posita, eam ipsam coniectura vtetes Calatam fuisse, seu Calinactem à Durentio conditã opinamur: Cicero Calatinos populos appellat. Duo ciues Calatini memoria dignissimi Thales orator, & Demetrius historicus. Rursus ad Leontinum di lapsus Symethus amnis (Leontini agros Symetho allui Thucydides, Strabo Catinenses Leontinis cõiunctos Symetho infusos probat) nomen Sancti Pauli, cum ipso ponte, sibi vendicat. Ad cuius osti B um ager, vsque ad hanc ætatem est Symethus nomine. Quo haud procul in prædio Sigonia vocato, fontes ex rupe manant calidi. In radicibus Ætnæ mõtis Catinam vrbem, ac ea in ora sitam quæ ad meridiẽ pertinet, hi qui Leontinum, quarum agri limite diuiduntur (Euarcum quamuis ipsi huius coloniæ autorem fecerint) fusis Siculis incoluere, à septentrionibus Ætna monte, qui frugiferum omnium fermè arborum, ac vini nobilissimi exuberantiam præbẽtium vinearum plenus, maximè vallatam. Orientalia eius Siculo, atque Ionio mari pulsantur. Hanc C Diodorus Siculus, cuius opinioni accessit Strabo, tum priscos illos amisisse incolas commemorat, simul atque agris sorte diuisis ab Hierone superiore eò deducta colonia detentam, Ætnamq; pro Catina appellatam, nec multis post annis Hieronis tumulũ solo adæquasse, eiectaq; colonia vrbem, & nomen rursus obtinuisse. Erat in hac vrbe sacrarium Cereris olim eadem religione, qua propè in toto orbe terrarum. In eo sacrario fuit signum Cereris peranti D quum. Aditus ad id sacrariũ nullus viris, sacra enim per mulieres ac virgines cõfici solebant. Hoc signũ noctu clàm C. Verris serui substulerunt. Erat & Gymnasium prope vrbis mœnia, non multum à maris littore remotum, quod M. Marcellus post captas Syracusas ædificandum curauit, cuius hodie testantur ruinæ. Theatrum item ad orientem conuersum pulcherrimum, nigro quadratoq; lapide structum. Extra vrbem Amphitheatrum prope Stesichori Himerensis poëtæ sepulchrum, vbi nunc ve-

tus ædicula deiparæ Mariæ, Betlem nomine, hor- A
tiq; sunt ciuis,cui Nicolao Marum cognomẽto est,
iuxta Stesichoream portam,quem Acidis seu Iacis
portam appellant. Aquæductus præterea adhuc est
maximus, qui tunc aquam per structiles fornica-
tosq; canales intra mœnia ad diuersa immissaria du
cebat. Memoriæ insuper proditum, Thermas cum
columnis,& epistilijs è marmore fuisse,vbi nunc tẽ
plum est diuæ Agathæ virginis Catinensis. Est &
nostra tempestate Catinæ Gymnasium omni scien-
tia frequens. Charonda philosophus legũ lator Ca- B
tinensis:hic Chalcidensibus,qui in Sicilia erant,le-
gem constituit. Mamercus Catinensis tyrannus lo-
cuples,armisq; potens Timoleonis tempore. Nico- *Nicolaus*
laus quoq; Tuduscus, cognomento Abbas, proxi- *Tuduscus*
mis antè annis iuris prudentissimus,qui multa scri- *Abbas.*
psit, Catinæ clarus ortus natalibus, Archiepisco-
pus Panhormitanus. Galeoctus Bardaxis Catinen
sis Patritius ad gigantis propè staturam accedens,
humani corporis nostræ ætatis vires excessit. Is, vt
multi qui eum viderunt referunt,asinum lignis one C
ratum manibus à terra subleuabat:equumq; absque
freno velociter currentem, transuersum lignum am
plexus,coxis crurib usq; sistebat. Tres fluuij Teriã
faciunt piscosum amnem,quo Catinenses agri diui
si,vt author est Thucydides (vocant hodie Larre-
ctæ fluuium) Duo Montixoro monte effusi iuxta
Brontem oppidum coëunt: Tertius Ciramim,Agy
ram, & Recalbutum abluit. Hi vbi Ætnam montẽ
ad ortum relinquunt,antequam Adranum ventum,
in ipsius montis radicibus confluunt: hincq; Teria
est, qui primo ad meridiem, mox in orientem per D
planitiem in Siculum mare, inter Symethi ostium
& Catinam deuoluitur. Chrisas qui Teriam au-
get,hodie Dictainus notus Siciliæ fluuius. Huius
fontes duo sunt,apud agrum,cui nomen est Taui,
vnus. Alter sub Ennam vrbem oritur,qui iuxta As
serum coëunt,ac vnus factus Christas, Gurgalon-
gam fluuiolum excipit, moxq; à Teria excipitur.

At

A At de his de quibus diximus oppidis,quæ mediterranea sunt,ac Ætna quoque monte. Nicoxia,nomen incertum esset,nisi coniectura,quam Harbitam antiquitus appellabant,honestam & copiosam ciuitatem esse doceret. Philenus Herbitensis nobilis & orator. Alij à proximo loco, Casalinis nomine, illuc eam translatam aiunt. A qua haud procul Sparlinga arx in rupe ex vna parte in excelsa altitudine excisa,oppidum vbi antiquitus fuisse, quòd ruinæ atque antiquitatis adhuc visuntur vestigia,vicini po-
B puli testantur. Eiusque incolas Siculis tunc Gallos, qui Siciliam opprimebant, trucidantibus tantum assentire negasse. Vnde prouerbium: Quod Siculis placuit,tantum Sparlinga negauit. Engium peruetus & exiguum oppidum, nostra tempestate Gangem,inter mediterranea Ptolemæus numerat. Accolas Enginos Marcus Tullius vocat, apud quos matris Magnæ fanum,in quo loricas galeasque æneas cælatas opere Corinthio, hydriasque grandes P. Scipio posuit,suumque nomen inscripsit. Conditores
C Leontinos ferunt. Diodorus scripsit, in Philippo Leptinem Enginum tyrannum à Timoleone expulsum,inque Peloponnesum migrare coactum. Porrò oppidum à Federico rege anno Christianæ salutis ducentesimo nonagesimonono supra mille dirutum,quarto rursus post anno ab eodem restitutum, in ipsius oppidi annalibus inueni. A fronte Politium vrbem magnificam hodie excipit, nihil de qua memoriæ proditum. Ipse à Palicis dijs,siue à Polluce nomen sortitam crediderim. Medio ferè itinere
D Petraleium oppidum occurrit, à Petrade, qua fons manat, ex cuius vnda oleum elicitur, quasi Petra olea, Petralia in præsens. Oleo post annum ad animalium curandas ægritudines vtuntur. Duo hoc nomine vicina oppida. Inferius id quod nominauimus,superius alterum: Populi horum duûm Petrini olim, vt refert Cicero. A tergo Nicoxia,de quo antè dictum, & mox ad orientem in excelso Ætnæ æmulo,ac vndique prærupto monte Trahina vrbs

constituta. Vlpianus de Censibus Trahinopolim A
hanc vocat. Huic proximum Gaglanum oppidum, quod Agira ille amnis quem supra nominauimus, separat. Galeria antiquitus appellatum: Populi Galerienses, autore Diodoro, in Philippo. Ipsa Agira, vt plura Siciliæ oppida, ita in montis cacumine sita, nunc Sancti Philippi miraculis insignis. In eius siquidem die festo spiritus, quos Diabolos vocamus, ab obsessis mortalium corporibus expelluntur, Samphilippus Agyrionis modò nuncupatur.
Hic Herculem pro ciuium meritis lacum effodisse, B
eiusq; boues saxis vestigia impressisse, Diodorus narrat in fabulis. Hæc ipsius Diodori, qui vir fuit in scribendis historijs quàm celeberrimus, patria. Tyberij nanque Cæsaris tempestate historias in libros triginta, digestas quam bibliothecam appellauit, de Ægyptiorum antiquitate, Siciliæ, ac aliarum insularum, deq; Troiano bello, Alexandri, atque Romanorum gestis ad suam vsque ætatem scripsit. Ciramis, de quo nemo mentionem fecit,
oppidũ contra Trahinam, versus Aquilonẽ, Ptole- C
mæus Capityum dixit, quod nos Capitium, Capitynam Cicero. Ingenti frigore infestatur Randatium vrbs, propterea quòd sub ipso fere Ætnæ mõte posita, ad septentriones maximè vergit, olim Triracium quam vocari credimus Plinio, quoniam de Triraciensibus facta est mentio. Gurridam appellant fluuiolum quinq; miliaria non amplius distantem ad occidentem, quem specu quadam absorptũ fama est illum esse, qui Catinæ pluribus in locis scaturiens mortiferam induxit contagiem, atque Iudicellus Catinensibus appellatur. Brontes quoque D
antiquum oppidum, ad fontem (de quo supra dixi-mus) amnis de Brontis Cyclopis Vulcani socij nomine, de quo Verg. meminit. Nã in nemoribus est quæ inter Randacium, & Adranũ medio loco clauduntur. In montis radicibus Ætnæ, & in ea parte quę ad occidentem pertinet, Adranã, nostra ætate Aterno, adhæret supra Teriam amnem: ab Hadrano

deo

A deo deductum nomen, quem Siculi propè omnes maxima celebrabant religione. Et mox alterum paterno nomine, siue quod ipsum sit Adranum, siue de eius nomine, vbi Fons aquæ ferreæ: qui feruens, nec foras erumpens, linteum aut pannum trita galla prius cum aqua infectum, mox nigrum reddit. Maimonis fontem hunc appellant. Et nunc ad Ennam vetustissimam vrbem venio, Castrum Ennæ, dein Castrunuanni vocatam. Quæ quia in medio est insulæ, vmbilicus Siciliæ nominatur. Enna igi-
B tur in loco est præcelso, atque edito, quo in summo est æquata agri planities, & fons aquæ perennis, tota verò omni aditu circuncisa, atq; dirupta est. Quã circa, & in ea plaga, quæ ad meridiem pertinet, est lacus antiquitus Pergusa nomine, quo non piscium quidem pleno, sed colubris ad linum molliendum duntaxat, cuius magna ibi copia, Ennenses vtuntur. Ennam, vt autor est Strabo. Eunus quidã multis fugitiuorum comitatus adeò latrociniis, & populationibus affecit, vt vix Romani eum loco ex-
C pulerint. In hac vrbe deam Cererem, & Liberam filiam, quam Proserpinam vocant, natas, raptumq; ipsius fuisse Proserpinæ, ideoq; ipsis consecratam non tantum Siculis, verumetiam mortalibus omnibus tum persuasum fuit. Etenim propè est spelunca quædam conuersa ad aquilonem infinita altitudine, qua Ditem ferunt repentè cum curru extitisse, abreptamq; ex eo loco virginem secum asportasse, & subito non longè à Syracusis penetrasse. Hæc eadem Ceres antiquissima, & princeps fuit omnium sacro-
D rum, quæ apud omnes gentes nationesq; fiebant. Ac qui Cererem Siculorum reginam constat, ac leges statuisse, frumenti item vsum homines docuisse, eiusq; filiam Proserpinam ab Orco Molossorũ rege, quem Ditem dixerunt, raptam. Erat in templo, cuius pars adhuc stat, simulachrum Cereris è marmore, & in altero Liberæ. Præterea quoddam ex ære modica amplitudine, ac singulari opere cum facibus perantiquum. Ante ædem in aperto, ac pro-

patulo

patulo loco signa duo erant: Cereris vnum, alterum A Triptolemi, pulcherrima & perampla, insistebat in ipsius Cereris manu dextra simulachrum pulcherrimè factum Victoriæ. Philonides Ennensis medicus fuit celeberrimus. Oppidum vicinũ hodie Calathasibetta, valle ingenti ab Enna discretum. Asserum olim ampla ciuitas fuit, nunc Azarum. In ipso Chrisa amne (de quo pauló antè mentionem fecimus) & in ea via, qua Assero itur Ennam, erat fanũ tunc singulari religione Chrisæ consecratum (is apud Asserinos habebatur deus) & in eo ipsius B Chrisæ simulachrum præclarè factum è marmore. Ætna mons (Mongibellus hodie dictus) suis mirus incendiis, quum sit materia plenus sulphurea, quæ humidis generatur nutrimentis, veluti in Ephestiis Lyciæ montibus vt Plinius tradit, intra fistulas cauernasq; ventorum incluso impetu, & euri potissimum, subsolani, boreæq; quibus ipse plusquàm cæteris patet, accensos ignis globos excelsis vndique ex crateribus eructat. Thucydides in tertio de bello Peloponnesiaco libro, ab eo tempore quo Græci Si C ciliã tenuere tres, ad bellũ quo Syracusani ab ipsis seditiosis acciti Messanam ceperunt, Ætnæ ignis inundationes commemorat. In sexto Strabo, superioribus annis ait cãpos Ætneis cineribus sparsos omnium propè rerum maximarum exuberantiã præbuisse, atq; Anapiam & Anphinomum fratres flammas eructante Ætna parentes humeris ex flagrantibus extraxisse ignibus. Quibus ciues sepulchrũ fecisse, piorumq; locum vocasse. Aliquot post annis deinde huiusmodi ignem ex Ætnæ hiatu emanasse D legimus. Orosius præterea refert, Seruio Fuluio Flacco, & Quinto Calphurnio Pisone consulibus, arsisse Ætnam, & eo quoq; anno bellum fuisse seruile in vniuersa propè Sicilia præter Messanã. Et M. Æmilio, Lucioq; Oreste etiam consulibus, horrendis cum sonis flammas eundem eructasse montem. Ac Lucio deniq; Cæcilio, & Q. Tito Flaminio consulibus, his maiorem ignis cladem, quam ob

A rem Romanos decennio tributum Catinensibus remisisse. Arsit & altero post Sanctæ Agathæ Catinensis martyrium anno, qui fuit ducētesimus, quinquagesimus quartus post Christum, Mense Februario, Millesimo item cētesimo, ac sexagesimo quinto, Februario quoq; mense eiusdem montis sonantibus ruinis terra adeo concussa, vt ipsius diuæ Agathæ domorū lapsu sacerdotes omnes obruti. Iunio præterea mense, Anno verò post Christum natum millesimo tricentesimo vigesimonono, quo etiam B solem defecisse legimus, quatuor factis profundissimis hiatibus magnum prorupit ignis flumen. Ac denique priore anno, & hoc quoque, quo ipse scribo, Millesimo quingentesimo tricesimoseptimo mense Maio, incredibilis magnitudinis igneā massam de incenso sulphure facta, ex ipsius Ætnæ nouis factis crateribus prolapsam, quæ ab aēre aliquantulum condensata superficie, non velociter quidem, sed passim ruebat, colles, nemora, saxa ac rupes, pagos etiam duos (mons pagos multos continet) Mō C piler vnum, quem vocant, alterum verò Licolosim, cōbussisse vidimus, ac deniq; montis cacumine flāmis continuis vna ex parte prolapso, ampliorē factum craterem, ipse ignis globus, quem incensum sulphur esse constat, interdiu subnigrum, noctu aūt igneum totum, horrendumq; sese spectantibus ostēdit. Tonitrus plurimis diebus continuos, mortales terrentes, exaudiri, atque adustis nigrisq; cineribus non Siciliam modò, verum & Calabriæ partem opertam, cœlumq; totum infestissimo fumo, nos D qui has insedimus terras testimonio sumus. Ætna rursus plenus est nemorum, fructusq; elegantissimos producentium arborum, cinctusq; oppidis, quæ radicibus sparsa. Versus meridiem Catina est in planicie, ad Eurum verò arx in scopulo, quæ cū suo pago de nomine Acidis fluminis, Iacis nuncupatur, Inter vtranq; Vlyssis portus, nunc Logninæ portus paruus admodū, quem Ætneis ignibus accēsa materia vastatū Catinenses pro certo affirmant.

Cyclopum tres Scopuli (de quibus Plinius meminit) contra Xiphoniam promontorium, parum à Sicilia diuisi, scopuli Pharagloni, promontorium Caput Malinorum hodie appellantur. Ora autem, quæ ad orientem, & mare Ionicum spectat, partim nemora, partim planiciem habet, quam Mascaris planiciem, eodem nomine, & oppidulum vocant. In hac regione Ætnam ciuitatem collocant ad Tauromenium spectantem. In planicie flumen nomine Frigidum quod Acis flumen antiquitus fuit, non longe à Tauromini amnis ostio, in mare prorumpens. Acidem Galatheæ Siculæ puellæ adamatum puerum, saxoq; ab Polyphemo Cyclope contritũ, atq; in flumen mutatum, in fabulis scriptum est. A cuius ortu non distat Calabianum oppidum arundinum dulcium à fronte stipatum messibus. Et alterum exiguum in nemoribus Ætnæ remotiori in loco Linguagrossa. Ad Tauromenij (quem nominauimus) amnis fontes, situm est Francauilla, & Castiglonum, quæ ab oppido tenui Lamotta, cognomento Camastra, ipsum dirimit flumen. Hincq; ad spacium.12. miliarium in circuitu Ætnæ Randarium, & Chisaro: medio verò in itinere Ruchella, ac inde rursus ad Adranum, & Catinã. Sub Ætna Enceladum gygantem Vergilius constituit, Typhœum Ouidius. Selurus quidam quum sese Ætnæ filium faceret, ac latrocinijs assiduis campos ferè omnes infestaret, missus tandẽ Romam, in gladiatorũ foro beluarũ morsibus, laniatus. Est Recalbutũ oppidũ inter Agyrã Ætnãq;, cuius nomen vnde, siue à quo sit deriuatũ me latet adhuc, nisi coniectura vtendo Alcæũ esse velimus. Alcęos nanq; Centuripi vicinos populos multi constituere. Ciues tamets ipsi quòd ædiculã, quã nũc demonstrãt à quodã rege voto dicatam ferunt, Regale votũ vocari maxime contendant. Amplissima Centuripis tunc ciuitas, Ætna antiquitus appellata, vt autor est Strabo, in valde edito loco, propè Ætnæ radices in ea plaga, quæ ad occidentem pertinet, tum sita, nunc

A Centorbis vocata, à Cn. Pompeio diruta, quamuis ab Augusto dein restituta, vt idē author scripsit, tamen non casis sed omni prorsus carens ædificio paucis iunco, & palea contextis tugurijs contenta. Per id ferè tempus, quo Chalcidenses Leontinum & Catinam obtinuerunt, Lanus Megarensis à Peloponnesso adducta colonia secundum Panthagiū fluuiū, medio in itinere quo Syracusis itur Leontinū, Portilum oppidū cōdidit: quod Trotillū Thucydides, nostri Curcuracim (id quoniam esse reor) ap-
B pellant, vetustate & ruinis affectum, quanuis Herbesum inter Leontinum, & Syracusas nec procul à Megara constituat Liuius. Ipsum Panthagiū, cui ingenti murmure olim sonanti Cererem, dum filiam Diti raptam accensis facibus, quas ex Ætnæ fornacibus sumpserat mœsta perquireret, silentiū imposuisse fertur, nullo in præsentia indito nomine fluuium in Syracusarū passu: ostium verò Marcillinum vocant, qui à fonte Lafauara, inter Sortinum & Leontinum ortus, haud multum peragrans in Mega-
C ræ portū diffunditur. Prope Sortinū oppidū, de quo supra diximus, vetusti oppidi apparent vestigia. locus saltibus & nemoribus difficilis, atq; flumine propemodum septus, Pantalica nomine, longo tractu ab ipso Panthagio diuisus. Millia flumen inter Leontinū et Syracusas, vt ipse Liuius est author, flumen sancti Iuliani hodie. Non multis sanè post annis idem Lanus à Leontinis loco pulsus Tapsum peninsulā positis ibi ædificijs incoluit, insulā Mangnisis, vt dictum est, nunc appellatam, portu ab oc-
D cidente munitā, atq; ab Syracusis. 4. remotam miliaribus. Quo verò extincto eadem è Tapso profecta colonia, Hyblone rege duce, Megaram, & Hyblam occupauit, de cuius nomine Hyblei dicti sunt. Megaram Hyblamq; vnam esse multi scribunt, nobis verò eam esse Megaram, quæ Augusta nuncupatur, ab Augusto Cæsare instaurata, magis placet: quum à Cn. Pompeio, vt Strabo refert, fuisset deuastata, atque à Marcello, vt Liuius ait, antè direpta, &

Hybla

Hybla supra ipsam Megaram à pluribus autoribus A collocatur, nunc Misillis, quasi mel Hyble. Megara peninsula ab occidente portum insignem habet, distatq; duodecim à Syracusis miliaribus ad Aquilonem, à Federico secundo arce immensæ magnitudinis munita, ad nostrum vsque tempus in ipsius vrbis aditu posita, tametsi parua in præsentiarum, nomenq; illi Augusti Cæsaris maneat. Eius ciuis Theon poëta fuit. Quam inter & Murgantium (de qua satis dictum est) Turris est ad Ionium spectãs, recens, quam Brucam nostri appellant. Tauro promontorio, quod caput Sanctæ Crucis nominant, B interiecto, frumenti nobile emporium. Centum post annos his Megarensibus noua adcita colonia Selinis misso Pammilo, qui eam tenebant, pulsis Phœnicibus, medio fermè itinere inter Lilybæum & Thermas occupatur. Selinis nomen de fluminis nomine, quod adhuc à salis copia, Selinis nuncupatur, ipsam alluens vrbem, quæ modo Mazara dicitur, ab altero flumine Mazaro prope ipsam ciuitatem, ad occidentem. Egion hæc à Plutarcho appellatur. C Ptolemæo, horum mutatis fluminum nominibus, alterum pro altero descriptum. Hinc ad Himeræ hostium salsas propemodum esse aquas fateamur oportet; quod & Strabo ipse autumat. Illi autem quibus Megara detenta, centesimo quadragesimo quinto anno, postquam Pammilius Selinim obtinuit, à Gelone Syracusanorum tyranno sedibus expulsi sunt. Supra Selinim amnem Selinis extat oppidum, Salemus nostra tempestate, à mari remotum, frugiferis arboribus insigne. Thermæ duæ vrbes D maritimæ, ad Tyrrhenum vna, de qua dicemus, altera verò ad Lybicum mare spectat iuxta Selinim. Quam vt ait Diodorus, fortissimi quiq; à Carthaginensibus delecti, missiq; antequam exercitus ad explorandam insulam mitteretur, coluere, atq; ab aquis calidis Thermas vocauere (Xaxcam eam hodie appellamus) Thermæ nanque ibi probatissimæ, quæ omnibus ferè morbosis locum petentibus

A præsentaneum præbent beneficium. Fons est cuius aqua in vase quibusuis liniamentis fabrefacto reposita triduo densatur, fitq; lapis illis liniamentis inscriptus. Erat inter vtranq; Pentia vrbs mari proxima, Lipidici nunc vocata, in qua Pollucis templũ, vbi multa, licet vetustate deleta, visuntur monimenta. Hincq; ad lapidicinas quæ mille passibus á Selino distant, vnde templi columnæ exemptæ, nostra ætate Ramaxara nomine, via est miro labore, ac immensæ magnitudinis structa lapidibus. Ex

B tant adhuc Entellini vicini populi antiquam colentes Entellam, ab Entello Acestis socio sic dictam, quam Castrum Entellicum deinde vocatam apud Siciliæ annales inueni, hodie veró Castellumuetranum. Antecedunt Lilybætani occidentem versus. Et vrbs Lilybæum, quam nostri Marsalam vocāt in ipso Lilybæo á quo nomen sibi vendicauit, collocata promontorio, Ad dexteram portus, cuius fauces ab Romanis cum Carthaginensibus belligerantibus, magna lapidum, ac cæmentorum in-

C iecta materia obstrusæ, promontoriũ inter vrbem, & portũ haud multum in pelago proiectum. In ruinis domus adhuc, quæ perantiquæ, ac nobilis ciuitatis apparet testimonium, semidiruta, vbi in quadam fornice inscriptus his literis est lapis:

I. CÆSAR FL.
Valentini.
Pio Felici semper Augusto
M. Valerius Quintianus V.C. Con.
P.S. Clementiæ Pientiq;
Eius semper Dicatissimus.

D DOmus præterea é marmorei draconis ore manante aqua orti irrigabantur. Aquæductus cæmentitius sex ab hinc miliaribus. Complures item fistulæ subterraneæ paruo itineris spatio in vrbem ducuntur. Nec multum quidem distant á mœniis magnitudine admirabiles lapidicinæ, vnde lapides excisi, quibus, vt ipsi Lilybætani aiunt, Carthagi-

nis muri instructi sunt. Domusq; altera duo milia- A
ria abest, quæ nullam habens domorum similitudi-
nem aliquibus cū scalis, & fornicibus obscura ad-
modū paruo Labyrintho maximè est similis: Hanc
Abbatiam vocant. Ad aquilonem autem vergens
fons est iuxtà. Item & puteus templo inclusus anti-
quo (id Sancto Ioanni Baptistæ modò consecratū,
instructumq; pauimento crustis diuersorum colorū
distincto) cui nomen Lilybæo, de cuius nominē, et
vrbs, & promontorium nomen sortiuntur, Sibyl-
lam ibi quandam habitasse, sepultamq; deinde Iu- B
lij Solini verbis persuasi adhuc credunt. Probus phi
losophus Lilybætanus præstantissimus, quem Por
phyrius vltro Lilybæum auditurus venit. Medi-
terranea oppida huic vicina lateri, quorum cum
priscis aliqua non faciunt nomina. Sutera, Chiusa,
Sanctus Stephanus, Prizis, Palatium, Adrianum,
Calatabilotta. At Bibonam fontibus compluribus
arboribusq; ornatum, Proserpinam petijsse fama re-
fert. Camarata, nomen (vt mea fert opinio) à Ca-
merina dictum, quanuis Cammarum nonnullis C
placeat id nominari, Sal eius rubeus. Et à Iulio Cæ
sare oppidum Iulianam adeptum nomen credimus.
Cuius finibus inseruntur, Busachinus, Villa Fran-
ca, Gibillina, Sambuca, inter Selinim, & Panhor-
mum, quod ab organi, machinæve genere quodam
nomen duxit. Sub Eryce monte Drepanum existit,
quam ab Lilybæo promontorio, decem, circiter,
& octo miliaria seposito, Acinthius amnis diuidit,
qui ex duobus in loco Marcanza nomine, vbi pōs
est, vnus fit. Nomen non à Saturni falce deductum, D
quod fabulosum est, sed à curuo littore, veluti Rhi-
um promontorium in Peloponneso, quia curuum,
Drepanum vocatur. Medio loco inter vtrunq; Ca-
put Sancti Theodori, antiquitus Egitharsus pro-
montorium in Sardoo pelago protensum: Ptolemę
us nomē quoq; ciuitatis fuisse ait. Igit̄ in falcato po-
sita littore, quo portus effici t vastus, pulchra vrbs
ac diues, etiā spectat ad occidentē. Insulę in ꝓspectu

A quæ veluti munitiones ad portus augmentum serio factæ maximè furgunt, quatuor sunt, parua vna atq; propinquior Columbaria vocata, vbi inexpugnabilis arx. Reliquæ Probatia, Egusa, & Sacra, hodie Fauignana, Marctimum & Leuasum vocatæ: Ea & portu, & salsis stagnis, quæ solis ardoribus desiccata, incredibilem salis emittunt copiam, propè consepta expugnatu est valde difficilis. Quadragesimo dein à Syracusis conditis anno Rhodium & Amtiphemum Cretensis, vt Polybius scripsit:
B Thucydides tamen Amtiphemum è Rhodo, & Entimum è Creta icto inter sese fœdere, suæq; gentis in Siciliam ducentes coloniam agros, qui Lindij dicebantur occupasse, vrbemq; à flumine Gelam nuncupatam statuisse autumat. Gela barbarum nomẽ, Latinè Caligo, flumen idem fuisse quod Himeram puto. Igitur vrbs in tumulo erat Lalicatæ oppido maritimo, quod ad meridiem vergit iuxta Himeræ amnis ostium, imminente, cuius nomen Gelæ adhuc (mons Gelæ nanque vocatur) di-
C statq; ab Agrigento miliaribus quatuor ferè & viginti, ita vt ex Gelæ ruinis illud constructum affirment. Amplificatum nonnulli credunt ab Acate, nomenq; deductum. Diruêre Athenienses deinde, Gorgus ex Chio profectus restituit, quæ ante Phalaridis tempestatem gesta reor. Stagnum Geloum vbi fontes duo olim, natura diuersi, vnius nanque vnda steriles, alterius autem fœcundas mulieres redebat, qui fabulosi & si, hodie tamen non extant. Signum ante vrbem erat Apollinis prægrande, quod
D victores Carthaginenses Tyron miserunt. Tymagoras Gelensis philosophus Theophrasti auditor. Supra Gelam Mactorium, quam Ptolemæus Macharinam appellat, vrbem cõstituit Herodotus, Cicero Macharensem agrum dixit, hodie Mazarinũ. Sinistro Gelensis maris littore Heraclea, quæ et Minoia, vt Liuius tradit, ad notum vergens alluitur, vulgò licet Terranoua, in publicis tamẽ rationibus Terra Heracleæ dicitur. Minoia, quia ibi Minos

Dædalum veſtigans occiſus creditur, Herodoto tamen Camicum eam vocari vrbem, vbi Minos interfectus, placet. Strabo ait hanc Cocali tyranni regiam fuiſſe. P. Rupilius prętor noua amplificauit coloniã, legemq; illis de cooptando ſenatu cõſcripſit. Condidiſſe verò Doriem Lacedæmonium Diodorus narrat in fabulis. Ad læuam Ipſa fluuius, Lapriſa apud eos vocatus. Ad occidentem lacus Lafalconara nomine. Vltra lacum Butera oppidum haud lõge ab Himera amne, quod Buterium in noſtris annalibus dictum inuenimus. Ptolemæus Heracleam magis ad occidentem, quàm Agrigentum & Gelã declinantẽ deſcripſit, quod falſum eſſe cõſtat. Poſt centeſimum & octauum annum Geloi & ciuibus & opibus aucti in eodem latere Agragãtem Agrigentum, ſiue vt noſtri vocant, Girgentem, vrbem à flumine Agragante, autoribus Ariſtone & Pyſtilo condiderunt, vt Polybius ait. Duo ſunt fluuij ipſo in exitu coniuncti, quibus antiqua vrbs ſepta eſt, Draco vnus vocitatus, Sancti Blaſij alter nomẽ ſortitus, qui, vbi confluũt, vnus erat Agragas. Nec vana quidem mihi videtur opinio, quibus horum alterum, cui Draco nomen, Agragãtem fuiſſe placet, vt Agragas primum, vulgari deinde pronuntiatione Dragas, poſtremo autem Draco diceretur. Platina amnis qui viginti millibus paſſuum ab Agrigẽto labitur, iuxta Caſtrum nouum ortus, vbi Suteram & Cammaratam abluit, in pelagus diffunditur, quem Lycum fuiſſe Diodori Siculi, in eo libro quem de Philippi Macedonum regis geſtis ſcripſit, verbis adducti exiſtimamus. Flumen fontem excipit Oeſtrum monte Sanctangelo effuſum, qui ob præcipuum Muſarum cultum, fons Muſarum antiquitus appellabatur. Muxarum poſtea agrum dixerunt per quem fluit. Eſtq; haud procul Lafauara oppidulum. Nec deſunt tamen quibus ab Agragante, hodie Monte ſicco, qui magnanimorum nutritor equorum à Vergilio appellatur, Agrigentum appellari placeat. Vrbem ergo cæteris ditiorem (Syracu-

A fanorum etenim diuitiis cedere nesciebant) multis
post annis Carthaginẽses deleuere. Megalus postea
atque Feriscus ab Helea Lucaniæ vrbe venientes
instaurarunt, quæ demum à T. Manlio prętore omis
sis ruinis (vt M. Tullius in Verrinis Actionibus
scriptum reliquit) & illis, qui superstites, coaduna
tis, atq; ex vicinis adducta colonia, in colle, vbi in
præsentia est, Atheneo nomine translata. Ita vt duo
Agrigentinorum genera, vnum veterum, alterum
colonorum fuerint. Cautum nanq; erat in senatu co
B optando in Scipionis legibus, ne plures essent colo
norum numero, quàm ex vetere Agrigentinorum.
In foro recẽtioris vrbis lapis est marmoreus his in
scriptis literis:

Concordiæ Agrigentinorum Sacrum
Respublica Lilybætanorum. Dedicantibus
M. Haterio Candido proccos. & L.
Cornelio Marcello Q.
PR. PR.

PLura erant in illa vetere templa egregiè facta,
C vnum Æsculapij illa tempestate religiosissimũ,
in quo signum Apollinis erat pulcherrimum, Scipi
onis monumentum, C. Verris furtum, cuius in foe
minæ literalis minutis argenteis nomen Myronis
statuarij erat inscriptum. Alterum Palladis, vt li. 13.
scripsit Diodorus, vbi Gellia Agrigentinus patria
iam capta hostium violentiam euasurus, se cũ mul
tis receperat, atq; furente tumultu, moriendum esse
potius, quàm hostium in manus incidendum ratus,
templum cum his qui aderant combussit. Agrigen
D tini turrim Puzellarum appellant: item & Sanctum
Gregorium alterum, quod addhuc stat. Tertium Io
uis templum fuit, cui Carthaginensium bellum fi
nem prohibuit: longitudo vt idem autor refert, tre
centis & quadraginta pedibus, sexaginta latitudo,
altitudo autẽ centum & viginti continebatur. Idq;
omnibus, quę tunc in Sicilia erãt, multo fuit maius.
Ædificiũ eo erat artificio, vt columnæ rotundam ex
terius, interius autẽ quadratã formam ostenderent.

Et in porticu,quæ ad orientem conuersa Giganteum bellũ ingẽti magnitudine,miroq; artificio, sculptum. Altera verò parte Troiana clades,cui domus Phalaridis tyranni adhærebat. Lapidicinæ, nunc la Cauetta prope vrbem, vnde à Carthaginensium magno captiuorum numero columnæ & lapides exempti sunt. Item & aquęductus ab his plures subterranei fabricati memoria dignissimi, Phæaci, qui de cuiusdam Phæaci nomine dicebantur. Vna erat piscina,quam alibi Diodorus portum vocat, ad ciuium commoditatem manufacta, piscium plena. Ambitus eius mille fermè passus. Profunditas sexaginta pedes continebat:cycnorum vbi multos nantes erat videre. Quæ mortalium dein incuria cœno referta,in agrum tandem, vbi plantarum ingens fuit copia,mutata est. Ager item ad spatium sex prope miliarium Aquilonem versus,albus solo,qui neque herbarum,nec graminis quicquã patitur, multaq; continet foramina lutum liquidum vomentia, ac absorptam(si conijcitur)virgam magno cum impetu foras retorquentia,Machalubam Agrigentini nominant. *Mos* erat illis,equos plures per virgines domi ac pueros alere, adeò vt Exenetum Agrigentinum, nonagesimasecunda Olympiade in stadio quum fuisset victor,trecentæ bigæ (auctor est Diodorus) quæ ab equis agebantur albis in ciuitatem conduxerint. Plinius quoq; plurimorum Agrigentinos equorũ tumulis Pyramides erexisse testatur. Nec multum absunt mirandæ naturę Salinę(Cantarellæ Salinas hodie vocant) quæ salem, qui in igne soluitur,densaturq; in aqua,gignunt. Iuxta antiquã vrbem ex cuiusdam fontis vnda, Aqua sancta appellata,oleum elicitum aluum perpurgat. Horum omnium diuitiis pares erãt delitiæ,propterea quòd dum à Carthaginẽsibus, vt idem autor cõmmemorat,continua obsidione maximè premerentur, lege fuit constitutum,ne esset excubantium cuiquã culcitram amplius vnam,vnum lintheum,pelliciamq; vestẽ noctu habere permissum. Id namq; maximum

incom-

A incommodum putantes decreuerunt. Diuitiæ Antisthenis, & Gelliæ ciuium, luxu atque opulentia probantur. Ille in filiæ celebrandis nuptiis non modò his, qui domi erant, ciuibus, sed etiam aduenis cunctis spectatum qui venerant, lautissimam cœnam subministrari iussit. Gellia vir nobilis, prudens imprimis, atque diues, ita fuit magnanimitate præditus, vt pueri quos in vrbis portis ipse disposuerat, peregrinos omnis domum conducerent. Centum præterea è Gela armati equites quum repentina tempe-

B state correpti, noctu Agrigentum appulére, quibus hospitio exceptis vestes Gellia omnibus præstitit madefactis. Hic ad Centuripinos orator ab Agrigentinis missus, illis hominem statura pusillum deformemque ridentibus dixit, Agrigentinos ad claras ac formosas vrbes proceros pulcherrimosque legatos, ad infimas verò pusillos, sibique similes mittere consuescere. Acron Agrigentinus philosophus, & medicus ante Hippocratis ætatem Athenis vixit. Empedocles omni propè laude dignus, veluti om-

C ni scientia clarus, qui animum esse censuit cordi suffusum sanguinem. Et de eius nomine nepos Empedocles tragicus poëta. Arcinus quoque tragicus poëta, centum & quinquaginta edidit tragœdias. Metellus musicus, Plato à quo musicam doctus. Moschus orator, discipulus & auditor Gorgiæ. Phalaris Agrigentinorum tyrannus, qui primus post Theseum tyrannidem exercuit, autor est Plinius. Huius matrem visam esse videre in somnis aiunt, simulachra deorũ quæ ipsa domi consecrasset, ex his Mer-

D curium ex patera, quã dextra manu teneret, sanguinem visum esse fundere, qui quum terram attingeret, referuescere videretur, sic vt tota domus sanguine redundaret. Phalaris Laudamantis Cretensis filius, prima infantia parentibus orbus, vxore Erithia ducta, Paurolam filium genuit. Inde ob seditiones domo profugus, in Siciliam cõmigrauit, atque Agrigenti principatum obtinuit, vir prudens inter omnes, domi militiæque clarus, literis ac liberalitate insignis

insignis Stesichoro Himerensi poetæ, qui coniurationis conscius, ob diuina eius carmina pepercit, fatoq; extincto in Ætnę radicibus sepulchrum posuit. Perillus, huic Atheniensis faber plura opera miro artificio cælata dederat, qui pluribus ob id donatus muneribus, taurum rursus æneum naturali statura maiorem obtulit, ipse nondum referato artificio, quod homo qui morti destinatus esset, tauro inclusus sup positis flammis, non humanam vocem, qua tyranni sæuitia leniretur, sed tauri mugitus ederet, donũ benigne accepit. Artificium inde doctus, Perillum, qui tale excogitauerat tormentum, omnium sæuissimum, ac illo cruciatu dignum existimans, eundem faceret periculum adegit. Taurus Carthaginem dein adductus, atque à P. Scipione Africano multos post annos restitutus, quem taurum Scipio quum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur, Æquum esse illos cogitare, vtrum esset Siculis vtilius, suis ne seruire, an populo Ro. obtemperare, quum idem monumentum & domesticæ crudelitatis & Romanæ mansuetudinis haberent. Mediterranea, quæ Agrigentum haud multum refugiunt oppida, Siculiana, nomen à Siculis deductum: Recalmutus, Musulmelis & Sutera cæteris remotius. Narus magnifica ac populosa ciuitas, cuius nomen cum antiquis nulla similitudine comparatur: ab oriente Mons clarus cum arce pelagus prospiciente, hic venam habet rubei sulphuris. Trinacriam vrbem nobilem fuisse, quanquam vbi loci nemini compertum, simul & à Syracusanis euersam planè cõstat. Zancla vnius miliaris spatio à Falcato littore (Polybius licet vnius diei dixisset) portusq; sinu, vbi nunc pagus est Chiera nomine, quod post vrbis euersionẽ, vbi fuisset innuere volentes, hic erat dixerunt, deinde Chiera, à Siculis condita, atque à falce Zancla nominata anno mundi. 3434. Siculi enim, vt Polybius & Thucydides scripserunt, tunc falcem Zanclam vocabant: Strabo Naxiorum ædificium fuisse ait. Et Diodorus in fabulis Zanclotum regem ibi regnantem

A tem ædificaſſe, deq; ſuo nomine appellaſſe narrat. Poſtea verò atq; per id tempus quo Ariſtonus, & Pyſtillus Agrigentem tenuere, Periheres Cumanus, & Cratimænes Chalcidenſis nauibus prędādi gratia in Siciliam ſemel appulſi, mox iterum ſuæ gentis eò deducta multitudine, Siculos vbi eiiciūt, vrbem ſuæ adigūt ditioni. His deniq; eiectis, Samy & Ionij Medos fugientes vrbe potiti. Ex quibus vnus Chadmus Chous vir integer, omniq; propemodum virtute præditus. Syracuſani his adhæſere B ob ſeditionem exules, qui Melchidæ dicebātur, quibus ſociis ipſi Zanclei Himeram obtinuerūt. Anaxilas Cretenei filius, Rheginorum tyrannus, non multis poſt annis eos pepulit, vrbemq; diripuit, nouamq; erexit, deq; ſuæ patriæ nomine Meſſanam appellauit (Meſſana vrbs Achaiæ) promiſcua lingua inter Doricam & Ionicam frequentē reddens. Hæc igitur à port⁹ ſinu, vbi naualia ſunt, & palatio regis Federici ædificio, portaq; caſtelli ad mare (quod ibi arcē antiquitus fuiſſe pro certo affirmat) vocata inC ſurgebat, muroq; ædibus incluſo, qui Malfitaniā vicū à deiparę Marię egregio ac pulcherrimo fano, Sāctiq; Laurentij ædicula dirimit, tenditq; ad diui Antonij vſque portam, præcincta, adeò vt quicquid domorum extat, formoſiſsimæ impræſentiarum ciuitati augmento additum deinde fuerit. Cæterum quum vita functo Anaxila Micithi ſerui, tutelæ filij puerilem ducentes ætatem crediti eſſent. Micithus quem ſanctè geſſerat, poſtea quàm ex ephebis exceſſere, illis reddidit principatum. Quæ omnia D geſta ſunt ante Mamertinos Campaniæ populos, quos ſub Agathocle Syracuſanorum rege militantes ſitu vrbis, & opulentia allectos rupta fide, quia per amicitiam recepti erant, illis omnibus pulſis Meſſanam occupaſſe diuiſis inter ſe agris, nulli dubium. Meſſana igitur vrbs hodie ſatis proſpera, ſatisq; pollens, ab Italiæ finibus Charybdis freto, portuq; natura ipſa facto diſcreta ab occaſu collibus munita, tritici meſſibus, quia mōtibus clauditur &

pelago

pelago, caret nemoribus, abundat: sed tota propè A
eius messis in mororum foliis consistit. Probatissi-
ma enim à Messaneis lana serica in multas Europæ
partes mittitur. Portus tutissimum diuersoriũ qui
Charybdis, Scyllæq; rabies superare pertentant, eã
vrbis partem alluit, quæ ad orientem pertinet. Pars
antiquissimi aquæductus ante ædem diui Francisci
apparet. Fons est in ipsa ciuitate perennis, atq; salu-
berrimæ aquę iuxta portum, quem Leonis puteum
ipsi vocant. Ac etiam insignis pila, nec ante pa-
trum nostrorum memoriam facta, quo potũ equos B
agunt (Biuiratoram hanc vocamus) omnibus quæ
in toto ferè orbe pulchrior. Longitudo eius pedi-
bus trecentis fermè & vigintiseptem, duodecim la-
titudo continetur. Ipsam vna maior, atque altera
minor strix cingit. In capite pila quadriformis in-
gens constituta, è cuius centro columna super leoni-
bus quatuor marmoreis insurgit, & super ea altera
rotunda pila cum columella & extrema pila, qua su
per Messana ipsa è marmore habitu muliebri, cuius
in pectore Siciliæ insignia sculpta. A qua autẽ per- C
ennis ad extremam, per subterraneas fistulas decur-
rens, vbi ducitur quasi de castello, per foramina vs-
que ad quadriformem (quam diximus) pilam, deflu
it. Hinc rursum ab omnibus his seiunctam, per fo-
ramen defluit pilam, atque per cæcos meatus con-
festim in magnam ex marmoreæ sirenis colubrum
in manibus tenentis vmbilico decurrit. Altera ve-
rò parte puer nudus è marmore supernante delphi-
no, qui ex naribus aquã emittit, cum lyra, cantanti
similis. Effigies lapideæ duæ Scipionis, & Anniba D
lis antiquitate ferè corrosæ in maioris templi porta
visuntur. Sanctæ Prophoniæ templum Castoris &
Pollucis, vti ferunt, antiquitus fuit. Extra verò vr-
bem Veneris ædiculam, quæ prope portam genti-
lium mœnium nominatam in radicibus montium,
Sanctę Venerę religio dicauit Christiana, quam ho
die diruunt. Ac etiam fama est Neptuni id fuisse
templũ, quod Diui Nicolai in lingua Phari ruinis
prope-

A propemodum affectum hodie vocãt. Domusq; erat regia tribus milibus passuum ab Messana ad meridiem, cuius adhuc extant vestigia, locum regis Castagnitum vocant, vbi fons. Latus vrbis quod vergit ad meridiem, amœnis ac locupletissimis pagis stipatur, per Valeriam viam, author est Strabo, Messana Lilybæum pergebatur. Fuit Messaneus quidam eius homo nobilis maximè locuples, minimeq; auarus, cuius domus erat optima Messanæ, quam modò vetustate affectam contra propemodũ

B Antistitis palatium, est videre, Et in ea sacrarium perantiquum in quo signa pulcherrima quatuor, vnum Cupidinis marmoreum Praxitelis opus: Parte ex altera Hercules egregiè factus ex ære, quem Myronis fuisse fama vulgabat. Erant præterea duo signa ænea non maxima, verum eximia venustate virginali habitu, quæ manibus sublatis sacra quædam reposita in capitibus sustinebant. Canephoræ ipsæ vocabantur. Sacrarium, hodie vetus est ædicula Diuo Michaëli dedicata. Ædes in ea vrbe, vt su-

C pra memorauimus, Sanctæ Mariæ, quæ proximis annis pulcherrima columnis, celebriq; pauimento extructa, insignis Archiepiscopi sedes. Symmachus Messaneus septuagesima octaua Olympiade victor fuit in stadio, in duodecimo libro vti scripsit Diodorus. Leontiscus Messaneus fortis supra hominũ vires, cognomento Acrochersites. Euhemerus omni ferè scientia eruditus, qui de deorum natura scripsit. Dicæarchus Peripateticus philosophus, & orator summus: Messaneus Aristotelem audiuit, situm

D moresq; Peloponnesi scripsit, suisq; legem edidit. Hic quia difficilis erat animi, quid aut qualis esset, intelligentia, nullam omnino animam esse dixit. Aristoteles Siculus Messaneus de morali, ac naturali philosophia decem scripsit libros. Ibicus poëta Lyricus & historicus. Hic à latronibus, quũ iam interceptus, antequam interficeretur, grues volantes suspiciẽs: Illis vos, inquit, saltem meæ mortis vltrices eritis. Paucis pòst diebus fortè euenit, vt

seden

ſedentes latrones in theatro ſpectandi cauſſa, volantes grues conſpexerint, atq; ſubmiſſa voce alter alteri: Ecce, ait, grues Ibici, quod ſecus ſedentes vt audiuere, prætori renuntiarunt: quapropter capti latrones ac iudicio conuicti, laqueis crimen luerunt. Vnde prouerbium in re certa: Grues Ibici. Lycus Latinè lupus, cui & Butheras tum nomen, hiſtoricus, à quo de Sicilia multa ſcripta relicta ſunt. Polycletus Phalaridis tempeſtate Meſſaneus, diuinæ mentis medicus. Colam cognomine Piſcem, naturam piſcium habentem cũctos mirari oportet. Quoniam ad ima deſcendens maris, biduo vti piſcis cibum capiens inter mortales illæſus deinde viſus, tametſi Charybdis voragines, cauernasq; ſemel & iterum ſcrutatus, primorum precibus tertium tentare auſus nunquam eſſet egreſſus Ioannes Gatius paucis antè annis Meſſaneus Cephaleditanus epiſcopus, philoſophia noſtræq; Chriſtianæ religionis ſcientia longè eruditiſſimus: amicis ſæpe dixit, Sacros libros, ſi fortè amitterentur, ob firmam ſuã memoriam ſe poſſe reſcribere. Andreas Barbatius iuriſperitus Meſſaneus. Oppida caſæve plures inter Meſſanam, & Tauromenium in montium ſaltibus diſpoſitæ. Quæ ſupra fretum, Fortia, Limina, *Scaletta*, Italia, Sauoca, Caſale vetus, Ali, *Mandanichi*, Locadi, Giudimandri, & Lipaglara. Flumen Eniſes, nunc flumen de Niſe, cum oppido eodem nomine, quod Phaonem habitaſſe volunt. Venæ hic, quę aurum, argentum, Porphyritumq; marmor gignũt, paſſim reperiuntur, ſed quæ alumen cæteris omnibus abundantior. Argentum poſtmodum promontorium, quod apud Siculos Caput Sancti Alexis dicitur, quatuor & viginti à Meſſana miliaribus diſtat, ſex à Tauromenio vrbe. Parte ex altera haud procul ab ipſo Peloro duo ſunt lacus, alter horum minor, quem, quòd ibi anguillæ quæ in Scyllæo piſcantur freto, nec prægrãdes quidem, ſed guſtu cunctis omnibus elegantiores capiuntur, perfoſſa terra fluctus admittere crediderim. Circa Meſſanam, &

A Mylam arefcere fontes hyeme,æſtate verò ſcaturi-re Plinius teſtatur. Ad Pelori læuã Falacrium pro-montorium,Rafoculmum à noſtris nuncupatur:Se cundum quod Farum,Sanmichelis,Sãgeorgius,Gi biſum oppidula.Et montana Caſtanæa & Lamaſ-ſa:Et vltra in maris littore turris Diuetus vocata, Dimethus à Ptolemæo. Sed antequam ad Mylam ventum montoſa oppida Carbaruſa,Babuſa,Sapo nara, Sammartinus, & poſt torrentem Vineticum, & Rameƈta,ſupra item alia exiſtunt,Rocca, Mau-B roiannis, & Monfortis, inter vtrumq; torrens. Et mox Gualterius oppidũ, & Tyrrheno littori pro-pinquis Condro,cum flumine eodem nomine.Nec multum diſtat fluuius,ſimul & vaſtus torrens ſine nomine.Verum medio in loco oppidũ Sanƈta Lu-cia.Et mox Myla vrbs,Mylazum modo nuncupa-ta, quam & mari & portu propè cinƈtam, vi capi difficile eſſet,Zauclæis hanc detentam Strabo com memorat.Phocylides in ea ortus ciuitate,Theocri ti Syracuſani tempore poëta. Et à littore parum re-C mota oppida recentiora,vt opinio mea fert.Caſtrũ Regale,à quo oƈto miliaria non amplius Fons Ve-neris diſtat ſulphureus, quem Sanƈtæ Veneris fon-tes vocant, atq; eò quia ſcabioſos ſanat, miraculo-ſum credunt,ibiq; fluuius oritur. Item in montibus Tripis,Raccuia,Samperis,& Monſalbanus Rinal di villæ nouæ ſepulchrum. Ad fontem autem Heli-conis fluminis Noara, ibidem Furnaris eſt. Heli-conis ſuperato oſtio Tyndaris vrbs in paruo tum ſita tumulo,mari imminebat, nunc penitus euerſa, quam à Tyndaro Ledæ patre cõditam ferunt. Ve-D runtamen à P.Scipione hoſtium ſpoliis ornatã om-nino conſtat, inter quæ *Mercurij* ſimulachrum pul-cherrimè faƈtum,Tyndarum hodie locum vocant, Diuæ Mariæ vbi ædicula,an nundinæ anniuerſariæ celebrantur antiquitatis monumentum. Fama eſt ad hæc loca cum Dianæ Faſcelis ſimulachro Ore-ſtem appuliſſe. *Mox* ad occidentem Timetus fluui-us, Vltra oſtium Paƈtæ vrbs contra Æolias inſu-

las paſ-

las passibus mille à mari posita, Antistitis decorata A
dignitate, de qua quod ab autorib⁹ nihil in scriptis
relictum est, nec à Tyndaride ad Agathyrsum vl-
los populos habitasse legimus, eãdem siue ex Tyn-
daridis ruinis erectam, siue recẽtem esse censemus.
Suntq; vicina parua oppida, Librizis Giusaguar-
dia, Montagna, Casale pactarum. Inq; fœcundis ne-
moribus, nec pelago procul Aluntium accessu diffi
cili, Sanctangelum nostri appellant. Populi tum A
lũtini, autor est Cicero. Medio in loco oppidum re-
cens, vt reor, Lasicarra nomine, paruumq; alterum B
Pilainus, & supra Limartini oppidulum: Et qui-
dam amnis, qui nullum apud iuniores sortitur no-
men, cui proxima arx iuxta littus Brolus nomine
(ad Tyrrhenum hæc spectant vsq; ad Drepanum) iu
xta fluuium Sinagra. Vchria, & Nesus nunc Nasus,
à Nesia regione iuxta Ætnam sic dictum haud igno
bile, milia quatuor à mari seiunctum. de quo Oui-
dium, cum dixit: Nesiades matres, Scelidesq; nurus,
fecisse mentionẽ magis, quàm de Nisa arbitramur.
Quippe est ad orientem ędicula parum distans, quę C
sancta Maria Nasida nuncupatur. Huius finibus
oppidum Castanæa, atque Longi oppidulum in-
seruntur, & mox Mistrecta, quæ Amastru anti-
quitus fuit. Sunt & montuosa plura oppida, ne-
morosáque vsque ad Cephaledum, & Himeræ osti
um. Galathis oppidum, Galatha à Plinio voca-
tum, Galatheæ patria. Turturicis, cuius ciues con-
flandi metalla peritissimi artifices, suo cũ fluuio, &
trans fluuium Myrthus oppidum, quod à mari
sex distat miliaribus, cum suis pagis: Myrthilo-
ne, Saluatore, vtroque Crapi, Belmonte, & Fra- D
zanonæ. Item Sammarcus, & Chida flumen me-
morabile Rosmarini flumen vocatum: Militellus,
San Fradellus duobus fluuiolis oppida diuisa, & op
pidulum Alcara: Tumulus, qui est inter Tyrrhenũ
littus Sãfradellum, quod nominauimus, oppidum,
in quo trium fratrum Alphidelphij, & Cyrini Mar
tyrũ hodie fanũ est, antiquissimæ vrbis plura conti

A fiet vestigia, quam Agathyrsum fuisse prædicant, propterea quod à Tyndaride.30. millibus passuum Strabo reposuit, ac Ptolemæus etiam id sentire videtur. Ierenses ac Pithienses à Plinio citati populi, oppida Giracis, atque Pithinæum. Circa Giracim Sanctus Maurus & Castellutius. In iugo Halesa ciuitas, quam Halesinam M. Tullius vocat, modò vt tantum suadet coniectura Catonia: Nisi quis id esse mallet, quod Colisanum. Helesinis pro multis, & magnis in rempub Romanam meritis atque benefi-
B ciis decreuit Senatus vt C. Claudius Appij filius Pulcher de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius leges dedit, in quibus multa sanxit, de ætate hominum, de quæstu, de censu, deque cæteris rebus, quæ apud illos diu valuere. Dio Helesinus fuit nobilis & diues, à quo C. Verres sextertia decies centena milia auferenda iussit. Vltra duo fluuij sine nomine. Ad fontes alterius oppidum Lamotta, cognomento Fermo. Tusa inter duos fluuios à mari duobus miliaribus sepositum. Et Pollina cum flumine,
C quod Aletem fuisse, nisi de Apolloniensibus Cicero dixisset, pro certo haberem. Oppidum est paruum, à montis cacumine, densisque nemoribus mare prospectans, quod Timoleon Corinthius Leptino victo tyranno libertate donauit. Monali ostium inter Cephaledum, & id de quo diximus oppidum, medium locum obtinet. Et ipsa sub alta rupe Cephaledus, altisque montibus cōstituta pelago alluitur Tyrrheno, hodie Ciphalu. In ea ædes sacra, quę Antistitis est sedes, à Rogerio maiore dedicata Cephaleditano pelago thynnorum magna captura, quorum
D oua stringunt premuntque, ac salsamento condunt. In montibus oppida Castellum bonum, Gracteris, Asinellus, quod an ab Asino flumine, de quo Plinius meminit, traxit nomen, dicere non possum. Himeræ amnis insulā diuidentis, vt Liuius scripsit, duo sunt ostia diuersa, vnum Cephaledo proximum ad Tyrrhenum erumpit: Prope Gelam alterum in Libycū effunditur mare, Flumen sallum hodie vocāt. Eodē

nomine

nomine Himera vrbs à Zanclæis, Euclide, Simo, et Sacone coloniam ducentibus detenta, quibus Chalcidēses plurimi, ac Syracusani exules ab altera factione separati, auxilio venerunt. Distabat à Thermis octo ferè miliaribus, in paulo eminentiore loco posita, amnis ostio eas diuidente. Structura omnis lateritia propter lapidum penuriam. Eius templa Gelo Syracusanorum tyrannus Carthaginensium spoliis ornauit, quorum manibus multis pòst annis ea deleta, hi qui excidij calamitatibus superstites fuerant, ad Thermas se receperūt, exhausti oppidi in alterum transfundentes reliquias. quam ob causam Thermę Himerę ab hinc nūcupatę. Cicero in Verrinis Actionibus est autor. In ea signa erant ex ære plura: quæ Carthagine victa, vt P. Scipio reportauit, sic Verres postea substulit. In illis mira pulchritudine ipsa Himera in muliebrem figuram habitūq; formata, quæ cornu in manibus floribus ac spicis plenum tenebat, quæ adhuc sunt ciuitatis signa. Stesichori etiā poëtæ statua senilis, incurua cum libro. Stesichorus Himerensis poëta, sacrum quem & scientia clarum, Musarumq; eruditum appellat Phalaris. Et Plinius in Stesichori ore infantis lusciniam auem cecinisse refert. Horatius Flaccus graues Stesichori Camœnas vocat. Fama est Stesichorum in Helenæ vituperationem carmina edentem ab Castore & Polluce infensis oculis priuatum, postea Apollinis responso monitum in laudes eiusdem scripsisse, ac eo quod amiserat, restitutum beneficio, vita huic functo templum à Phalaride dedicatum, sepulchrumq; in Ætnæ radicibus contra Catinam erectū. Thermæ Himeræ, vt dictū est, vltra amnis ostium hodie Termini vocatur, frumēti nobile emporiū, in alto colle sita est, cuius pars, quę mari imminet, in rupe, & ibi arx in præsentia. Aquæ ex rupe manant calidæ iuxta littus ciuitatis, à quibus nomen adepta, vbi etiam nunc perantiquum sanè, ac structile suis cum concamerationibus ædificiū, vbi ægroti multi cōueniunt. In fabulis legimus, fontes

A calidos Mineruæ Hercule veniente nymphas aperuisse. Quæ in hunc diem sunt antiquitatis fragmenta. Aquæductus, aliquibus cum pontibus torrentes sub quibus nonnulli in mare erũpebant, plumbeæq; fistulæ, & aquæductus etiam plumbeus semidirutus: Amphitheatrum ruinis ferè affectum cum scalis cõpluribus quadrato instructis lapide. Pyramis vna marmorea multis statuis incisa. Estq; in vestibulo recentioris templi, marmorea tabula fixa parieti, his inscripta literis:

B G. Maësio Aquilio
Fabio Titiano Cu. Cos.

Optimo ciui, ac Patrono Benemerenti ord. & populus splendidissimè Col. Aughimerorum Termit. pecunia sua posuit.

Pars quoq; Asteniј domus, vbi marmor his literis inscriptum Asteniј ædes. Astenius homo primarius, & diues, qui ante C. Verrem prætorem multis propter suas diuitias, postea propter suam calamitatem atque prætoris iniuriam omnibus fuit notus.

C Signum Cupidinis huius Asteniј nomine inscriptũ argenteũ eum lampade à Thermis ad Veneris Erycinæ fanum translatum fuit. Madunia mons ab Himera ad Politium vsq; distẽsus, cuius pascua pascentium ouium dentes auratos faciũt. Is Nebrodes est, vti reor, vbi damarum copia, à quibus nomen habuit. Flumina duo prope Thermas Panhormũ versus collocant. Agateriam vnum hodie nomine & Teresiam alterum, quod fontem Trabiæ esse opinamur. In iugis mediterranea oppida, ac recentiora quidem, Calatauulturus, paruumq; Sclafanis. Caccamus, de quo suprà diximus, Thermis propinquius, quod Soloẽntem, & Panhormum non multum

D refugit. Acræ (de Acrensibus populis meminit Plinius) & Casmenæ à Syracusanis habitatæ sunt. Acræ septuaginta annis post Syracusas, viginti Casmenæ post Acras, quæ vbi fuissent, nullum docet argumentum, nisi sit Acræ Claramons oppidũ, vt principio Acræmons, postea Claramõs esset appellatum.

latum. Cui vicinum oppidum recens hodie Mons rubeus nomine. Casmenæ autem Comisum vocamus, vbi fons vberrimus. Ii quoque Syracusani centesimo ac trigesimoquinto anno post Syracusas ab Archia amplificatas, Dascone & Menecolo autoribus, Camerinam vrbem inter Pachynum & Lilybæum, de qua Vergilius, condidere: hodie Cammarana dicta, cum flumine, prorsus euersa. Cōditores eam postea deleuere, restituitque Gelo (Thucydides Hippocratem Gelæ tyrannum restituisse ait) rursus idem Gelo diruit, ac etiam demum nouam deducens coloniam erexit. Est vicinus amnis Dirillus modò nuncupatus, ab occidente qui apud Bidenos ortus, à Libyco tandem excipitur mari. Inter vtrunque oppidulum paucis contentum casis, à nostris Lobiscaris appellatum. Nunc de his, quæ inter Camerinam & Pachynum sunt, dicendum. Palus igitur, quam desiccatā ferūt, quaque vrbem captam, ab ipso stagnāte fit flumine. Fons item est iuxta Camerinam, cuius ostium Graphuscolarum vocant. Alter verò fons Dianæ in agro Sanctæ crucis, modò Paradisus nuncupatus, de quo Iulius Solinus fabulose meminit. Ac vrbs affecta cladibus, cui in præsens Longobaldo nomen est iuxta mare, quam Bruccam antiquitatem appellasse mihi persuasum est. Mox flumen Limaguni appellatum, apud Ciratanos populos, quorum à Cicerone facta est mētio, qui Ciratanam incolunt oppidum, nostra ætate Iarratanā, oritur: ac Ragusam quod est recens nomen, interluens, mare haud statim ingreditur, quod Hirminiū antiquitus fuisse existimo. Plinius inter Camerinam, & Pachynum reposuit. Et medio fermè itinere inter hoc, & Motucanum amnem Annælucatæ fontis ostium exiguum, qui littus parum refugiēs, an ab Achate lapide nomē sibi vēdicasset, quis nouit? Contrà, aquæ dulcis scaturigines in salsis videntur vndis. In dextro maris littore turris recēs, Puzallus nomine, atque fons deinde Fucallus nuncupatus. Motuca oppidū mediterraneum quamuis, non

A multum tamen ab Afro pelago remotum, populosum valde. Modicam quod nos vocamus, ad amnis fontes situm. Quarto supra id oppidum miliario puteus Prunorum dictus, vndā hyberno tempore pedibus ferè duodecim sursum emittit. De Muticensi agro Cicero in Verrem fecit mentionem. Amnis vbi Xiclim longe amœnissimum oppidum (quod Siculum tūc dictum puto) adit, sese in pelagus effundit. Nec mediocri quidem magnitudine fontes tres inter hunc, & Elorina stagna, medium locum obti-
B nent, ostia omnes, duo tantum piscosos lacus facientes. Samueli vni hodie nomen, alteri Sancti Pauli fons. Lacum autem non eodem nomine, nam Cirichurim vocant. Tertius est in planitie Lafauara dictus, iuxta Spaccafurnum exiguum oppidum, quod Ispicæfundum, ab Ispa flumine deducentes nomen in publicis vocant rationibus, Ispa flumen, quod à Motuca quatuor milibus passuum oritur, locū Ispicam dicunt, raptis secum multis fontibus, postquā Spaccafurnū ipsum relinquit: piscoso facto stagno
C Busaitano nomine, in mare Libycum diffunditur. Et mox ipsa Elorina stagna iuxta Pachynum.

Præterquam ea, de quibus suprà diximus, plura erant in Sicilia oppida, quæ modo non extant, partim enim defecere. Strabo quæ inter Catinā, & Syracusas fuerant defecisse, multa quoq; meridionali in latere ab Carthaginensibus deleta memorat. Nec hodie quidem Megara peninsula, atq; parum à mari remotis Hybla, & Leontino exceptis inter Catinam ipsam, & Syracusas aliqua inueniūtur. Partim verò in noua translata, prisca illa penitus amiserunt
D nomina. Quapropter illis indagādis quo magis operam nauamus, quum nulla eorum quæ extant, vel similitudo, vel vicinitas, vbi loci fuissent, arguat; eò minus, quę sint, quæue fuerint, explicare possumus: Veruntamē operæpretiū est, vt apud autores inuenta sunt, ita ea describere. Callipolim à Naxiis erectam, atq; Eubœā à Leontinis apud ipsum Strabonem legimus. Plinio de Turpinis facta est mentio,

& item

A & item de Nepinis, Edinis, Heubolensibus, Mutustratis, Magellis, Paropinis, Semellitanis, Trisinensibus, Triocalinis, quorum ciuitas Trioclea Ptolemæo appellata est. Ipse insuper Ptolemæus ciuitates numerat Abacenam, Tissam, Agurium, Sergentium, Legum, Acrimam, & Phthinthiam. Cicero verò de Acherinis, & Letinis meminit. Liuius Accillas vrbem, flumenq; Anatim dixit. Lex erat in Sicilia, quæ senatores vel gratis, vel suffragijs faciendos iubebat. Prætor per triennium durabat. Bini Censores in singulas creabantur ciuitates. Consuetudo præterea erat, quòd suos dies mensesq; congruere volebant cum solis lunæq; ratione, vt nonnunquam si quid discreparet, eximerent vnum aliquē diem, vel biduum ad summum ex mense, quos illi Exeresinos dies nominabant: item nonnunquam vno die longiorem mensem faciebant, aut biduo, autor est Cicero libro quarto Verrinarum Actionum. B

Cæterum quia plerosq; audimus illis, qui vrbē Syracusas tantæ fuisse potentiæ narrant, tum instanter aduersari, tum leniter, quasi timidè credentes, annuere, de his pauca facienda verba iucundissimum fore iudicauimus. Quippe & regali potestate, & magistratu totius insulæ Siciliæ Syracusanos imperio potitos facile probabitur. Gelo igitur Syracusanorum rex Carthaginensibus bello iam profligatis, vniuersæ Siciliæ dominatum obtinuit, quē Hieroni fratri (hic superior fuit Hiero) postmodum ex testamento reliquit. Victo item aliquot post annis Thrasybulo tyranno, cęteras Siciliæ ciuitates libertate ipsi Syracusani donarunt, hincq; pax alta ad Dionysij vsque tempestatem, quare Ioui liberatori ingentem statuam dedicarunt. Aduenas item complures, qui in ciues ascripti belli necessitate fuerant, officio quocūq; fungi minimè posse lege sanxerunt, autor est Diodorus libro vndecimo. Idem autor, cæteris iam in potestatem redactis, Trinacrinos, qui obtemperare recusabant, ab ipsis Syracusanis victos, C D

A vrbemq́ direptam fuisse, in sequenti libro testatur. Strabo præterea reliquos Siciliæ populos Syracusanorum ditioni adactos, in suis scriptis reliquit. Et Dionysius demum Superior, vniuersæ Siciliæ imperio occupato, forti cum manu in Italiam copias traduxit. Ac vbi Romanorum prouincia Sicilia facta est, Syracusis prætoriam domum, ibidem qui ius dicebant, iudices mansisse, nemo est qui improbet. Cicero enim libro quarto in Verrem, de Sopa-
B tro quodam loquens: Citatur, inquit, reus, causa agitur Syracusis. In eodem Stenium Termitanũ dum defendit: Edicit ait statim, vt calendis Decembris adsit Stenius Syracusis. Ibidem quũ de Censoribus faciundis diceret: Cõcurritur, inquit, vndiq; ad istũ Syracusas: flagrabat domus tota prætoria studio hominum, & cupiditate. Item libro septimo ait, eo tẽpore (de C. Verre loquendo) ad luxuriam, libidinesq́ suas domo sua regia, quæ regis Hieronis fuit, qua prætores vti solent, contentus non fuit. Fuisse igitur vrbem Syracusas omnium Siciliensium faci-
C le principem fateamur oportet.

Sed nunc de principatu dicendum. Phalaris primus, eodem tempore, quo Tullus Hostilius regnabat, Agrigentinos domuit. Ad cuius ætatẽ, nisi sæculorum imperitiæ vitio demus, omnium rerum famam, eo quòd nihil memorabile compertum, per silentium venisse arbitramur. Tametsi Æmiliũ Senforium Segestæ tyrannum fuisse in Paralelis Plutarchus memoret: & Anaxilam Messanæ regnasse, vt
D satis dictum est, multi autores probent. Telemachus deinde & Eumenides filius. Is Enesidemum creat Theronis patrem, Therone Terillus ortus. Cleander item Pataræus Gelæ tyrannus à Sibyllo interfectus: cui frater succedẽs Hippocrates ad Hyblam Siculis bello illato, morte occubuit. Cuius filijs imperio, quo nondũ maturi erant, fraudatis, Gela, qui equitatũ duxerat, regnauit Gelæ ortus, à Telo insula oriundus. Hic id tẽporis, quo Xerxes Persarũ rex, facto in Hellesponti angustijs põte, in Græ

ciam traiecit, Syracuſanorum rex creatus. Hiero poſtea frater principatũ accepit, is qui Catinæ eodem tempore extinctus, quoad Cremerã, vt Diodorus ſcripſit, trecenti Fabij vna die cecidere. Traſibulus frater huic ſucceſſit, qui Syracuſis tandem eiectus apud Locros miſere vixit, obijtq́ miſere. Duretius Menaninus Siculorũ tyrannus, & Dionyſius ſuperior non modò Syracuſanorum, verũ & totius inſulæ Siciliæ dominatũ obtinuit. Dionyſius inferior illius filius, qui exul Corinthi ludum aperuit. Agathocles ſordido genere ortus, rex deinde Siciliæ, quo morbo implicito, atq; dein mortuo Pyrrhus Epirotarũ rex, quum iam eſſet in Italia, à Syracuſanis accitus, rex appellatus eſt. Hiero rex Syracuſanus, qui & ſi ab Gelonis ſtirpe, natus tamen ex ancilla. Hic cum Romanis, quia Appium Claudium Mamertinis auxilio Senatus, Populusq́ Romanus miſerat (quæ prima Rom. nauigatio fuit) fœdus, pacemq́ fecit. Cui Hieronymus nepos puer ſucceſſit. Qui quũ moribus multũ diſpar eſſet, Leontini cõfoſſus vulneribus occubuit. Ex prætoribus deinde Romanis P. Cornelio, & Octacilio, poſtea M. Marcello Sicilia decernitur, à quo vrbs Syracuſæ capta. Senatui dehinc, Populoq́ Romano, atq; Imperatoribus Sicilia vniuerſa obtemperauit, donec Georgio Maniachó, & mox à Pœnis occupata. Multis deinde pòſt annis Rogerius Tanchredi Normandi filius, victis eiectisq́ Pœnis eandẽ obtinuit: cui filius anno poſt Chriſtum milleſimo centeſimo tertio Rogerius rex ſucceſſit. Duo Vilielmi Malus, & Bonus poſtea regnarunt Tancredus Vilielmi ſpurius, Cõſtantia ſorore, quæ legitimo orta matrimonio, in cœnobio religionis ſacris dedicata. Hæc demũ illinc exempta, Henrico Romanorum Imperatori in matrimoniũ data, in ſua propemodũ ſenectute Federicũ genuit, quo Corradus, & Manfridus ſpurius creati: quorũ demũ altero demortuo, Manfridus regnauit fratris filiorum tutor, quem Carolus, qui comes prouinciæ dicebatur, occidit, occiditq́ Corradinum

A dinum Corradi filium. Quam ob rem Galli Siciliæ, annos fermè decem & septem dominati, quibus à Siculis ferè omnibus, anno. 128. trucidatis, Petrus, Aragonum rex decernitur: huic etenim Constantia Manfridi filia in matrimonium ducta: Qui Alfonsum, Iacobum, & Federicum crearunt. Ex quibus Iacobus, Federico fratri natu minori relicto regno, in Hispaniam remeauit. Federico Petrus natus est. Petro Lodouicus, qui regnum accepit, quo vita functo, Federicus frater Mariæ pater, & Mar-
B tinus eiusdem Mariæ coniunx, moxq; Martinus pater. Et post hunc Ferrandus quem Castellæ infantē vocauerunt. Quo Alfonsus, & Ioannes orti. Alfonso, filijs duntaxat spurijs relictis, Ioannes frater successit. Ioanne Ferrandus natus cognomento Catholicus, Ferrando Ioanna, qua Carolus Quintus Imperator Optimus Maximus.

CL. MARIVS ARETIVS ANDREAE *Arduino Cæsaris Consultori.*

ET si grauioribus negotijs impeditus, ab alijs qui
C busuis curis iure optimo abstrahi deberes: Aristotelis tamen vti initiatus documentis, qui intelligentem quencunq; quadam propemodum necessitate etiam phantasmata speculari oportere, dicebat, tot rerum sarcinis aliquando remissis, ad nostra iucundissima studia tua cum dignitate te humanissimè confers: quod Ciceronem, quodq; Cæsarem fecisse constat. Quum igitur res huius insulæ Siciliæ nequaquam satis explicatæ essent, eò quòd nemo
D primordia, conditores, simul atq; ruinas ad nostrum vsque tempus vno perstrinxit volumine: tu omnia scientiæ, omnisq; antiquitatis diligentissimus indagator, quum vna toties cum amicis essemus, quorū consuetudine familiarissimè vteris, qui primùm Siciliam inhabitassent, quiq; ciuitates, & oppida erexissent, atq; ea, quæ deleta, diruissent, à me peraccuratè quæsiuisti, quasi persuadens, vt de his quicquam memoriæ commendarem. Quamobrem ipse tua autoritate motus, quę apud plures autores inueni, atq;

vno perstrinxi fasciculo, in lucem protuli. Ac demum Elisabellæ diuinæ propè mentis mulieri, Ferrandi Gonsagæ coniugi Mulfettanorum principis, qui Cæsaris in Sicilia vicem gerit, tua ipsius persuasione inscripsi. Proinde si id totum, quod legisti minus aptè, aut candidè scriptum tibi, cæterisq́ in hoc genere scribendi disertissimis autoribus videretur, non mihi quidem attribuenda erit culpa, sed tibi, qui graue opus mihi perficiendum præcepisti. Vale. A

CL. MARIVS ARETIVS BALdassari Saccano. B

SOlent multi Baldassar Saccane, munere nõ æquis viribus imposito, iussa capessant nec ne, diu multumq́ dubitare. Veruntamen quum difficilius sit, quibus plura debemus, id quod imperant negare, q̃ efficere, ne ingratitudinis crimini dari possit, deliberatione quadam, quæ vires animumq́ omnino facit, vel arduam prouinciam sumere æquum esse arbitrantur. Suasisti, quum de his multis cum primoribus ageretur, vt situm nostræ insulæ Siciliæ Latinis literis lustrarem. Quod & si ingenij vires atque mentis imbecillitas dissuasissent, mandatum tamẽ, qui iubere potes, adeò impulit, vt veluti qui æstuantis Scyllę, Charybdisq́ freto noctu se credere malunt, quàm ei, qui iusserat, abnuere, fecerim pro viribus. Tu igitur vt quæsturam *Messanæ* sanctissimẽ geris, vt tot amicos quibus comitatus & honoribus assiduis, & beneficijs prosequi minimè cessas, sic animum, sic obedientiam læto cum vultu accipias, faueasq́ cœptis, vt ad maiora me impellas. C D

Vale.

Marij

A MARII ARETII PATRITII SYRACVSANI, CALIPHO DIAlogus, *in quo Hiſpania deſcribitur cum recentioribus nominibus.*

LODOVICVS, PRVDENTIA, CALIPHO.

QVIS nam mihi tantam adferet lætitiam, vt hæ me derelinquant triſtes,
B quibus torqueor, cogitationes? cauſa, cur ſim mœſtus, non quidē deeſt: ratio homines qua gubernantur, illam vincere perquàm ſtudet. Sum quamobrem in ærumnoſa poſitus controuerſia. PRVDENTIA. Certè nullam intueor mi vir cauſam, quare diutius tu iſtis incumbas cogitationibus pernitioſis, prudentium enim eſt (vt ipſe haberis) fortunæ in rebus peractis cedere: in agendis verò, in quibus ab ipſa valde timendum vel virtute,
C vel nouis repugnare inuentionibus. Sed quæſo quid id eſt? LODOVICVS. Neſcis mea coniunx me magiſtratum gerere? Neſcis inter Cæſaris primores ad Italiam petiiſſe? Rurſus valetudine coactum perquàm infirma illicò remeaſſe? Quid ergo grauius, quidue mihi iniucundius euenire poterat vnquam? Nempe huius ab ineunte ætate ſeruiui auo, etiam in Celſenſi bello, vbi vulnera accepi plura: Et huic etiam multum, vt tibi compertum eſt. Quid plura? quum illa dies, quam diu optaram ad-
D fuit, ſeruire non licuit. Ægrotus ſum reuerſus, quid moleſtius? PRVDENTIA. Quid faceres? Nemo eſt, qui tuum non inſpexerit animum, liberes ergo tete obſecro iſtis tuis curis. Sed Caliphonem eccū, lætor quidē, erit tibi fortaſſe leuamen aliquod. LODOVICVS. Oportune, dic tu illi aliquid. PRVD. Salue Calipho, ſunt ne aliqua, vel de cercopitheco, epigrāmata? CALIPHO. Ex Italia redeo cū Cæſare adeò exanimatus, vt mihi haud vnquā erit curam faciun-

faciundis versibus nauandam posthac. PRVDENTIA. Macilentus es,& raucus. CALIPHO. Mos est illis,qui in aliquam eunt expeditionem interrogantibus quò properent,hilari cum fronte, ac voce elata se ad bellum gerendum proficisci respondere: at verò hi, si viui è castris remeant, vnde veniant rursus interrogati,tenui voce vultuq; demisso,vno verbo è militia se venire aiunt. Porrò & si res gestas mea potius intersit scribere, quàm arma gerere, nihil tamen superest mihi præterquàm vita. Omnium nanque rerum iacturam feci. PRVDENTIA. Malo me Hercule impræsentiarum mi Calipho sermones, quibus alacriores fiant adstantes, habeantur,quàm locus sit aliquis tristitiæ: sic dij te adiuuent, missa ista faciamus. CALIPHO. Quid iubes? PRVD. Dic meo viro historiam,vel fabellã duntaxat, quæ sit ei voluptati. CAL. Vnde exordiar? Dicam Cæsaris Bononiam ingressum? Ad diem solennem,qua fuit diademate coronatus,quũ Hispani proceres aurum, & gemmas induti diuitias ostentarunt suas? LODOVICVS. De his omnibus binis me literis certiorem tum fecere: potius Hispaniæ situm abs te, ac recentiora, quæ ad prisca faciunt,nomina enodata vellem audire. CAL. Onerosam prouinciam. LODOVICVS. Quid onerosam? Nonne tibi illius diei venit in mentẽ,qua Toletum versus iter facientes nos, ad Solorij montis, ac Carpetanorum iuga quũ venimus, & regiones, & labentia hinc inde flumina admodũ fuimus scrutati? Verum te plurima audiui tum nuntiantem: itaque si me amas, fac quod ipse rogo. CALIPHO. Quàm libentissimè, obtemperabo tibi, vt semper. Sed quum vel Mauritanorum, qui Hispaniam occuparunt,barbaries,vel temporis longioris immanissima rabies,non modò nomina,sed & rerum faciem quoq; permutassent, difficile erit quod iubes obseruare:nihilominus tamen capessam iussa, tametsi meo repugnaturos iudicio videam quàmplurimos, præsertim si meis forũ spargetur nugis. PRVDEN.

Eia

A Eia rumpe moram, mutis quidem veluti qui loquitur, non tamen surdis recitare videberis.

CALIPHO, LODOVICVS.

HIspania montibus Pyrenæis, ac mari nostro, Atlantico denique Oceano, & sinu Cantabrico perstricta, primam partem Europæ efficit ab occidente. Pyrenæi hi sunt montes, qui adhuc prisco gaudēt nomine, quibus ab interiori mari ad ipsum Ibericum pelagus protentis Hispania à Gallia separatur. Quæ in duas primùm diuiditur partes, citeriorem & vlteriorem. Et vt valeat quisq; melius eius B percipere figuram, hoc in totius Hispaniæ descriptione ordine vtendū nobis duximus, quo hactenus nemo vsus. In Oretania igitur, quæ regio maritimū attingit littus, in quo Carthago noua, nunc Carthagena promontorium est Scombraria, à nostris Caput Depalis nuncupatum. Hinc mons Solorius paulatim septentrionem versus oritur. Qui modò accliuis, modò infimus, & apertus, vt Ptolemæus & Plinius ostendunt, per Carpetanos, Vacceos, C Vectones, & Celtiberos, ad Cantabros vsq; procedit. Hi montes ea complectuntur oppida, quæ in præsentia Cuenca & Siguenca (Concia & Sergun tia olim) indigenis dicuntur, ad montem vsq; producti, quem Moncaium vocant, & hinc ad læuam declinantes Cantabriæ iugis eunt obuiam. Moncaium, an à Caco nomen deductum sit, quasi montem Caci, adstipulari non audeo. *Et* Siguenca vrbs, non *Seg*untum quidem olim, sicut multi prædicāt, sed Serguntia, per cuius agrum Durius perlabitur. D Strabo: Durius, inquit, præter Numantiam, oramq; Serguntiam currit. Ergo quicquid terrarum ad oriētem hæc iuga relinquunt citeriorem, ad occidentē verò vlteriorem esse Hispaniam, antiqui voluére. Nempè Oretanos maximè ad meridiem vergere, ad mare vsq; peruenientes, & mox Carpetanos, ad Aquilonem declinantes, nouissimos Callacios autumat idem Strabo. Ac Hispaniam hoc distinctā modo, in quatuor rursus partes, Bæticam, Lusitaniam,

Calla-

Callaciam, & Tarraconensem distribuendam omnino nobis videtur. Romani nanque in tres vlteriorem Hispaniam, vt ius facilius diceretur, diuisere, antiquissimi licet in duas per longitudinem. Nec labor quidem erit alicui Tarraconensem ipsam agnoscere prouinciam, quum non sit minor, quàm ipsa citerior Hispania est. Nam hæc vnam partem facit, vlteriore in tres diuisa prouincias, in Bæticam, Lusitaniam, & Callaciā: quæ & Ana, & Durio fluminibus discretæ, Oretanis, Carpetanisque adhęrent, dū tendunt in occasum. Et vt res longe sit vobis notissima, ea qua potero facilitate explicare nitar. Ana, qui Bæticam á Lusitania disterminat, in Laminitano agro, circa oppidum, quod Cagnamares Hispanis dicitur, ex vastis oritur stagnis. Et. xxx. mil pas. decurrens obtusis totū se properè condit cuniculis, rursusque stadiorū. LXIIII. subterraneo peracto cursu ad oppidum, Villarta quod nuncupatur, totus renasci conspicitur: qui Emeritam fama antiquissimam vrbem (quæ suo lætatur nomine, vna dempta, alteráve tantum mutata litera, Meridam nanque dicunt) abluit, & in Oceanum erumpit. Guadianam Mauritani Hispanis dominantes hunc nominarunt amnem, quod flumen Anæ sonat, Guad siquidem illi, nos flumē dicimus. Ora autem, quam ad meridiem ipse detrudit amnis, quæ mari percutitur, quæve diuiti cultu, ac fertilitate cæteris omnibus antecellit, Bætica, á Bæti fluuio eam mediam resecante, fuit olim cognominata, cuius pars ab nostræ tempestatis hominibus Andaluzia appellatur, quasi, vt auguror, ante Lusitaniam, mutatis literis. partem inquam, quoniam non tota, cui Bætica tunc nomen, nunc Andalusia est. Propterea quod ea, quæ Mariano monte ad meridiem stringitur terra duntaxat Andalusia est: Reliqua verò inter ipsum montem et Anam fluuium posita, vel inter vtrunque flumen. Bæturia erat, pars tamen Bæticæ, in duas á Plinio distincta partes, totidémque gentes, in Celticos, qui Lusitaniam attingunt, & Turdulos, qui & Lu

A sitaniam & Tarraconensem, illi Hispalis cōuentus (in conuentus tum Hispaniam diuidebant) hi quidem Cordubensis. Quos ipse sic interpretor, primos regioni, quam Extremaduram, alteros quam Manchiam vocant iuniores, tribuo, qui omnes tum Baetici. Et id quoque videtur de Turditanis sentire Strabo. Qui confestim in Romanorum ritum, Latiali penitus vtentes sermone, ante alios mutati sunt. Marianus autem mons, cuius Ptolemaeus & Plinius mentionem faciunt, ab Hispanis Sierra Morena nuncupatur. Caeterum Baetis
B fluuius, à quo Baetica (vt dictum est) in praesens Guadalquebir, quod est flumen magnum à Poenis inditum nomen, Tingesi saltu in monte Argento, circa oppidum Castaonem exoritur. Nostri Castaonem Alcarras, argentum verò montem, Sierram Alcarras vocant. Hic ergo in mediam Baeticam influit: Cordubam tot claris viris insignem, atque Hispalim, illius orae caput, modò Siuiglam tangens, & in Atlanticum Oceanum effunditur.
C Tartessum hunc vocitarunt nonnulli, à Gartheia ciuitate, quae Tartessos à Graecis dicta, ad Baetis hostium, vnde Tartessus ager. Gartheiam ab Hannibale fuisse direptā, scripsit Liuius. Bętis insuper Salsum admittit fluuium, qui ab eo, quo ipse Baetis, erumpit monte, nunc Guadelemar dictus, apud quem cum Pompeio Pompeij filio, manus Caesar conseruit. Baeticae latus maritimum ab Herculeo freto, ad eos, quos diximus, Oretanos, & nouā Carthaginem, Bastetani obtinebant, à quibus *Baeza* &
D Baza oppida nomen sortita sunt. Hi rursus Bastetani ab occasu Baream egionem, Mauetaneam, mox Deitaniam, & deinde Conteitaniam complectebantur, author est Plinius. oppida verò retrogredientibus sese offerunt, post Scombrariam promontorium (quod supra nominauimus) ipsa Carthago, ab Hasdrubale aedificata, vbi Scipio Africanus virginem vnam inter captiuos adductam (quae forma erat insignis) Luceio sponso reperto inta-

ctam

ctam restituit. Hic item in ludis ab ipso Scipione A
factis, duo Hispani principes, Corbis, & Orsua patrueles de regno diffidentes alterius in alterum facto impetu ambo periere. Promontorium deinde, cui modò caput Guatte nomẽ, olim Charidemum. Et, mox portus magnus, vbi Almeria sita est, Salabina, Selobresia accolis vocata, Malacha, & Salduba de quibus talem facio coniecturam Ptolemæo authore. Malacham tunc fuisse mihi persuadeo, vbi nunc caput Maducæ: at verò vbi Malacham in pręsens reponunt, Saldubam tunc, cum flumine fœde- B
ratorum, cui Salduba nomen. Et mox Bessulam fluuium ad oppidum Marbellam in mare erumpere puto. Vbi Hasdrubal Barachinus primum, Mago deinde, & Hasdrubal Gisconis à Scipione fugati, vt narrat Plutarchus. Mons Calpe, quem montem Gibraltar vocitant, iuxta fretum, Abilam Africę mõtem spectans: quos Herculis columnas esse, quasi ærumnarum metas, in fabulis traditum est. Et iuxta oppida, quibus Sola, & Barbe nomen, Alcasiram, & Tariffam, quæ à nostris, cognominari au- C
guror, licet alij aliter sentiant. Post hæc Iunonis templum ad Oceanum, in oppido Belon, & id in præsentia Trafalgar, & flumẽ Belona. Gadis item, seu Gadira insula pauló à continente seposita, Bæticæ proxima: Hinc demum id Sacrum promontorium, à nautis nostri sæculi Caput sancti Vincentij vocitatum, ager omni vbertatę fœlix distenditur. Ex mediterraneis autem præter quas diximus, Hispalim & Cordubam, Carmona & Nebrissa, D
nunc eiusdem nominis. Ac nonnulla quidem nouissimis oportet oppida interpretari nominibus, Oro-
speda, quod Oropesam esse credimus. Et Abdera non longe à Malaca oppidum in mediterraneo, vel quod Plinio placet, Ebura. Ipse Vbidam quem admodum dicere auderem, sic & Eguam, Esigam fuisse existimó. Munda vrbs, quam Mundecaram nunc vocant: apud quam Pompeium Pompeij filium Cæsar in fugam vertit, author est Hircius.

A Plinius tamen, duas fuisse Mundas, in Lusitania alteram inter Durium et Tagum, alteram verò in Bætica scriptum reliquit. Item vrbs opulentissima, in hâc erat regione Oringis, quam ad expugnandam, quia Pœnis studebat, Scipio fratrem misit. Et ea quæ in nominibus nullam habent cum priscis similitudinem. Granata in primis vrbs populosa, quæ victis Pœnis à Ferrando Arragonio rege Christiano ritui vendicata, omnibus Hispanis multò est oppidis feracior. Singiliam oppidum in Bætica reponit Plinius. Et fluuius qui Granatam abluit, nunc
B Xenil vocatur, possumus propterea Granatam Singiliam vocare, si licet. Vrsaonem ab Hircio in commentariis citatum oppidum, nos Vssunam vocamus, præsertim quod non longe ab Hispali illud ostendit. Et Tuccis, quod Tucinum fortasse: Carbulo, Carpium. Et Murgis vrbs, quam Murciam esse puto. Iaen denique, Xeres, ciuitas regalis: Andujar, Antequera, sunt hæ ciuitates, quæ vigent his à recentioribus appellata nominibus, quas interpre
C tari nõ audeo. Ac satis quidem de hac parte dictum est, nunc ad reliquas, breuiter enim omnia explicare volui. LODOVICVS. Credo profectò de Murgi: nam in Bætica illam Plinium collocare memini me legere.

CALIPHO, PRVDENTIA.

AB Ana ad Duriũ quæ clauditur ora Lusitania est, à Lusu Liberi patris dicta. author Varro. Nec his quidem incongruum mihi videtur pauca Plinij inserere verba. Vniuersa autem quæ de Her
D cule, ac Pyrene, vel de Saturno traduntur, fabulosa imprimis vt arbitror: hæc ille de Hispania. Durius igitur qui Duero ab Hispanis, stadiis centum ab Numantia illâ, quæ vna tot strenuos, totq́ duros, veluti Hispaniæ totius robur, milites sola peperit ortum habere cernitur. Numantini igitur post decimumquartum annum obsidionis, quum amplius se tutari nõ possent, in rabiem cõuersi duces suos, seq́ patriámque ferro, & veneno, subiectóque vndiq;

disque igne peremerunt, adeò vt triumphus fuerit A
Romanis tantum de nomine. modo verò non Numantia, sed Soria exiguum oppidum. Terra autem quam Durius ad læuam ad Anam vsque, in Oceanum properans relinquit, Lusitania est, Tago auriferis arenis celeberrimo amne per longitudinem resecata. Tagum, qui non alio, ac suo gaudet nomine ad Carpetanos, in montis radicibus stadiis L. ab oppido paruo, cui Tragacet nomen, quod nõ multum abest ab vrbe Concia (quam Cuencam, vt ante dictum est, appellant) nasci non dubium est. Qui vbi B
Toletum nostra tempestate regalem vrbem, oppidáque infundit plurima, fluuiorum etiam admittit multos, Olisipponenses, nunc Lisbonenses, muros influit, & in mare vasto facto hostis demum se proiicit. Nec cum illis quidem sentio, qui Toletanos Carpetanos esse dicunt. quandoquidem hos distinctos esse, alteros ad Tagi ortum, alteros illis proximos, haud vereor. nam & Plinius illos distinxit. Carpetani ait, et Toletani Tago flumini impositi. Et in Oceano Barbarum promontorium, quod C
nostri Caput Spiches, & mox Olisippo ab Vlysse condita, si Solino credimus, vrbs quam Lisbonam vocant, in extremis Lusitaniæ oris, ad Tagi hostium sita. Quæ hac tempestate nobilis, & Africano diues commercio, cuius nanque ciues mercaturæ gratia Æthiopicum per Atlanticum nauigant mare, Africæ sinus penetrantes. Nec illius quidem regionem (vt multi delusi credunt) tantummodo fuisse Lusitaniam adfirmo, quoniam ea Lusitaniæ pars, quæ mari adfixa, esse Portugalense regnum certum D
habeo tantum, ita quod pars erat, & non tota Lusitania. Erat enim tum hæc non parua regio, quum Ana, & Durio, ac iugis etiam Carpetanis fuisset terminata. Et nunc quidem de huius regionis oppidis. Nam præter Toletum (de qua supra scripsimus) Segouia vrbs diues, ac cunctis ferè Hispanis nota, sub nemore posita, & in ea aquæductus maximus, qui pons ab Hercule constructus per-

A uerſe vulgò creditur. Sunt & qui iuga, quibus hæc ſita eſt ciuitas, Carpetana eſſe volunt, in quorum ire ſententiam omnino non placet. Porrò quum Carpetana iuga Oretanis omnes ſcribentes adiungant, quùmque Ptolemæus nullum in Luſitania eſſe montem afferat, rem non aliter, ac ſcripſi, in animũ induco meum. At Ptolemæi fortè ſententia alicui ſi non ſatisfacit, eò quia montes, vbi ipſa Segouia, & illis proximi, quos Guadaramæ nunc vocant, aliique etiam, vt ipſa viſuntur Luſitania. Ego B de illis, qui digni erant, quorum mentio fieret, Ptolemæum eſſe locutum reſpondeo. Et item Obila quæ Abila, & Salmantica famoſiſſima Academia, Moro denique, & Talabrica, modò Mora, & Talauera. Sunt oppida nonnulla, quæ viuunt, & nihil cum antiquis faciunt in nominibus, tum quia id, quod habebant antiquitatis penitus amiſere, tum quia fortaſſe deinde cõdita. Valliſoletum oppidum magnificũ, & rebus neceſſariis maximè refertum. C A quo haud longe abeſt Methina de campo (vt ipſi) omnium rerum, propter hyemales nundinas, menſes tres, totidémque æſtiuales ibi celebratas, nobile emporium. Emporia quæ Empudia, Toro, Zamora, Metina, Roſleci, Illeſca, Vccagna, & tandem Madrid oppidum viuis vndique ſilicibus conſtructum, & hoc nulla vnquam eſt victus penuria fatigatum, nec cœli grauitate oppreſſum. Alcala de Finari (ſic ipſi aiunt) à flumine Finari, quod Tago abſorbetur, vbi artium floridum Gymnaſium, & hoc Complutum eſſe ab Ptolemæo demonſtratum D oppidum, Hiſpani pro certo habẽt, ſicq; illud in publicis adpellant rationibus. Et nõ lõge aliud Guadalajara à Mauritanis nominatum, quod flumẽ Lapidum ſignificat, vbi Iacobus Mendocius Infantaſciorum dux habitat, vir præter nobilitatem, munificentiſſimus. PRVDENTIA. De illuſtribus viris, ac de domorum pariter nobilitate, ſi facienda verba, Toletanum domum quoque, aliasq; etiam antiquiſſimas meritò memorare fas eſt. CALIPHO.

Per

Per id tempus præter duas Mendociam, & Toletanam, quas nominaui domos, Cerdeam, Çardoneã, Larensem, Velasceam, Pimẽtellam, Stunicam, Henriticam, Orosciam, Cordubensem, Limensem, Gusmaneam, Mondragoneam, & quæ antiquissima, Patiecam, scio quidem esse clarissimas, attamen nolo de his nunc agere. PRVDENTIA. Quid Patiecam domum antiquissimam ais? CALIPHO. Quendam Lucium Iunium Patiecum Cæsaris in Hispania bella aduersus Pompeij filios gerentis socium reperio. PRVDENTIA. Operæpretium est audire. CALIPHO. Hircius in commentariis de Corduba loquens. Cæsar ait, eam ciuitatem omni tempore optimè de populo Romano meritam esse sciebat Sex cohortes secũda vigilia iubet proficisci, pariq; equites numero, quibus præfecit hominẽ eius prouinciæ notum, & non parum scientẽ L. Iunium Patiecum. Hæc ille. A B

CALIPHO, LODOVICVS.

DVobus vlterioris Hispaniæ partibus absolutis, ad Gallaciam describendam ipso cogimur ordine. Et hanc non solum eam, quam Galiciam vocant esse volumus: quæ vt nemoribus, montibus, ac aquis etiam abundabat, ita messibus nuda penitus. Sed & omne quoq; vlteriori Hispaniæ quod superest, Bætica & Lusitania exceptis. Est in hac prouincia in Oceanum protendens promontorium magnum, quod Artabrum nominarunt, nunc Caput finis terræ: veruntamen his qui de hoc aliter sentiunt, Strabonem adduco testimonio, nullũ aliud memorabile promontorium inter ipsum Artabrum, et Pyrenes promõtoria reponentẽ. Minius amnis hãc infundit oram, & in Durium se recipit. Cæterum Asturi, nunc quoq; Asturi, huius regionis partẽ habitabant. Et his proximi Cantabri partim montiũ cacumina, partim loca maritima septentriones spectantia incolẽtes, & eam regionem quam Biscaiam dicimus, & montes etiam Liconitiurgis ciuitatis, ad Iberi vsque amnis ortum obtinebant, siquidem C D

A Iberum ipſum, qui ex illis videtur montibus erumpere, in Cantabria naſci & Plinius, & cæteri omnes, ſunt teſtes, Callaciorum oppida quæ vltra Durium ad aquilonem. Aſturica vrbs olim magnifica, nũc Aſtorga. Et Liconitiurgis copioſa mercatura, compluribusq́ etiam equitibus, & nobilibus clara vrbs, quæ Burgos incolis dicitur. Arũda ſiue Arandis, quam ab amne Arandam Durij appellant, & in eodem fluuio Pallantia, quæ Palẽtia. Et nomina recentiora præterea. Leonem vocant Hiſpani ciuita-B tem quandam quæ haud multum diſtat ab Aſtureca. Eſt & Compoſtella vbi Diui Iacobi templum, quæ eiuſdem tantum miraculo memorabilis. Homines præterea olim duri, & omni expugnatu difficiles, nullum tunc colentes Deum, tantum lunæ peracto orbe noctu ante fores ſaltus agitabant. Ac de vlteriori Hiſpania quidem ſatis dictum videtur, deinceps ad citeriorẽ, vel Tarraconenſem prouinciam tranſeamus LODOVICVS. Sum omnino exutus il-C lis quibus eram obſeſſus curis, perge oro, vt magis lætus euadam.

CALIPHO, PRVDENTIA, LODOVICVS.

TArraconenſis prouincia à Pyrenæis montibus, qui Hiſpanias, Galliasq́ diſterminant, duobus promontoriis diuerſis inſurgit: anguſta primo, paulatim deinde ſe pandens, vlteriorem iam latior facta contingit Hiſpaniam. Promontorium alterum interiori mari percuſſum, Veneris templum, nunc portum Veneris nominant. Alterum in Iberico pe-D lago Eaſo tunc, quod illud eſſe arbitror, cui modò caput Berton nomen. Hæc rurſus Balearico à meridie, ab ſeptentrione Iberico mari adſtricta, adfixaq́ Pyrenæo currit in occaſum, & Oretanis, monte Solorio, Carpetanisq́ iugis ab aliis Hiſpaniæ oris diſtinguitur. Plinius in Tarraconenſi Cantabriam recondere videtur prouincia. Huius oppida nonnulla, quanquam non illis à iunioribus cognominantur nominibus, priſca enim temporum

varieta-

varietate nomina defecere, nos tamen nouissimis A quoad fieri poterit, adaptare conabimur. Principio à læua Pyrenæi montis ad mare nostrum Gerundēses populi Galliæ fines colunt, & hi Geronam tenent vrbem, quum Gerundam quondam dicebant. Cæterum ab hoc mari Ibericum sinum versus, per Celsenses, & Iaccetanos, ad Nauarræ, vt Hispani aiunt, vsque limites, Ausetani, Itani, Lacetani, ac per Pyrenęi radices, Ceretani discurrebant, autor est Plinius. Et post eos Vascones ad mare Ibericū, & Pampælonenses, quos Nauarros esse auguror Pli B nij verbis persuasus: ait enim quod Vasconum saltus proximus est Pyrenæo per Oceanum. Et Strabo item ad Septentriones supra Iaccam, vbi Pampælon à Pompeio dicta, Vascones reponit. Iaccetanæ gentes olim nobilissimæ, quæ à Pyrenæi radicibus ad Ilerdam vsq; latius extendebantur, vbi Sertorius bella gessit extrema: itaque hinc expulsus, apud Saguntinos fuit ab suis dolo interfectus militibus. Victoria oppidum idem tenens nomen prope Cantabros: in quorum mōtibus Iberi amnis or- C tus inspicitur, quem nostræ ætatis mortales Hebrum, Thraciæ Hebri nomine decepti, nuncupant. Iberus, ab Ibera olim vrbe opulentissima, dictus: à qua non procul Scipio Pœnos vicit, & Hispaniam vniuersam populo Romano adiunxit, vt Titus Liuius testimonio est. Ergo Cantabriæ iugis Prouincia de Campo (sic ipsi dicunt) duobus ex fontibus è rupe scaturientibus, haud procul oppido Iuliobrica dilapsus per Celtiberos, & Dertosam confluēs, D mare subit Balearicum. De quo sic, Iberus amnis nauigabili commercio diues, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica. Hæc Plinius. Celtiberi, quos nominauimus, à Celtis Galliæ populis illuc profectis, ripasq; colentibus Iberi, & Iberis indigenis ex duobus vno facto nomine, Celtiberi sunt dicti, spatiosam tenentes prouinciam qua Segorbienses, & Numantini claudebantur. Segorbienses hi sunt, quorum vrbs Segorbia in Valentino re-

A gno. In Celtiberia Cęsaraugusta Romanorum colonia, Ibero adfusa, vbi pons lapideus memorabilis, nobilissimis ciuibus ornata, quam ab Cæsare Augusto propagatam, Cęsaraugustam dixere, quũ antea Saldiba nuncuparetur. Zaragozam turbato vocabulo, ac mutatis literis nunc vocant. Tametsi in tabulis publicis prisco ipso non fraudant nomine. Ac ad Bæticæ fines reuertor. Setabis fluuius per Contestaniam, nunc Consentaniam labens, ab eo monte, quo Bætis, egreditur, & in mare nostrum ad
B oppidum modò Guardamar, effunditur, quem Hispani Seguram vocant. Nec hunc quidem admodũ effugit Sucro, nunc Xucar, apud quem Pompeio, et Sertorio congressis, æquo fuisse Marte pugnatum, nisi Pompeius vulnus accepisset. Oritur circa Carpetanorum oppidum, cui in præsentia Tragacet nomen, per vrbem Conciam, & pontem, qui Talajolæ dicitur, dilapsus Algiram oppidum haud procul à Valentia cingit, & alteri se adiungens fluuio, quẽ Gabrielem vocant, mari nostro sese immiscere vi-
C sus est. Setabis vrbs, quam Xatiuam esse arbitror. At nunc Valentiam, quæ suo illustrata nomine viuit amœnissima ciuitas, adcedimus. Est itaque equitibus nobilissimis insignis, ac in totius Hispaniæ prouincijs nitore, splendore insuper nulli secunda, cũ flumine Turia, modò Guadalajara à Mauritanis inditum nomen, quod flumen album sonat, cuius ortus apud Celtiberos. Non longè à Valentia per occasum stagnum abest, memoratu dignũ, piscosum, & immensum, de quo nusquam legi factã
D mentionem, nisi apud Plinium: Contestaniæ, inquit, sinus regio Edetania amœno prætendente stagno, ad Celtiberos recedens. Et post hæc de Valentia agit, quod nunc Albuferam appellant. A Valentia autem Saguntum haud procul à mari, ciuiũ Romanorum oppidum, nunc Monuiedro, vbi theatrum cum scena, cui nihil deest, ac plura etiam antiquitatis vestigia, quæ imaginem quandam vetustatis ostendunt. Saguntini ab Hannibale obsessi, quũ

de

de salute desperassent, argentum, aurumque omne, ex publico priuatoque in forum collatum, in ignem id raptim factum conijcientes, eodem plerique semetipsos præcipitarũt. Dertosani mox celeberrimi quondam populi, quibus Dertosa (quam Tortosam vocamus) ad Iberi hostium colebatur. Et hinc nõ procul Tenebrium promontorium, & Tenebris portus ad occasum. Vnde recedentes per ortum Oetus nos aduocat Tarraco, à qua nomen tota est sortita prouincia, quæ littori imposita totius est regionis vetustatis caput. Tarraconam hanc appellamus, vbi Scipionum interitus. Ab ea. 66. millia passuum solum orientem versus per maritimum littus tendenti Barcinum olim paruum oppidum, Barselona impræsentiarum clara ciuitas, prudentissimis imprimis ornata ciuibus, est obuia. Et inde Lunariũ promontorium à nostris Caput de Vallis. Circa quod Blanda oppidum, nunc Blanes. Gerunda item, quæ Gerona nunc ciuitas, de qua fecimus mentionem, & Emporiæ, modò Empuriã vocant, cum flumine Clodiano. Roda oppidum iuxta Veneris templũ, nunc Rosas dictum. In mediterraneo autem Illerdẽses, vetustissimi populi ad Sicorim fluuium Illerdam ciuitatem, quam Leridam vocitamus, vbi publica Gymnasia incoluerunt. Sicoris ergo fluuius, qui Segre impræsentiarũ dictus, à Pyreneo monte per illius muros, & pontem, quem diximus, ciuitatis, discurrens Ibero nõ multum peragrando absorbetur. Et à Sicori Siculos ipsos habere nomen memoriæ proditũ est. Populos nanque illuc transfretasse, ac eam Siciliæ partem, quæ ad occidentem vergit, incoluisse adfert Thucydides. Cinga huic vicinus fluuius, qui Singa modò, pontẽ, & oppidum quod Fragam recentiores nuncupant abluens Iberũ rapido petit cursu. Et inter hos fluuios Monçon oppidum. Cæterum ab Illerdensibus ad Pyrenæum Oscẽses, quorũ nos ciuitatem Huescam vocamus. Ac alia oppida quæ haud sunt priscis simillima in nominibus. In Celtiberia Taragona, Balbastrum, Teruel,

A Teruel,Boria,& deniq; Calataiut,quod an sit Calagurium oppidum à Strabone citatũ penitus ignoro,à quo distabat ad occasum P.M.circiter.16.Bilbilis in quodam tumulo,cuius ruinæ visentibus adhuc fidem faciunt.Ac quicquid referam amplius superest nihil,plura dixisse videor,quibus & si vobis non satisfeci, obtemperaui tamen.PRVDENTIA.Gratias quia nobis gessisti morẽ, agimus mi Calipho. LODOVICVS. Omnia quemadmodum pollicitus es,breuiter dixisti.At quia rem fecisti gratam nimis, me perinde ac te vtere, paratum me inuenies procul dubio.

FINIS.

EORVM OMNIVM

QVAE TAM IN ANTIQVITATVM AVTHORIBUS, *quàm in Ioannis Annij commentarijs & Siciliæ chorographia sparsim continentur, Index priori longè auctior & fidelior.*

Ætna

An

Prudens

Romæ

Sido-

Tages

766

FINIS.

Typis Ioan. Graphei.

ERRATA ANTE LECTIONEM
castiganda.

IN præfatione ad Ferdinandum regem &c. lege pro nō vis sed, sine vi, pag. 10. linea. 8. Belus. 13. 24. edidimus. 17. 12. autem. 23 29. Ianineum. 24. lin. vlt. Phœnicen. 55. 27. Epitome. 74 15 Veilum. 81. 26. virginitatis. 102. 20. Epitome. 122. 20. introituumq;. 124. 25. Osiris. 127. 27. Falsum. 132. 7. falcem 151. 3. Bæto Ibidem lin. 32. oliuifera. 161. 36. Enetanos, Sardinianos. 167. 31. si. 174 30. Galatha. 175. 22. &. Ibidē lin. 30. Italiam. 212. 22. paria. 239. 11. reges. 286. 11. Sicut. 294. 26. Iubalis. 307. 2 Hercules. 327. 18. vtero. 329. 14. mediterraneis. 356. 20. Græcanicæ. 372. 34. cinxit. 375. 28. Sentinatibus. 377. In margine Etruscorū religio. 405. 8. Hamadriadas. 421. 17. tribuebant. 422. 12. LIBELLI. 477. 9. dele Itaq; 581. 23. esse. 583. 1. præcipua. 585. 35. metiti. 587. 3. probatiores. 617. 29. percipiendæ. 644. 31. illustria. 671. 27. Lilybæi. Ibidem linea. 33. Lilybætanis. 701. 17. claris. Ibidem. 38. Chrisias. 712. 4. Æthusa. Cætera leuiuscula sunt